aliqua lege superiori. ¶ Et ad hoc facit qđ
dicit Augꝰ di. 8. c°. Que contra mores. Si
cut in potestatibus humane societatis ad
obediendũ maior minori recte preponit̃.
Ita deus omnibus. Aliomodo dicit̃ ali-
quis subici legi: sicut coactum cogenti.
Et hoc modo homies virtuosi non subici
untur legi: sed soluꝫ mali. Qđ enim est co
actum ⁊ violentũ est contrariũ voluntati.
voluntas aũt bonorũ consonat legi a qua
volũtas maloꝝ discordat. Et sic itelligit̃ di
ctum apostoli ꝙ iusto nõ est posita lex per
modum coactionis: qꝛ voluntarie obedit.
¶ 2° aliqui obiciunt ꝙ non oẽs obligantur
ad obseruantiam legis. ¶ Nam. 19. q. 2. c°
Due sunt leges. ¶ Et extra de regularibus
c° Licet. ponitur dictũ apostoli: vbi spiritꝰ
ibi libertas. s. ꝙ qui lege ꝓuata spũs sãcti
ducuntur nulla ratio exigit vt astringatur
lege publica: idest humana. Naꝫ lex spũs
sancti est super oẽm legem humanitus po
sitam. Ex quo videtur ꝙ illi qui ducuntur
lege spũs sancti nõ subduntur legi huma
ne. ℂ Ad quod rñdemus ꝙ tales non sub
duntur legi humane qꝫtum ad ea que sũt
contraria ductioni spũs sancti. Sed tamẽ
hoc ipm est de ductu spũs sancti ꝙ viri spi
rituales subiciantur legibus humanis ſꝫ
illud petri. Subditi estote omni humane
creature ꝓpter deũ. Hinc Ambr. xi. q. pª i
c° Magnũ ait. Magnũ quidẽ est ⁊ specia
le documentũ ꝙ xpiani viri potestatibus
sublimioribus decenter debẽt esse subditi
nequis cõstitutionẽ terreni regis putet eẽ
soluendam. Si eni censuꝫ filius dei soluit
quis tu tantus es qui non putas esse sol-
uendum? ℂ 3° arguitur ꝙ non oẽs obligẽ
tur ad obseruantiã legis humane. Nã pa
pa ⁊ imperator legibus nõ ꝯstringunt̃. ff.
de legibus. l. Princeps. 9. q. 3. c° Cuncta.
ℂ Ad hoc rñdetur ꝙ hoc sic debet intelli
gi ꝙ ꝓnceps est solutus legibus nõ ꝙ nõ
debeat illas seruare cum imperator ⁊ pa-
pa ꝓfiteantur se legibus velle viuere. C. de
legibus. l. Digna vox. C. de testamẽtis. l.

Ex imperfecto. ¶ Et. 2. q. 7. c° Nos. Sed est
intelligendũ ꝙ ꝓnceps non est subditus
qꝫtum ad vim coactiuaꝫ. nullus eni cogi
tur a seipso. Non eni habet lex vim coacti
uã nisi ex ꝓncipis ptãte. Et sic dicitur prin
ceps solutus lege: qꝛ si transgredit̃ nullus
potest in eum ferre sniam ꝯdemnationis.
vñ Hieroꝰ de pe. di. 3. c° Totã. sup illo ver
bo Dauid: tibi soli peccaui ait. Rex enim
erat ⁊ aliũ non timebat. s. qui posset eũ pu
nire de adulterio. Et ideo dixit: Tibi soli pec
caui: quasi dicat. Tu solus habes me pu-
nire. Sed inqꝫtum lex habet vim directi-
uam ꝓnceps est subditus legi sue ꝓpria. s.
voluntate ⁊ debet seruare. vnde Isidoꝰ di.
io. ait. Iustũ est ꝓncipẽ obtẽperare legibꝰ
suis. Tunc extimet sua iura ab alijs seruã
da qñ ipse ꝓmus reuerẽtiã prebet. Et dñs
iesus redarguit eos qui iponunt alijs one
ra grauia ⁊ iportabilia: ⁊ digito suo nolũt
ea mouere: vt patet in euangelio hodier-
no. vnde qꝫtum ad dei iudiciũ ꝓnceps nõ
est solutus legibus: qꝫtum ad vim directi
uam. Sed debet voluntarius nõ coactus
seruare. Et eni ꝓnceps supra legẽ inqꝫtuꝫ
cũ expediens fuerit põt eã mutare: ⁊ in ea
pro loco ⁊ tpe dispẽsare. ℂ Tertiũ qđ erat
videndũ: Que sunt precepta ecclie q̃ obli
gant ad mortale. ¶ Et ad hoc sciendum ꝙ
lꝫ sint multa tñ ex illis nos aliqua expli-
cabimus. ℂ Primũ preceptũ est de cele-
bratiõe festoꝝ: de quibus agitur de cõ. di.
3. c° Pronunciandũ. Et ex̃ de ferijs per to
tum. ¶ 2m preceptuꝫ est de obseruatione ie
iunioꝝ diebus determiatis per ecclesiã de
quibus ieiunijs habet̃ de ꝯ. di. 5. c° Qua-
dragesima. Et. 76. di. per totũ. Et extra: de
obseruatione ieiunioꝝ per totũ. ¶ 3m prece
ptum est de abstinentia ab esu carniũ oi se
xta feria anni de ꝯ. di. 3. c° De esu. nisi cuꝫ
natiuitas xpi venerit tali die. Ex̃ de obser
uatione ieiunioꝝ c° finali. ¶ 4m preceptuꝫ
ẽ de auditiõe misse diebꝰ dñicis ⁊ festiuis
de ꝯ. di. pª c° Missas. Ex̃ de parrochijs. c°
vt dñicis diebꝰ. ¶ 5m ꝓceptũ est de ꝯfessio
ne. Ex̃ de pe. ⁊ re. c° Oẽs. ¶ 6m ꝓceptũ de
cõione dicto c° Oẽs. ¶ 7m ꝓceptũ de solu-
tione decimaꝝ. Ex̃ de decimis per totũ. Et
16. q. pª c° Reuertimini. ¶ 8m est abstinẽ

ab omni actu qui ꝓhibetur sub pena excõ
municationis ⁊ ꝑmaxime late sn̄ie. Nam
contrariũ faciẽdo est peccatũ mortale siue
sit lata a iure vniuersali siue synodali siue
ab homie: etiã si illud de se nõ sit peccatũ.
Puta ingredi monasteriũ monialiũ non
mala intentione sed ad videnduꝫ locũ de
se nullũ est peccatũ. Sed si est lata sn̄ia ex
cõmunicationis ꝯtra ingredientes: ingre-
diens extra casuꝫ necessitatis peccat mor
taliter. Et hoc nisi excuset cũ ignorantia iu
ris illius ⁊ habeat iustã causã igr̃antie: et
nisi iniuste sn̄ia feratur ab homie. Nã ⁊ si
liget talis sn̄ia non tamẽ conscíẽtia in con
spectu dei nisi contemnẽt. xi. q. 3. c°. Et si
dãnaris. Nota tamẽ hic ſm glo. in c° Re
latum. ex̃ de iure patronatus. Qd̃ siqd ꝓ-
hibeatur sub pena excoicationis siue ana
thematis lꝫ quis faciat contra nõ est excõ
municatus: sed debet excoicari. Secus vi
detur si dicatur sub intermiatione anathe
matis: vel si dicatur sub excoicationis iter
positione: qꝛ qui cõtra facit est excoicatus
63. di. c° Salonitane. Ex̃ de locato ⁊ cõdu
cto. c. p̊. qꝛ per illa verba innuitur ꝙ excõ
municationis sn̄ia lata sit. Ex̃ de simo[a]. c.
Sicut. ¶ Nonũ preceptũ est de vita cõi ex
cõmunicatoꝝ. xi. q. 3. c. Cũ excoicato. Et h̃
in diuinis officijs. Nã participare cũ excõ
municatis excoicatiõe maiore in diuinis
scienter est mortale ſm Tho. ⁊ alios: etiã
participando in alijs vt loquela mẽsa qñ
hoc fieret in cõtemptũ ecclie vel post ꝓhi-
bitionẽ prelatoꝝ special'r factã super hoc.
Nota tamẽ hodie ꝙ decretũ constãciẽse h̃
fuit modificatũ. s. ꝙ non tenent' fideles ex
coicatos vitare etiã in diuinis: nisi postq̃ꝫ
fuerint publice denunciati: vel ꝑpter pu-
blicã manuũ iniectionẽ in personã ecclia-
sticã. Tamẽ ex̃ de sn̄ia excoicationis. c. Cũ
non ab hoie. habet' in tex. ⁊ glo. ꝙ qñ ali
qs scit aliquẽ fore excoicatum lꝫ ille nõ sit
denũciatus debet eũ vitare. Et si solus no
uit priuatũ tm̃ euitet. 6. q. 7. c. Tantũ. ⁊. c.
Placuit. ¶ Decimũ preceptũ cõcernit cle
ricos qui tenentur quotidie dicere septem
horas canonicas. Ex̃ de celebratione mis
saꝝ. c. Dolentes. ¶ Undecimũ preceptũ ꝙ
religiosi non dicant aliqua retrahentia ho
mines a solutione decimaꝝ: ⁊ ꝙ confesso-
res faciant conscientiã ꝯfitentibus de deci
mis ⁊ ꝙ predicatores predicẽt de materia
decimaꝝ cũ fuerint super hoc a prelatis ec
clesiaꝝ requisiti in clemẽtina cupientes de
penis. ¶ Duodecimũ preceptũ ꝙ volẽtes
nubere non ꝯtrahant si habẽt aliquod im
pedimentũ illo ĩpedimẽto stante. Et ꝙ nõ
contrahant matrimonia clãdestine. Et ꝙ
non consumant matrimoniũ: nec faciant
nuptias in tpe ꝓhibito ⁊ similia. Sunt et
alia precepta ecclesie que omittimus cau
sa breuitatis.

¶ Qd̃ lex humana ex ratiõabili causa ſm
ea que occurrere possunt mutatur rationa
biliter. Cap. 2m.

S Ecundũ mysteriũ declarandũ de le
ge canonica dicitur mutatio. Dicit
Aug⁹ in li° de libero arbitrio. lex tẽ
poralis q̃ꝫuis iusta sit: mutari tñ per tpa
iuste põt. Et de sn̄ia excoicationis li°. 6. c.
Alma. Alma mater ecclia plerũqꝫ nõnul
la rationabilirer ordinat ⁊ cõsulte que sua
dente subiectoꝝ vtilitate postmodũ cõsul
tius ac rationabilius reuocat in melius siue
cõmutat. ¶ Pro cuius declaratione dicit
Tho. p[a] 2[e]. q. 7. articl'o p̊. Lex humana est
quoddã dictamẽ rõnis quo dirigunt' act⁹
humani. ¶ Et ſꝫ hoc dup[x] potest esse cau-
sa ꝙ lex humana iuste mutetur. vna qdeꝫ
ex parte rõnis: alia v̾o ex parte hominuꝫ
quoꝝ actus humana lege regulãtur. ¶ Ex
parte quidẽ rõnis: qꝛ humane rõni natu-
rale esse videtur vt gradati ab ĩperfecto ad
perfectũ veniat. Unde videmus in scien-
tijs speculatiuis ꝙ qui primo philosopha
ti sunt quedaꝫ impfecta tradiderunt: que
postmodũ per posteriores magis sũt per-
fecta ita est etiã in opabilibus. Nã primi
qui ĩuenerunt aliquid vtile coĩtati hoĩum
nõ valentes oĩa ex seipsis ꝯsiderare insti-
tuerũt quedã ĩperfecta in multis deficien
tia que posteriores mutauerũt ĩstituentes
aliq̃ que in paucioꝛib⁹ deficere possẽt a cõi
vtilitate. ¶ Ex parte v̾o hoĩum q̊rũ actus
lege regulant' lex recte mutari põt p muta
tionẽ ꝯditiõis hoĩum: qbus ſm diuersas
coꝝ ꝯditiões diuersa expediũt. Sicut Au
g⁹ ponit exẽplũ in p̊ de libo arbitrio. ꝙ si

ppl'us sit moderatꝰ ⁊ grauis coisqꝫ vtilita
tis diligētissimus custos recte lex fert qua
sibi liceat magr̄atꝰ creare p̄ q̊s respuca ad
mistretur. Porro si paulatī ppl's deprauā
tus habeat venale suffragiū ⁊ regimē fla
gitiosis sceleratisqꝫ cōmittat recte adimit
ptās tali ppl'o dādi honores ⁊ ad paucoꝝ
bonoꝝ redit arbitriū. Et q̄ꝫuis lex huma
na deriuet a lege nāli que est imutabilis:
nō tn̄ seqtur ꝙ ipsa etiā lex humana sit im
mutabilis. Rō est qꝛ lex nālis est quedaꝫ
participatio legis eterne: ideo imobilis p̄
seuerat qꝺ habet ex imobilitate diuine ra
tionis instituentis nām. ¶ Sed rō huma/
na mutabilis est ⁊ imperfecta. Et ideo lex
humana ab ea ꝓcedens est mutabilis. Itē
qꝛ lex nālis ꝯtinet quedā vniuersalia prece
pta que semper manent: lex aūt ab homie
posita quedā precepta particularia ꝰm di/
uersos casus qui emergūt. ¶ Ex q̊ sicut iu/
ra ciuilia siue coia siue municipalia muta
ta sūt diuersis tp̄ibus: ita ⁊ iura canonica.
Qꝺ ostēdit Grānꝰ per exēplū circa electio
nē pōtificū. dicit eni di. 63 §. post. cm Uota.
Principibus ⁊ imperatoribꝰ electiōes sū
moꝝ pontificū atqꝫ alioꝝ epoꝝ vt Grego
rij ⁊ Ambrosij referēdas visus ⁊ cōstitutio
tradidit pro scismaticoꝝ ⁊ hereticoꝝ discē
tionibus qbus ecclesia dei nōnunq̄ꝫ ꝯcus
sa piclitabatur. Repn̄tabatur ergo electio
catholicoꝝ p̄ncipibus vt eoꝝ auctoritate
roborata nullus hereticoꝝ vel scismatico/
rū auderet ꝯtraire. Et in §. sequenti subdit
veꝝ qꝛ iperatores aliqn̄ modū suū igran
tes nō in numero consentientiū sed primi
distribuentiū imo exterminātiū esse volue
runt. Frequenter etiā in hereticoꝝ ꝑfidiaꝫ
ꝓlapsi catholice matris ecclesie vnitatem
ipugnare conati sūt: scōꝝ patrū istituta cō
tra eos ꝓdierūt vt se electioni nō ingerent
Et qsquis eoꝝ suffragio eccliam obtinent
anathematis vinculo innodaret. ¶ Sicut
etiā scriptura diuia dicit. ꝙ Ezechias post
q̄ꝫ dissipauit excelsa vbi. s. idola colebātur
ꝯfregit etiā ꝰpentē encū quē fecerat Moy
ses: qꝛ illū serpentēꝫ deus fieri iusserat ne
serpētina morte ppl's interiret. Ille aūt po
pl's iā venerari ⁊ colere ceperat. Iccirco de
struxit iste quod deo volente fecerat ille.

Ac p̄ hoc magna auctoritas est in ecclesia
hn̄da: vt si nōnulli ex p̄decessoribꝰ ⁊ maio
ribus fecerunt aliq̄ statuta. s. que ꝓ illo tē
pore fuerūt sine culpa ⁊ postea ꝯtunt in er
rorē ⁊ supstitionem sine aliqua tarditate ⁊
cū magna auctoritate destruēda sūt. Hec
Granus. Et dicit ibi glo. ꝙ successores de
bent mutare facta instituta antecessoꝝ eti
am bona si viderint esse ꝑniciosa exēplo.
12. q. pa. c. Uidentes. 31. q. pa. c. p̊. 96. di. c.
Bene in fine ex̄ de decimis. c. Suggestū.
¶ Notandū tn̄ ꝙ mutatio legū fieri nō de
bet sine causa multū vtili vl' necessaria. vn̄
Nicoꝰ papa di. 12. Ridiculū inqt ē ⁊ satis
abomiabile dedecus vt traditiōes quas
a p̄ribus accepimꝰ ifringi patiamur. Ideo
inqt Tho. vbi. s̄. ꝙ lex humana intātū re
cte mutat inq̄ꝫtum per eius mutationem
ꝓuidetur bono cōi. Habet autē ipsa legis
mutatio q̄ꝫtum in se est quoddā detrimen
tum cois salutis: qꝛ ad obseruantiā leguꝫ
plurimū valet consuetudo. vnde qn̄ muta
tur lex vis constitutiua legū minuitur in
q̄ꝫtum tollitur cōsuetudo. Et ideo nunq̄ꝫ
debet lex mutari nisi ex alia parte tantū re
compēsetur cōi bono cōiqꝫ saluti q̄ꝫtuꝫ ex
ista parte derogatur. Qꝺ quidē ꝯtingit ex
hoc ꝙ aliqua maxima ⁊ euidentissima vti
litas ex nouo statuto ꝓuenit vl' ex eo ꝙ est
maxima necessitas eo ꝙ lex cōstituta aut
grauamen aut iniquitatē continet aut eiꝰ
obseruatio est plurimuꝫ nociua. vnde dici
tur a iurisperito: ꝙ in rebus nouis consti/
tuendis euidens debet esse vtilitas vt re/
cedatur ab eo iure quod diu equum visuꝫ
est. Et cum leges habeant maximam vir/
tutē ex consuetudine vt dicit philosophus
secūdo politice. Ideo nō sunt de facili mu
tande. Ex hoc in decretis ponuntur multa
que a consilijs vel summis pontificibus
edita que tamen sunt immutata seu reuo/
cata. Aliqua quippe abrogata per contra
riam consuetudinē. Sicut diximus in ser/
mone de ꝯsuetudine. de ieiunio ichoando
a clericis. de diebus rogationuꝫ ⁊ silibus.
Item. 22. q. 5. c. Honestū. habetur ꝙ iura/
mētū in iudicio fiat a ieiunis. ¶ Et in. c. De
creuit. dicitur ꝙ in quadragema in aduētu
in diebꝰ ꝯsilicis nō exigant vel exhibeant

iuramenta.s. solénia in iudicio. Et vtrūqꝫ est abrogatū per contrariā consuetudiné. Multa etiā edita antiquo iure sunt imutata. Sicut electio sūmi pōtificis nó a cardinalib⁹ tm̄ sed etiā ab alijs religiosis ⁊ clericis faciéda auctoritate Nicolai pape. Sicut habetur.23.di.c° In noie dn̄i. Ita epo᷑ electio nó a canonicis tm̄.s.maioris ecclesie: sed etiā ab alijs clericis facienda ſm ordinationez Innocentij factam in consi° rome: que habetur di.63.c° Obeuntibus. Sed electio pape hodie fit a cardinalibus vt in c° Ubi periculū. de electiōe li°.6. Electio epo᷑ ſm iura coia fiebat a canonicis cathedraliū ecclia᷑: ⁊ confirmabat᷑ a metropolitanis. Sed hodie sūmi pontifices reseruant sibi puisioné ⁊ collationé omniū dignitatū.s. patriarcha᷑ metrapolitanorū epo᷑: abbatū prepositura᷑ ⁊ plebanatuū seu prioratuū ⁊ ecclesia᷑ collegiatarum. ¶ Ité di.77.⁊.78. per totū habetur de etate ordinando᷑.s. ꝙ ad subdiaconatū non debeat quis ordiari añ annū.xx^m. Ad diaconatū ante.xxv^m. Ad presbyteratū ante xxx^m. Ibi etiā habetur de certis interstici/is seruandis inter ordiné ⁊ ordiné. Sed ꝑ clementinā de etate ⁊ qualitate ordinādorū hec imutata sunt: ⁊ ibi determinatur ꝙ subdiaconus in decimooctauo anno. Diaconus in.xx°. Sacerdos in xxv° inchoato ⁊ si non cōpleto valeant ordinari. Et non ante sine dispensatione pape. Nec intersti/cia illa oportet seruari. Sꝫ si legitima etas existit ad oés ordines infra annū pōt quilibet ꝓmoueri. Immo intra vnā q̄dragesimā vt.s. in prima dn̄ica eius recipiat oés ordines minores. In sequēti sabbato subdiaconatū. In sabbato ante dn̄icaꝫ de passione diaconatū. In sabbato sancto sacer/dotiū: dūmodo al's sit idoneus. ¶ Iteꝫ in causa.35. que ponun᷑ in.q.2.3.4.⁊.5^a q̄ ad gradus consanguinitatis ꝓhibitos ad cōtrahendū matrimoniū.s. sex gradus correcta sunt ⁊ imutata per decretalez Gregorij noni: que habetur ex̄ de cō sanguinitate ⁊ affinitate c° Nō decet. vt dicit glo. vbi di/minuūtur duo gradus de illis sex qꝛ difficile erat ⁊ mēti retinere tot gradus: vnde multi ex ignorantia ꝯtrahebāt in gradib⁹ ꝓhibitis. ¶ Ité.2.q.4.c. Sepe cōtingit. statutū erat ꝙ cū furtū reperitur factū in monasterio: ⁊ ignoratur auctor debēt fieri ta/lis purgatio: vt abbate vel alio ex mona/chis celebrante missā oibus detur cómu/nio sub hac forma. Corpus dn̄i sit tibi ad ꝓbationé hodie. Dicit glo. ⁊ bene ꝙ istud statutū est abrogatū qꝛ idebite fieret. Sic ⁊ alia multa sunt que singula recensere nimis foret ꝓlixum.

¶ Qđ in lege positiua rationabilis est dispensatio que fit vel ex vtilitate vel ex necessitate. Cap.3^m.

Tertiū mysteriū declarandū dī dispésatio. vbi sciendū ꝙ dispensare in legibus vel eas interpretari spectat ad prelatos ⁊ rectores qui.s. in hi⁹ habét ptātem: nisi subita necessitas occurrat cui oporteat subito obuiare ne sequatur aliqđ inconueniens. Nā tunc ipsa necessitas habet annexā ipsaꝫ dispensationé legis ⁊ quilibet per se pōt interpretari legé ⁊ dispésare secū ⁊ precipue cū nō pōt ad superioré habere recursū: vt patet p̄^a.q.p̄^a.c. Si ergo. Puta cū quis grauiter infirmatur tpe ie/iunij ab ecclia instituti per seipꝫ pōt dispésare secū in lege ieiunij ⁊ iterpretari ꝙ non obligetur ad illā. In obseruatione enim legū vel precepto᷑ maxime debet attédi ⁊ seruari intétio ferétis legé vel preceptū: de qua si constet ⁊ cōtraria sit ad scripturā legis vel ꝟbum precepti eque obediendū est omissa lr̄a legis vel precepti.22.q.5.c. Humane. Si aūt dubitat᷑ de intétiōe stan/dū est lr̄e ſm Archi^m: vel habeatur recursus ad superioré si pōt haberi cuius est interpretari ⁊ dispensare: vl' si nō pōt haberi habeatur consiliū perito᷑. ¶ Possūt auté ipsi prelati ⁊ debét cū adest causa rationa/bilis dispésare: puta alicuius necessitatis vel vtilitatis. vnde ex̄ de prebendis.c. Ex posuisti. glo. ait: Necessitas vl' vtilitas ista duo frequenter dispensationé iducūt p̄^a.q.7.c. Tali. ¶ Hinc Hostié. ita diffinit dispé/satioé. Dispensatio est iuris alleuiatio facta cū cause.s. rōnabilis cognitione ab eo qui pōt. Si ꝟo prelati absqꝫ rōnabili causa vel saltē dubia pro sola voluntate licentiam tribuunt veniendi contra legem ſm

Bernardū in li° de precepto ⁊ dispensatio
ne non erunt dispensatores sed dissipato/
res: ⁊ peccabunt ipsi dispēsantes cū dispen
satis si eis vtūtur. Et qꝛ papa in eccl'ia dei
habet plenitudinē ptātis i oibus pure po
sitiuis habet plenitudinē ptātis dispēsan/
di. Et sic dicitur habere oia iura in scrinio
pectoris sui de ꝯstitutionibus in. c. Licet.
li°. 6. q̄ʒtum. s. ad interpretationē ⁊ dispen
sationē. ¶ Epi aūt dispēsare possunt ꝺm cō
munē opinionē doctoꝝ in hijs que nō sūt
eis a iure ꝓhibita. Ex̄ de sn̄ia excoicatiōis
c. Nuper. ⁊ di. 50. c. Miror. Que autē eis
ꝓhibeanť habes in glo. In necessitate ṽo
manifesta in omni lege positiua dispensať
vnde p̄a. q. p̄a in. c. Remissionē. ⁊ ex̄ de ob
seruatione ieiunioꝛum. c. Consilium. Ne/
cessitas non habet legem: sed ipsa sibi le/
gē facit. Et de regulis iuris. c. Qđ non est.
Qđ nō est licitū in lege necessitas licituʒ
facit. Nā ⁊ sabbatū custodiri preceptū est:
Machabei tamē in sabbato sine culpa pu
gnant. Et ad idē facit c^m Quanto. Ex̄ de cō
suetudine. E de ꝯ. di. 3. c^m Peruenit. Et de
cōsecratione di. 5. c^m Discipulos. Et. 81. di.
c^m Quisquis. ⁊ c^m Delitie. ⁊. 81. di. c^m Cū
oibus. ⁊ extra de furtis c^m Siquis. ¶ Sed
querūt aliqui quare siquis furatur ꝓpter
necessitatē famis debʒ tres hebdomadas
penitere: vt diciť pretacto. c. Siqs. ¶ Re/
spondet glo. quia modica fuit necessitas:
sed si magna fuisset non iponeretur pnia.
¶ Adhuc queritur quare nō excusať muli
er a fornicatione ꝓpter necessitatē famis.
ff. de ritu nuptiaꝝ. l. Palaʒ. §. Nō est sicut
excusatur a furto. ¶ Et respondet glo. ꝙ per
necessitatē res facta est cōis vt. 42. di. §. p̄.
Et. 23. q. 3. in. c. Qđ aūt. Sed in fornicatio
ne nō ē ita. Ideo nulla necessitate licet for
nicari. 88. di. c. Fornicari. Et potius debet
mulier oia mala sustinere q̄ʒ fornicari. 32.
q. 5. c. Ita ne. ¶ Amplius queritur: cur ex
cusatur homo ab homicidio si ex necessita
te ineuitabili se defēndēdo aliquē occidit.
¶ Ad hoc dicit glo. ꝙ interficiēs nō ipse in
terficit: sed potius qui interfectus est se in
terfecit qui aggreditur illū. Ex̄ de homici
dio. c. Sicut lator. Spiritu sancto igiť insti
gante multa a sanctis patribꝰ edita sūt sa

luberrima statuta ⁊ sanctissime cōstitutio
nes quibus possent fideles spūaliter viue
re. ¶ Sed hodie xpiani ppli aures habent
⁊ non audiūt: qm̄ pauci sunt qui implere
studeant illa precepta ecclesie que in p̄ma
parte explicauimus. Quinimo laudant il
la verbis ⁊ approbant tanq̄ʒ dignissima:
⁊ digito suo nolunt ea mouere. Dies festi
cōmuniter violantur: nō sanctificantur cū
in illis vacent viri ⁊ mulieres vanitatibꝰ
⁊ dissolutionibus execrādis. ¶ Ieiunia gu
losis m̄tis ⁊ voluptuosis exosa sūt. ¶ Mis
se ex cōmuni corruptela a puellis nubili/
bus non audiuntur: quibus ad choreas ⁊
vana spectacula ꝑgere nō videtur īfamia.
Sed visitare sacra dei tēpla ⁊ audire diuia
dedecus apparet ⁊ ignominia. Confessiōes
vel omittuntur vel fiūt apparēter cū men
te lupina: qm̄ cū ꝓposito aliena detinēdi
⁊ rapiendi adulterādi: ⁊ peccata preterita
ꝓsequēdi. ¶ Decie aūt in plerisq̄ʒ locis nō
cogn̄scuntur vel soluuntur: in alijs cū luore
mētis ⁊ angustia cordis. Excōmunicatio
nes ⁊ ecclesie censure habent in derisum: ⁊
multi sic excōmunicati ecclesie claues con
temnūt. ¶ De clericis nō psallentibus ho
ras taceo: deꝰ iudicet illos. ¶ Religiosi ṽo
multi sūt noie ⁊ paucissimi re: qm̄ etiā ple
riq̄ʒ ex illis q vident austerā ⁊ sanctaʒ du
cere vitā nullā habent reuerentiam ad cle
ricos seculares: ⁊ quasi pro nihilo ducunt
quicquid ab eccl'ia constitutū est pro ꝯser
uatione graduū ⁊ officioꝝ. Dū cōfessiōes
audiūt detrahūt parrochianis presb̄ris ⁊
ordiarijs locoꝝ: de decimis ipsi sciūt quā
confitentibus consciam faciant. Ingerūt
se q̄ʒtum possunt presumptuose ad curaʒ
aiaꝝ sub specie charitatis ⁊ zeli. O confu
sio maxima xpiane religionis nolle obedi
re traditionibꝰ sāctissime ecclesie dei. ¶ De
matrimonijs indebite contractis tum pro
pter ipedimēta: tū propť deceptiōes ⁊ frau
des clandestinas longū esset singula enar
rare. Non sic o christiani redempti precio
so sanguine christi: non sic. Que dixerint
scilicet patres sancti ⁊ ecclesie rectores: fa/
cite ⁊ seruate: vt sic mereamus fieri partici
pes gratie diuine. Quaʒ largiatur nobis
iesus christus filius dei: qui sit benedictꝰ

cũ patre ⁊ spiritu sancto per infinita secula
seculorum Amen.
¶ Feria quarta tertie hebdomade. De su
perbia transgressorum legis ciuilis.
Sermo decimus octauus.

Filius homi-

nis non venit mistrari sed mi-
nistrare. Vba sunt redẽptoris
nostri originaliter Mathei. 20. c. ⁊ in euan
gelio hodierno. Ne quis horreret humili
tatis regulaꝫ: voluit saluator noster iesus
christus illam suo exemplo cunctis ostẽde
re: quoniã homĩes vt Lactantiꝰ refert ma
gis volũt exempla q̃ꝫ verba: quia loq fa-
cile est: prestare difficile. vt igitur scribitur
Actuũ p̃. c. Cepit iesus facere ⁊ docere. Fe
cit aũt multa. Sed inter illa vnũ illud no-
bis se offert considerandũ: ꝙ cũ ipse nõ es
set subditus legi voluit ea que erant legis
implere: vnde ⁊ circũcisus est ⁊ in templo
8. die post natiuitatem oblatus. Cuꝫ xp̃o
hoc ex humilitate fecerit vt nobis prebe-
ret exemplũ satis est execrãda superbia il-
loꝝ qui sua volũtate ⁊ non legibus volũt
omnia facere: ꝯtra quos ⁊ si diximus in
sermone precedenti adhuc remanet aliq̄d
enarrandũ contra eos qui legeꝫ humanã
⁊ ciuilẽ abiciunt. ¶ Idcirco in presenti ser-
mone de superbia transgressoꝝ legis ciui
lis erimꝰ tractaturi. ¶ Proponemus aũt
de ipsa lege tria mysteria cõtẽplanda.
¶ pm dicitur diffinitionis.
¶ 2m obligationis.
¶ 3m abrogationis.
¶ Quid est lex ⁊ de actibꝰ legis atq̃ꝫ de il
lius necessitate. Cap. pm.

P Rimuꝫ mysteriũ dicitur diffinitio
nis: In quo videre debemus tria.
¶ Primo legis quidditatem. ¶ 2º
legis actualitatem. ¶ 3º legis necessitatẽ.
¶ Primo videamꝰ quid sit lex in cõmu-
ni. Et ad hoc dicit beatꝰ Tho. pª 2e. q. 90. lex
est ordinatio rationis ad bonũ commune
ab eo qui curam habet cõmunitatis pro-
mulgata. vbi ponũtur quatuor ꝯditiões
legis.
¶ pª est rationis practice ordinatio.
¶ 2ª boni communis ꝓcuratio.
¶ 3ª ppli vel principis constitutio.
¶ 4ª legis ꝓmulgatio.
¶ Prima conditio legis est rõnis practi-
ce ordinatio. Ordinat eni rationẽ practica
ad actiones. ¶ Dicit nanq̃ꝫ Isidorꝰ. ꝙ lex
dicitur a legendo: q: scripta est: vel dicitur
a ligando q: ligat: idest obligat preceptis
affirmatiuis ad agendũ negatiuis ad ca
uendũ. vel dicitur lex ab eligendo ẜm Au
gustinũ quia debet quilibet eligere viue-
re ẜm legẽ. Isti aũt actus. s. eligere legere
⁊ ligare sunt actus rationis. ¶ Notãdum
tamẽ vt dicit Tho. pª 2e. q. 95. articulo. 2.
Qd̃ ois lex humanitus posita intantũ ha
bet de legis rõne inq̃ꝫtuꝫ a lege nature de
riuatur ex eo ꝙ rationis p̃ma regula ẽ lex
nature. Et lꝫ iurisperitꝰ dicat. ff. de legibꝰ.
Nam ad ea ꝙ de oibus que a maioribus
tradita sunt ratio reddi non põt: hoc dicit
non quia leges oẽs non ꝓcedant a ratiõe
si iuste sunt: sed quia minus esset difficile
⁊ ꝓlixũ. Sed vt dicit phus 5º ethicoꝝ. In
talibus oportet attendere exptoꝝ vl' senio
rũ vel prudentiũ in demonstrabilibꝰ enun
ciationibꝰ ⁊ opinionibꝰ nõ minꝰ q̃ꝫ demõ
strationibus. ¶ Secũda ꝯditio legis est bo
ni cõis ꝓcuratio. vnde Isidorꝰ di. 4. c. Erit
aũt lex ait. Lex nullo p̃uato cõmodo sꝫ ꝓ
cõi vtilitate ciuiũ debet esse ꝯscripta. Rõ
q: cũ ois pars ordinetur ad totũ sicut im-
perfectũ ad pfectũ: vnus aũt homo sit pso
na cõmunitatis perfecte necesse est ꝙ lex
respiciat ꝓprie ordinẽ ad cõem felicitateꝫ.
Quodcũq̃ꝫ aũt preceptũ fiat ad aliquem
de aliquo particulari ope ĩtantũ habet ra-
tionẽ legis inq̃ꝫtum ordinatur ad bonum
cõe. ¶ Tertia conditio legis est ppli vl' p̃n
cipis constitutio. vnde dicit Isidorꝰ liº 6º
ethicoꝝ. ꝙ lex est constitutio populi q̃ ma
iores natu simul cũ plebibus aliq̄d sanxe
runt. di. 2. decretoꝝ. Rõ ẜm Tho. est q: lex
vt dictũ est proprie ⁊ principalr̃ ordinatur
ad bonũ cõe. Ordinare aũt aliquis ad bo
nũ cõe est principis vel totius multitudi-
nis. Nam itentio legislatoris est vt hoies
ad virtutes iducat ⁊ a vicijs retrahat. Sꝫ
persona priuata põt q̄dem inducere moni
tione aut suasione bene dispositos. Sꝫ effi

caciter inducere. ſ. per vim coactiuã metu
penaꝝ ꝓteruos ⁊ male diſpoſitos non põt
niſi perſona publica ad quã ptinet penas
infligere. ¶ Quarta conditio legis eſt pro/
mulgatio. vt eni dicit Gratian⁹ di. 4. Le/
ges inſtituuntur cum ꝓmulgãtur. Rõ eſt
quia ad hoc ꝙ lex obliget oportet ꝙ in no
ticiã deducatur alioꝝ. hoc aũt fit per ꝓmul
gationẽ. Et lex quidẽ naturalis ꝓmulga/
ta eſt a deo ſm ꝙ deus eam mentibus ho
minũ inſeruit naturaliter cognoſcendam. lex
aũt exterior humana ꝓmulgatur quo ad
preſens ꝟbo ſed in futuꝝ ſcripto: vnde le/
gis ꝓmulgatio que fit verbo in futuꝝ extẽ
ditur per ſcripture firmitatẽ que quodam
modo legem ſemper ꝓmulgat. Illi aũt co
ram quibus lex non ꝓmulgatur obligant
ad legẽ ſeruandã inq̃ʒtum ad eoꝝ noticiã
deuenit vel deuenire potuit per alios pro/
mulgatione facta. Glo. ꝟo in. c. Cognoſcẽ
tes ex̃ de ꝯſtitutionibus inqt. Ex quo pu/
blice ꝓmulgata eſt conſtitutio oẽs tenẽtur
ad ipſius obſeruantiã ⁊ oẽs ligat poſt du/
os menſes a publicationis tempore ela/
pſos. In Auctentico vt facte noue conſtitu
tiones circa principiũ collatione 5ª. Nec
eſt neceſſe vt ſinguloꝝ auribus iculcetur.
16. di. c. Quod dicitis. niſi probaret qs tũc
extra ꝓuinciã fuiſſe vel aliud impedimẽ/
tum. argᵐ expreſſũ ex̃ qui matrimonium
accuſare poſſunt. c. Cum in tua. ¶ 2° videa
mus legis actualitatẽ ſm Iſidoꝝ di. 3. de
cretoꝝ. Quatruplex eſt enim actus legis.
Ois eniʒ lex aut permittit aliquis vt vir
fortis petat premiũ. ¶ Aut vetat vt ſacraꝝ
ꝟginũ nuptias nulli liceat appetẽ. ¶ Aut
punit vt qui cedẽ fecerit capite plectatur.
¶ Aut precipit vt diliges dñm deũ tuum.
Ratio iſtoꝝ ſm Tho. pª 2ᵉ. q. 93. qr cũ lex
ſit directiua humanoꝝ actuũ. Tres ſt diie
actuũ humanoꝝ. Quidam eni ſũt act⁹ bo
ni ex genere: vt ſunt actus virtutũ: ⁊ reſpe
ctu hoꝝ ponitur actus legis precipere ꝑci/
pit eni lex actus virtutũ: vt dicitur quinto
ethicoꝝ. Quidã alij actus ſunt mali ex ge
nere: ſicut ſunt actus vicioꝝ: ⁊ reſpectu ho
rum ponitur actus legis prohibere. Qui
dam alij ſunt indifferentes ex genere: ⁊ re
ſpectu borum dicitur lex permittere. Poſ
ſunt etiam differentes dici qui parum ha
bent boni vel mali: vt peccata venialia.
Oportet autem ꝙ aliquid ſit per quod in
ducat lex ſubditos vt ei obediant. Hoc au
tem eſt timor pene. Et reſpectu huius dici
tur actus legis punitio. Non autem poni
tur conſilium actus legis: quia conſulere
etiam ſpectat ad priuatam perſonam cu/
ius non eſt condere legem. Quilibet eniʒ
poteſt alteri conſulere. Similiter premia/
re non ponitur actus legis ſicut punire: qr
premiare poteſt quilibet: ſed punire non
poteſt niſi perſona publica ⁊ qui eſt mini/
ſter legis: cuius auctoritate pena infertur.
¶ Tertio videre debemus legis neceſſita/
tem. Fuerunt quippe non ſuperflue ſed ne
ceſſarie. vt inquit Tho. pª 2ᵉ. q. 95. Leges
humane ad retrahendum homines a vi/
cijs ⁊ inducendum ad virtutes. Nam ho
mini ineſt naturaliter quidam appetitus
ad virtuteʒ. Sed ipſa virtutis perfectio ne
ceſſe eſt ꝙ adueniat homini per aliquam
diſciplinaʒ. Sicut videmus ꝙ per aliquã
induſtriam ſubuenitur homini in ſuis ne
ceſſitatibus: puta in cibo ⁊ veſtitu quoꝝ̃
initia quedaʒ ſunt a natura ſcilicet a ratio
ne ⁊ manu. Non autem eſt a natura com/
plementũ ipm. ¶ Ad hanc autem diſcipli/
naʒ non de facili ſibi homo ſufficiens eſt:
qr perfectio virtutis cõſiſtit precipue in re
trahendo ſe ab inordinatis delectationib⁹
⁊ indebitis: ad quas homies ſunt proni ⁊
maxime iuuenes quib⁹ magis eſt efficax
⁊ neceſſaria diſciplina. Et ideo oportet ꝙ
huiuſmodi diſciplinã per quã ad virtuteʒ
peruenitur ab alio ſortiantur. Et q̃ʒtũ qui
dẽ ad illos iuuenes qui ſunt ꝓni ad virtu
tis actus vel ex diſpoſitiõe nature vl' ex cõ
ſuetudie vel magis ex diuio munere: ſuffi
cit diſciplina pĩna q̃ eſt per admonitiões.
Sʒ qr inueniunt ꝓterui ⁊ ad vicia ꝓni qui
de facili verbis moueri non poſſunt neceſ
ſariũ fuit vt per vim ⁊ metũ cohiberẽtur a
malo: vt ſaltẽ ſic a malis deſiſtẽtes ⁊ alijs
quietam vitã redderent: ⁊ ipſi tandem per
huiuſmodi aſſuetudinẽ ad virtutẽ ꝑduce
rentur: ⁊ voluntarie facerent que metu pri
us implebãt: ⁊ ſic efficerent virtuoſi. Hu
iuſmodi aũt diſciplina cogẽs ẽ diſciplina

legum: vnde necessariū fuit ad pacē hoīuz ⁊ virtutē acqrendam vt leges humane cōstituerentur. ¶ Hinc Isidorꝰ di. 4. c° Facte sunt ait. Facte sunt aūt leges vt earuz metu humana coerceatur audacia: tutaqꝫ sit inter iprobos innocentia: ⁊ in ipis iprobis formidato supplicio refrenetur audacia ⁊ nocendi facultas. Et in ꝓlogo decretaliuz. Ideo lex ꝓditur vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur per quā genus humanū vt honeste viuat alterꝝ nō ledat: ius suū vnicuiqꝫ tribuat informatˀ. ¶ Et si obiceretur ꝙ melior est iusticia ⁊ lex aīata q̃z inaīata. Sed iudex est iusticia aīata. dicit eni Arist. 5° ethicoꝝ ꝙ ad iudicē ꝯfugiūt hoīes sicut ad iusticiā aīatam. lex autē est quasi iusticia inaīata. Ergo viderˀ ꝙ meliꝰ fuisset vt executio iusticie cōmitteretur arbitrio iudicum q̃z ꝙ lex aliqua cōderetur. ¶ Rńdet Tho. vbi. s̃. ꝙ ꝫm Arist. in p̊ rethoricoꝝ: meliꝰ ē oīa ordiari lege q̃z dimitti arbitrio iudicū: ⁊ hoc ꝓpter tria. ¶ Primo q: facilius est reperire paucos sapientes qui sufficiant ad rectas leges condendas: q̃z multos qui reqrerenˀ ad recte iudicandū de singulis. ¶ Secūdo q: illi qui leges ponunt multo tp̄e ꝯsiderāt quid lege ferēdū sit. Sed iudicia de singularibꝰ factis sunt ex casibus subito ortis. Facilius aūt ex multis consideratis pōt homo videre quid rectum sit q̃z ex vno solo facto. ¶ Tertio q: legis latores iudicāt in vniuersali ⁊ de futuris: sed hoīes iudicijs presidētes iudicant ad q̃ afficiuntur odio vlˀ amore aut cupiditate ⁊ sic eoꝝ deprauatur iudiciū. Quia ergo iusticia aīata iudicis nō in multis iuenitur ⁊ q: flexibilis est: ideo nemini fuit in quibuscūqꝫ est possibile lege determinare quid iudicandū sit: ⁊ paucissima arbitrio hoīum relinquere

¶ Qd̄ ciuiles leges iuste sunt seruāde: ⁊ ꝙ aliq̄ñ licet facere p̄ter v̉ba legis: ⁊ qualiter melior est ciuitati bonꝰ minister sine lege q̃z lex sine ministro. Cap. 2m.

ſ Ecundū mysteriū contēplanduz de lege dī obligatiōis. In quo tria sūt dubia declaranda.

¶ p̄m vtrū obligentur hoīes in foro ꝯsciētie ad obseruantiā leguz seculariū:

¶ 2m vtrū liceat aliq̄ñ subditis legis p̄ter v̉ba legis agere:

¶ 3m vtrū expediențius sit ciuitatē regi ꝑ bonā legē ⁊ malū mīstrū: q̃z per bonū ministrū sine bona lege:

¶ Ad p̄m dubiū rńdet Tho. p̄a 2e. q. 96. articulo. 4. ꝙ si leges seculares sunt iuste obseruande sunt. Ita ꝙ nō obseruans peccat vnde Augꝰ di. 9. c° Quicūqꝫ ait. Qui legibus imperatoꝝ que pro dei voluntate feruntur obtēperare non vult acqrit grāde suppliciū. Qui aūt legibus iperatoꝝ que contra dei voluntatē feruntur obtēperare nō vult acqrit grande premiū. Igitur lex humana si non est iusta q̃zuis large dicatur lex inq̃ztum ab aliquo habente auctoritatē ꝯstituitur ꝫm illud Ysaie. 10. c°. Ve qui condunt leges iniquas nō tamē proprie est lex: quia nō ligat idest nō obligat ad sui obseruantiā. Si aūt iusta a deo ispirante est ꝫz illud ꝓuerbioꝝ 8°. Per me reges regnant ⁊ legū conditores iusta decernunt. Propterea xp̄s nascens seruari voluit a matre sua legē hoīs infidelis: cuz. s. vt scribitur Luce. 2. c°. Exijt editū a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis ⁊ ipsa iuit in bethleē. ¶ Sciendū tamē ꝫz Tho. vbi supra: ꝙ leges humanitus posite dicuntur. Iuste vel iniuste ꝫm quatruplicē causam. s. finalē: efficientē: formalem: ⁊ materialē. ¶ Primo ꝫm causā finalē ex fine qñ ordinantur ad bonū cōe. Iste eni est finis legis: vtilitas cōis boni vt dictū est. Ecōtra est lex iniusta qñ est ꝯtraria cōmuni bono. vnde qñ aliqs presidens iponit leges onerosas subditis nō ꝓpter cōez vtilitatē: sed ꝓpter p̄uatam suā vt ꝓpter cupiditatem vel gloriam faciens statutum ꝙ qui facit talē defectū soluat tantū: qd̄ non ꝓpter aliud facit nisi vt inde lucretur: vel cū iponit tallias ⁊ gabellas vltra debituz vt thesaurizet ⁊ similia. ¶ Secūdo dicūtur leges iuste ex causa efficienti seu auctore. Causa efficiens legis est statuēs legez. Si ergo nō excedit ptātem ferentis: q: s. eam facit subditis suis iusta est. Iniusta aūt si fert legem super eos in quibus non habet potestatem. Puta si laicus cuiuscūqꝫ dignitatis etiam imperialis facit legē que

extendatur etiā ad clicos: vt ꝙ habeāt re
spondere in foro suo vel ꝙ soluant tallias
⁊ hi⁹. nō enim hn̄t ptātem super clerum.
¶ Tertio leges dicūtur iuste ex forma: qñ
s. ſm equalitaté ꝓportionis imponuntur
onera subditis in ordie ad bonū cōmune.
Cū enim vnus homo sit pars multitudis
quilibet homo ⁊ qđ est ⁊ qđ habet é mul-
titudis. Sicut quelibet pars est qđ est toti
us: vnde natura aliqñ aliquod detrimētū
infert parti vt saluet totū. Et ſm hoc leges
ꝓportionabiliter onera iponentes sunt iu
ste ⁊ obligant in foro conscie: vnde ex cau
sa rationabili rectores ciuitatū iponūt ali
quas collectas: puta ad defendendū se in
iusto bello: ⁊ ſm ꝓportionez debitā: qui h̄
recusaret peccaret. Iniuste aūt sunt leges
qñ non equalr̄ onera iponuntur ſm rataz
vnicuiqꝫ cōtingenté ⁊ ſm subām. Sꝫ alij
nimis grauātur enormiter. Alij nimis al
leuiant̄. Et iste sunt violentie magis q̄ꝫ le
ges. Ideo non obligant in foro cōscientie
nisi forte ꝓpter vitandū scandalū vel ꝑtur
bationé: ꝓpter q̄ꝫ homo etiā qñqꝫ debet
cedere iuri suo. ¶ Quarto leges sunt iniu
ste ex materia qñ sunt de rebus illicitis cō
tra ius diuinū vel naturale: vt ꝙ adorent
idola. Sicut fecit nabuchodonosor legem
ꝙ oēs adorarent statuā Danielis. 3. c. Et
tales leges nō sunt obseruande: q: vt scri
bitur Actuū. 5. c. Obedire oportet deo ma
gis q̄ꝫ hominibus. Ad idem facit c^m Julia-
nus. xi. q. 3. ¶ Et nota ꝙ condentes leges
iniquas puta ad iponendū collectas inde
bitas ⁊ grauamia tenētur ad restitutioné
ipsi ⁊ heredes eoꝝ oium damnoꝝ que oc-
casione dictaꝝ legū aliqui passi sunt. Et il
li qui induxerūt conditoré ad talé legé fa-
ciendā quilibet isolidum. vt ergo iā predi
ctū est iuste leges seruande sunt nō contem
nēde. ¶ Hinc Gelasi⁹ papa di. 10. ait. Quis
aut leges ꝑncipum aut patrū regulas aut
monitiones ꝑnas dicat debere conténi:
nisi qui ipunitū sibi extimet trāsire cōmis
sū. ¶ Secūdū dubiū fuit vtrū liceat aliqñ
subditis legis preter verba legis agere.
¶ Ad hoc dicit Tho. ꝑ^a 2e. q. 96. artic^o. 6.
ꝙ cum ois lex ordinetur ad bonū cōmune
intantū habet vim ⁊ rationé legis inq̄ꝫtū

aspicit id cōe bonū. Secūdū ꝟo ꝙ ab hoc
deficit nō habet virtuté obligādi: vñ iuris
peritus dicit: ꝙ nulla iuris ratio aut equi
tatis patitur benignitas vt que salubriter
pro vtilitate hoium itroducunt̄ ea nos du
riori interpretatione cōtra ipsoꝝ cōmodū
ꝑducamus ad seueritaté. Et Bernardus
li^o de precepto ⁊ dispensatione ait. Iniquū
ꝓculdubio foret si ea que sūt pro sola cha
ritate instituta contra charitaté tenerētur.
Contingit aūt ꝙ aliqd obseruari cōi salu-
ti est vtile vt in ꝑlibus quod tamé in aliq
bus casibus est nocumentū maximū. Q2
igitur legis lator nō pōt oēs casus singu-
lares intueri ꝓponit legé ſm ea que vt in
ꝑlibus accidūt ferens intétioné suā ad cō
muné vtilitaté: vnde si emergat casus in q̄
talis obseruatio legis sit dānosa nō saluti
fera: talis lex nō est seruāda. Sicut si in ci-
uitate obsessa statuat̄ lex ꝙ porte stét clau
se hoc est vtile cōmuni saluti vt in ꝑlib⁹.
Si aūt contingit casus ꝙ hostes insequā
tur aliquos ciues per quos ciuitas cōser-
uatur damnosissimū esset ciuitati si porte
eis non aperiunt̄. Et ideo in tali casu por-
te essent eis aperiende cōtra verba legis
vt seruaretur vtilitas cōmunis quā inten
dit legis lator: ¶ Propterea dicitur i glo.
in ꝓlogo decretaliū. Nouis morbis noua
cōuenit antidota preparari. Ex de iuramē
to calūnie. c. Ceteꝝ. ¶ Et varia experimēta
morboꝝ varia nos cogūt remedia inueni
re. 50. di. c. Ut constitueretur. ¶ Et qđ me-
dicamēta morbis exhibēt hoc iura nego-
cijs. ¶ Et iteꝝ glo. in ꝓlogo. Que de nouo
emergūt auxilio nouo idigent. ff. de inter
rogatorijs actionibus. l. de etate. §. Ex cau
sa. ex de officio iudicis delegati. c. Insinuā
te. ¶ Sed tamé considerandū est ꝙ si obser
uatio legis ſm verba non habet subitū pe
riculū cui oporteat stati occurrere: nō per-
tinet ad quélibet interpretari quid sit vti-
le: sed hoc solū pertinet ad ꝑncipes qui ꝓ-
pter hu⁹ casus habent auctoritaté in legi-
bus dispensandi. Si ꝟo sit subitū periculū
non patiens tantā morā vt ad superiorez
possit recursus haberi ipsa necessitas dis-
pensationé habet annexam. ¶ Nec obstat
qđ Aug⁹ dicit di. 4. c. In istis. ꝙ non licet

alicui iudicare de lege. Sz siqs ꝑtermit
tat ꝟba legis dicés se intentioné legis ser
uare videt̃ ꝙ iudicet de lege. Ad hoc dicit
Tho. Ille qui in casu necessitatis agit pre/
ter ꝟba legis nó iudicat de lege sed de ca
su singulari: in quo videt ꝟba legis nó es
se seruanda: vnde dicitur ex̃ de rescriptis i
c. Causã. ꝟba in rescriptis vel legibus po
sita debemus conformare equitati etiaz si
ꝟba non paterent̃. ¶ Itẽ si arguatur quia
eius est interpretari legem cuius est con/
dere: vt di. xi. q. pª. c. Sicut enim §. Ex hijs
oibus. Sed subditoꝝ legis non est ꝯdere
legem: nec ergo eoꝝ est interpretari itentio
né legis latoris: sed ƀm ꝟba agere. ¶ Re
spondet Tho. ꝙ ille qui sequit̃ intentionez
legis latoris non interpretat̃ legez simpl'r
sed in casu in quo manifestũ est per euidé
tiã nocumenti legis latoré aliud intédisse.
Si eni dubiũ sit debet vl' ƀz ꝟba legis age
re vel superiores cósulere. Cófirmant̃ oia
supradicta ꝑ illud qð scribit̃. 22. q. 5. c. Hu
mane. Qð verba debent seruire intétioni
non intétio verbis. vnde Ilari⁹ ex̃ de ꝟbo
rũ signifiᶜ. c. Intelligétia ait: Intelligétia
ꝟboꝝ ex causis est assuméda: qꝛ nó ƀmo/
ni res se ꝫ rei sermo debet esse subiect⁹. Ibi
dicit glo. ꝟba non sunt intelligéda stati vt
sonare vident̃ maxime vbi ambigua sũt.
Sed consideranda est intétio loquétis. ff.
de ꝟboꝝ signifiᶜ. l. Nepos ꝓculo. ff. de re/
gulis iuris. l. Semꝑ i stipulatióib⁹. 31. q.
pª in. c. Quó virgibus. ¶ Et glo. in. c. Pre
terea. Ex̃ de ꝟboꝝ signifiᶜ. inqt. Peccator
é mens dicétis qz vox. ff. de supellectili le
gata. l. Labeo. Nec plus verbũ qz volun
tas inspici debet. C. que res pigͥ obligari
possunt. l. vlti. Seqtur Tho. ꝙ qzuis sapi
entes nouerint intentioné suã ꝟbis expli
care ⁊ conditores legum fuerint sapientes
tamé nullus ita sapiés est vt possit oés ca
sus excogitare. vnde. ff. de administratióe
reꝝ ad ciuitaté pertinentiũ. l. 2 §. Si eo tpe
dicitur. Fortuitos casus nullũ hoium con
silium preuidere pót. Ideo nó pót sufficié
ter per ꝟba sua in lege exprimere ea q̃ con
ueniunt ad finé intétũ. Et si posset legis la
tor oés casus considerare nó oporteret ꝙ
oés exprimeret ꝓpter confusioné vitãdã:

sed legem ferre debet ƀm ea que eueniunt
vt in pluribus. ¶ Tertiũ dubiũ erat vtrũ
expedientius sit ciuitaté regi per bonaz le
gem ⁊ malũ ministeriũ: qz per bonũ mini
sterium sine lege. ¶ Et Geraldus odo. su/
per 5º ethicorũ dicit ꝙ per bonũ misteriũ.
Quia illud regimé est ciuitati expedienti⁹
qð é ad finé ⁊ felicitaté ciuitatis efficati⁹.
hoc aũt est regimen boni viri: quare ipsũz
expedientius est regimie bone legis. Naz
finis ⁊ felicitas ciuitatis est esse ciues iu/
stos prudétes ⁊ bonos: hoc habito cetera
necessaria ciuitati faciliter habent̃. Sz ꝙ
ad hoc sit efficatius regimen boni viri ap
paret ex tribus: in quibus vir bonus exce
dit legem. ¶ Videlz: Potentia: Pruden/
tia: Iusticia. Qð vir bonus sit potentior:
patet quia quatuor sunt motiua que cóti/
nent totã potentiã faciendi hoies bonos
s. Metus: Amor: Exhortatio: Exemplũ:
¶ De metu Arist. dicit. io. ethicoꝝ. Multi
obediũt magis necessitati qz sermoni ⁊ ia
cture quam timent magis qz bono. ¶ De
amore etiã sequitur ibidem. ꝙ paterni ser
mones ⁊ mores magis habent de ꝑtãte:
qz legalia ⁊ ciuiles mores ꝓpter cognatio
né ⁊ beneficia. ¶ De exhortatióe dicit Hie
ro⁹ ad paulinũ: habet nescio qd latétis in
tegre viue vocis act⁹ ⁊ in aures discipli de
doctoris ore transfusa fortius sonat. ¶ De
exemplo ꝓo Lactanti⁹ liº. 4. hoies exem
pla magis volũt qz ꝟba. Bonus igit̃ vir
⁊ bona lex pares sunt in metu ⁊ timore qꝛ
vterqz habet misteriũ ⁊ gladium. Sed bo
nus vir habet amoré: habet exhortationé
viuã ⁊ exemplũ bonoꝝ operũ: lex aũt nó.
¶ Qð etiã bonus vir sit prudentior ꝓbat̃.
Quia vir prudens ⁊ lex bona ƀm prudéti
am datã continét noticiã ⁊ arté bene viué
di. ¶ Tamé noticia boni viri excedit tripʳ.
¶ Primo extésiue: qꝛ lex nó pót extédi ad
oés casus q possunt euenire eo ꝙ singula
ria sũt ifinita. Et descendétib⁹ ab vniuersa
libus ad particularia: iubet Plato qesce
re. Tunc aũt vbi lex deficit recursus est ad
arbitriũ boni viri. Et sic arbitriũ boni viri
excedit legé extésiue. ¶ 2º excedit bon⁹ vir
legé itensiue: qꝛ ƀmones legis sunt vniuer
sales: sermones boni viri particulares. Et

vt dicit Arist. in 2° ethicorũ ⁊ in 3° politi.
Sermones particulares efficatiores sunt
in agibilibus q̃ȝ vniuersales. ¶ 3° bonus
vir excedit pfectiõ alr̃: q2 vir bonus habet
quandá expientiá seu experimentalé noti
ciá ita pfectá ꝙ nulli põt inesse nisi hoi bo
no. oĩs aũt legalis noticia põt inesse tá bo
no q̃ȝ malo ❡ Qď adhuc vir bonus sit iu
stior ꝓbat᷑: q2 lex bona est tm̃ preceptiua
vir bonus est p̃ceptiuꝰ: opatiuꝰ: electiuꝰ:
⁊ volitiuus. Sed vbi sũt isti viri boni: vbi
qui recte viuãt: qñ etiam post tot sacras le
ges diuinas ⁊ humanas canonicas ⁊ ciui
les: legũ ministri deteriores alijs experié/
tia teste videntur. Quos nõ ab re alta vo/
ce inuitare possumus dicentes illud quod
scribitur Sapie p̃ c°. Diligite iusticiá q iu
dicatis terrá. Si hác iusticiá maiores mi/
noribus exhiberét: vtiqȝ reliqua oĩa in ci
uili vita bene recteqȝ fierent.

❡ Qď multe sunt leges ciuiles reprobate
⁊ alie auctenticate: quedam ꝟo abrogate
que non dedignantur sacros canones imi
tari. Cap. 3m.

t Ertium mysterium contemplandũ
dicitur abrogatio. In secularibus
quidem legibus multa diuersitas
inuenitur. ¶ Nam quedam sunt reproba/
te. ¶ Quedam aucténticate. ¶ Quedá abro
gate. ¶ Prime sunt leges quecunqȝ iniu
ste de quibus diximus. Et in speciali oẽs
ille que militant contra ecclesiasticam li/
bertatem. Ex quo facta est illa constitutio
Honorij tertij extra de sententia excõmu
nicatiõis i. c. Nouerit. In qua dicitur. Ex/
cõmunicamus omnes qui decetero serua
ri fecerint statuta edita ⁊ consuetudines vl'
potius abusiones introductas contra ec/
clesiasticam libertaté nisi ea de capitulari
bus suis infra duos méses post hiꝰ publi
cationé snie fecerint amouere. Excoicamꝰ
statutarios ⁊ scriptores statutoꝝ ipoꝝ nec
nõ ⁊ ptátes ⁊ ꝯsules rectores ⁊ ꝯsiliarios
locoꝝ vbi decetero hiꝰ statuta ⁊ ꝯsuetudi/
nes edite fuerit ⁊ obŝuate: necnõ ⁊ illos q
ŝm ea p̃sumpserint iudicare vel in publicá
formá scribere iudicata: h ibi. Inno. ⁊ Ho
stieñ. dicũt ꝙ libertas cõsistit in p̃uilegijs
ꝯcessis sup spũalibꝰ vel tp̃alibus generalr̃
vl' singularit᷑ siue a deo siue a papa: siue ab
alijs p̃ncipibus. A deo ꝯcessa sũt multa:
vt illď. Quodcũqȝ ligaueris ⁊c̃. Et h q̃ȝtũ
ad p̃soná pape extenditur ad interp̃tatio
né oĩum dubioꝝ. Ex̃ qui filij sunt legitimi
c. Per venerabilé. A papa p̃uilegia cõces
sa sunt vt qui inicit manũ violentá in cle/
ricuȝ sit excoicatus. Ité ꝙ in legatis ad pi
as causas sufficiant duo testes: ⁊ multa
alia p̃uilegia que habentur in iure canoni
co. Iteȝ ab imperatoribus multa cõcessa
sunt: vt de imunitate eccliaꝝ ⁊ hiꝰ. ¶ Que
dam leges seculares sunt auctenticate: vt
ille que honestaté sapiunt ⁊ moribus bo/
nis ac religioni concordant. vnde ex̃ de cle
rico excõmunicato. c. Super specula dicit᷑.
Sancta ecclesia legum seculariũ nõ respu
it famulatũ que equitatis ⁊ iusticie vesti/
gia imitantur. Idem ex̃ de noui operis nũ
ciatione. c. p̃. Et di. 10 c. Lege. c. Si in adiu
toriũ. ❡ Tertio quedá leges sũt abrogate
eo ꝙ lȝ permittantur a iure ciuili: tamen
prohibétur a iure canonico. ¶ Et in tali ca
su leges non dedignantur sacros canones
imitari. Extra de iudicijs. c. Clerici. Extra
de iuramento calumnie. c. primo. Extra
de noui operis nunciatione. c°. Intellexi/
mus. ¶ Et in Auctético vt clerici apud pro
prios episcopos §. penultimo. collatione
6. Et lȝ plures sunt casus ciuilis legis qui
prohibentur in iure canonico nos tamen
aliquos colligemus ex illis. ❡ Primus
casus est in matrimonijs. Nam ŝm leges
ciuiles: filius germani vnius potest copu
lare matrimonium cum filia alterius ger
mani. vt instituta de raptoribus §. Inter
eas. ⁊ C. de nuptijs. l. Nemini. Sed ŝm ec
clesiam tales debent separari. Extra de cõ
sanguinitate ⁊ affinitate. c. Non debet.
❡ Secũdus casus est de puella rapta que
ŝm leges non potest contrahere matrimo
nium cum raptore suo. C. de raptu virgi/
num. l. Unica. Et. 36. q. 2. c. De puellis. c.
Sin autem. c. Placuit. Sed ŝm legem ca
nonicam potest. Ex̃ de raptoribus: c. Cuȝ
causa. vbi etiam dicit glo. Qualitercunqȝ
aliqua sit rapta potest contrahere cum ra
ptore dummodo prior dissensio transeat
postmodum in consensuȝ. 36. q. secũda. c°.

rua. ¶ Tertius casus est quia s3 leges ciuiles licitũ est homini soluto tenere mulierē solutā in concubinā. vt in Auct^co. Quibus modis filij naturales efficiunt legitimi. §. Sigs. Sed sm ecclīam etiā simplex fornicatio est peccatũ mortale: ⁊ excludit a regno dei sm apostoluʒ Pe. corinth. 6. c. ¶ Quartus casus est sm leges ciuiles licitum est viro occidere adulterū deprehensuʒ in adulterio cū vxore si est psona vilis ⁊ cui nō debet reuerentiā. ff. de adulterijs. l. Marito. Et. l. Si adulteriū. Et. C. de adulterijs. l. Graccus: Insup licet patri qui habet filiā in ptāte occidere adulteruʒ filie in domo sua fornicantē: ⁊ occidere filiā. ff. de adulterijs. l. Pater. ⁊. l. Non in ea. Sʒ sʒ deū ⁊ ecclesiā nihil hoꝝ licet. ¶ Quintus casus est q2 sm leges ciuiles dānat q deprehensam in adulterio tenet vxorē. C. de adulterijs. l. Crimē. ⁊. l. Castitati. Sed sm iura canonica pōt retinere sine vlla pena: dūmodo ipsa parata sit se emendare. 32. q. pª. §. Obaudit. ¶ Sextus casus sm leges mulier que mortuo marito nubit īfra tps luct⁹ idest vnius anni infamis fit ⁊ icurrit multas penas. C. de secūdis nuptijs. l. pª. ⁊ 2ª. Sed hoc non tenetur ab ecclia. Ex de secūdis nuptijs. c. p. ¶ Septim⁹ casus est sm leges. Illud quod relinquitur in testamento nisi habeat qnq3 vel septem testes nō valet. C. de testamētis. l. Si vn⁹. l. Hac cōsultissima. Instit^a de testamētis §. finali. Sed ecclesia hoc nō tenet in relictis ad pias causas vbi sufficiūt tres aut duo testes Ex de testamētis. c. Cū esses. ⁊. c. Relatū. ¶ Octauus casus est sm leges maleficia cogitationis regulariter non puniunt. ff. de penis. l. Cogitationis. Sed tamē oīs cogitatio mala a deo punitur: de pe. di. pª. c. Oīs. ¶ Nonus casus sm leges ciuiles lʒ magi ⁊ malefici puniant: tamē qui hoc faciunt contra ventos imbres ⁊ grandines preueniatur. C. de maleficiis. l. Eoꝝ. ¶ Sʒ sm deū ⁊ ecclīam talia facere grauissimuʒ peccatū est. ¶ Decimus casus q fili⁹ spurius ex damnato coitu omni bñficio excluditur. C. de naturalibus liberis. l. Licet aūt. Sed sm ecclīam interest epi facere q vterq3 parentū talibus liberis necessaria submistret sm q facultates suppetūt. Ex de eo qui duxit in mrī^m quā polluit p adulteriū. §. Cū haberet. Sūt ⁊ alij casus quos repetere nimis foret prolixū: in quibus leges seculares non sunt seruande. Tamen in alijs vt sepe diximus licitis ⁊ honestis colende sunt: ⁊ non superba mente paruipendende. Demus igit operā oēm elationē expellere a cordib⁹ nostris: ⁊ sm leges sacras viuentes: dignos reddamus nos gratia xpi. Amen.

¶ Feria 5ª tertie hebdomade. De supbia hereticoꝝ. Sermo decimus nonus.

m Ortuus est diues ⁊ sepultus est in inferno: verba sunt redemptoris nostri Luce. 16. c. ⁊ in euangelio hodierno. Audientes pleriq3 lectionē sancti euāgelij hodiernam in qua historia ⁊ res gesta narrat de diuite illo qui damnatus iterijt ⁊ descēdit in infernū: nō solū non expauescūt nec cogitant de vita futura. Quinimmo ficta esse falsaq3 oīa illa ⁊ opinant ⁊ dicūt. Ascēdit gppe fumus superbie in corda eoꝝ: excecauitq3 illos vt non aspiciant veritatē. Spernūt scripturas ⁊ moysez ac pphetas abominantur. Hij si pertinaciter in talib⁹ versant erroribus velud heretici punient a iusto iudice deo. Et qm̄ heresis vicium periculosissimū est ⁊ abominabile nimis: decreui in smone pñti dicere de superbia hereticoꝝ: ob qd̄ tria mysteria pponimus de hereticis contemplanda.

¶ p^m dicitur conditionis.
¶ 2^m specificationis.
¶ 3^m punitionis.

¶ Quod quinq3 cōditiones requiruntur ad hoc vt quis proprie dicatur hereticus.

Capitulū p^m.

p Rimū mysteriū de hereticis contēplandū dicitur conditionis. vt eniʒ ingt Aug⁹. 24. q. 3. c. hereticus. Hereticus est qui falsas opiniones gignit vel sequitur. ¶ Sʒ vt colligere potui ex dictis doctoꝝ quinq3 requirunt conditiones ad hoc vt aliquis proprie dicatur hereticus. ¶ Prima conditio est vt sit error in eius intellectu

intellectu. Nam heresis est species infide
litatis. Sed infidelitas est in itellectu sub
iectiue: sicut fides sibi contraria factū: er/
go malum sine errore non facit hoiem he/
reticū: vt siquis fornicatur aut mecchat lz
agat cōtra veritatē que dicit: Nō meccha
beris. nō tamē est hereticus nisi credat vl
opinetur fornicari esse licitū. ¶ Siqs autē
obiceret q simoniacus dicitur hereticus.
p^a.q.p^a.c. Quisqs. ⁊ tamē non habet er/
rorē in intellectu. Ergo absqz tali conditio
ne pōt quis reputari hereticus. ¶ Respon
detur q simoniacus nō ꝓprie sed large di
citur hereticus ꝓpter quādam similitudi/
nem: quia ex quo emit vel vendit sacra: ita
agit ac si extimaret donum gratie pecunia
posse possideri. Sed nō hoc estimando si/
cut coiter accidit nō est heretic⁹. ¶ Secun
da conditio ad hoc q sit quis ꝓprie hereti
cus est q error sit circa ea que sūt fidei vel
contra veritatem determiationis ecclie in
hijs que ptinent ad fidē ⁊ bonos mores ⁊
necessaria ad consecutionē vite eterne. Si
enim error esset de hijs que nō ptinent ad
fidez: puta q qs credat solē nō esse maio
rē terra ⁊ hi⁹: non est hereticus. ¶ Tertia
in bello contra philisteos peremptis ipse de sella corruens fractis ceruicibus expirauit. 37. di. c. Legant. ideo Aristo. 4. ethicorum ait videtur insipientis esse non irasci vbi et quando oportet. ¶ Si autem obiceretur contra dicta: quoniam deo debemus assimilari iuxta posse secundum illud Mathei quinto. Estote perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. Sed deus cum tranquillitate iudicat et punit sine ira aliqua. Nam ira eius de qua dicitur. Iratus est furore deus etc. non est concitati animi: sed iusta supplicij constitutio. de pe. di. prima. c. Sed cótinuo. Et de hoc Aug. 15. de ciui. dei. c. 25. Ira inquit dei non perturbatio animi eius est: sed iudicium quo irrogatur pena peccato. Ergo et nos sine ira punire debemus. ¶ Respondet Tho. quod deo assimilari debemus in appetitu boni: sed in appetendo et modo appetendi assimilari non possumus: quia in deo non est appetitus sensitiuus sicut in nobis. ¶ Si adhuc obiceretur quod non sit licitum irasci: quoniam ira est appetitus vindicte. vt dicit glo. super illo verbo leuiti. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Sed appetere vindictam non videtur esse licitum: quia deo est reseruanda secundum illud deuteronomij 32. c. Mea est vltio. Et iterum. Mihi vindictam. ergo irasci nunquam est licitum. ¶ Respondet Tho. quod appetere vindictam propter malum eius qui puniendus est illicitum est. Sed appetere vindictam propter viciorum correctionem et bonum iusticie cóseruandum: laudabile est. Et in hoc potest attendere appetitus sensitiuus inquantum mouetur a ratione. Et dum vindicta secundum ordinem iudicij fit a deo fit: cuius minister est potestas puniens: vt dicitur ad romanos. 13. c. Non est ergo acceptanda stoicorum opinio: qui ponebant iram et omnes alias passiones esse malas nominantes eas affectus quosdam preter ordinem rationis existentes. Sed Aug. li. 10. de ciuita. dei magis approbat opinionem peripateticorum qui tenent quod ira et alie passiones anime dicuntur motus appetitus sensitiui siue sint moderate secundum rationem: siue non. et secundum hoc ira non semper est mala. Quinimmo a ratione imperata laudabilis est et virtuosa. Et sic econuerso omissa vituperanda est.

¶ Quod ira que est secundum rationem que dicitur ira per zelum est cómendabilis et virtuosa. Cap. 2m.

S Ecundum mysterium de ira declarandum dicitur commendationis. Sicut enim defectus ire loco et tempore vituperabilis est: ita ira per zelum a ratione imperata est commendabilis. ¶ Unde Aug. 6. q. prima. §. si. ait. Irascitur iustus peccatis palearum idest malorum: sed non odit. Et Chriso. Qui irascitur cum causa non est reus. Nam si ira non fuerit. s. per zelum: nec doctrina proficit nec iudicia stant nec crimina compescuntur. ¶ Propterea primi machabeorum. 2. c. Inquit Mathathias instruens filios ad zelum legis exhortans per exempla helias zelando zelum legis receptus est in celum. Quod habetur. 4. Regum. 2. c. Zelum autem precipue legis helias ostendit dum iratus contra falsos prophetas qui idolatrare faciebant populum quadringentos occidit in torrente cison: vt habetur tertij regum. 18. c. ¶ Ad hunc autem zelum inuitant exempla sanctorum. vnde 23. q. 4. c. Legi. Hieron. ad riparium ait. Legi Sinoniastrem idest vindictam finees. Austeritatem helie: et zelum simonis chananei. Petri seueritatem: et ananiam et saphiram trucidantem. Pauli constantiam: qui helimam magum vijs domini resistentem eterna seueritate dánauit. Non est crudelitas crimina pro deo punire: sed pietas. vnde in lege dicitur. Si frater tuus et amicus tuus et vxor tua que in sinu tuo dormit deprauare voluerit veritatem sit manus tua super eos et effundes sanguinem ipsorum. ¶ De finees habetur numeri. 25. Qui motus ira per zelum vnum de principalioribus tribus iuda qui cótra legem domini miscebatur cum madianita in ipso actu peccati occidit. ¶ De helia habetur. 4. Regum primo. c. Quod super duos quinquagenarios fecit ignem de celo descendere cóburentem eos. ¶ De zelo simonis: pro eodem videtur hic sumi simon et petrus qui binomius erat. Et historiam de anania et saphira habes actuum quinto c. Glo. tamen ibi exponit de simone germano thadei apostoli tangendo historiam que habetur in legenda eorum. s. de serpentibus per magos procuratis quos apostoli miserunt super eos ad affligendum eos

ex zelo dei. ¶ Hac ita per zelũ motus ma/
thathias occidit nunciũ regis anthiochi:
qui eum inuitabat ex parte regis ad sacri
ficandum idolis: ⁊ iudeum qui coram eo
sacrificabat: vt habetur primi machabeo
rũ.2.c. Hac ira motus christus expulit fla
gello vendentes ⁊ ementes. Joannis.2.c.
¶ Propterea extra de sententia excõmuni
cationis.c. Ueniens. ponitur casus de sa/
cerdote celebrante officiuz qui extraxit de
ecclesia monialẽ que ipsum turbabat ma
nibus in eam appositis ⁊ non est excõmu
nicatus. Glo. ibi dicit quia presumitur ꝙ
bono zelo ⁊ non animo iniuriandi sic fece
rit. ¶ Ex quo patet ꝙ sacerdos turbantem
officium diuinum potest expellere de eccle
sia sine pena excommunicationis: ⁊ quili
bet alius ratione officij quod obtinet in ec
clesia. ¶ Propter dicta iquit Gregori⁹.5.
moralium. Si sic proximos vt nos amare
precipimur restat vt sic eorum erroribus
sicut nostris irascamur. ¶ Et sapiens eccle
siastes.7.c. Melior est ira risu: quia per tri
sticiam vultus corrigitur animus delin/
quentis.

¶ Qd̃ ira inordinata peccatum est: et de
speciebus ⁊ gradibus ⁊ nocumẽtis eius.
Cap.3m.

t Ertium mysterium declarãdum de
ira dicitur offensionis. Est enim vi
cium ira qua offenditur deus cum
in ea conturbatur oculus ⁊ anima ⁊ intel/
lectus ⁊ voluntas. Nam in ira per zelum
que virtus est ⁊ si turbatur oculus ratio/
nis non tamen anima idest volũtas. Sed
in ira per vicium turbatur frequenter idest
simul turbatur oculus rationis cum ani/
ma idest voluntate. Est ergo ira peccatum
ꝺm Tho. cum motus eius est iordinatus:
⁊ contra rationem: vtputa quando quis
appetit iniustam vindictam seu punitio/
nem proximi notabil'r damnosam: puta
quia appetit eum puniri qui non meruit:
vel qui non fecit sibi iniuriam q̃z estimat:
vel si fecit sibi iniuriam vel alteri: appetit
eum plus puniri q̃z meruit: vt si dixerit ei
verbuz iniuriosum desiderat propter hoc
illum occidi: vel vulnerari ⁊ similia. ¶ Nã
vt scribitur extra de sententia ⁊ re iudica/
ta.c. Cũ tẽ in glosa. Non omnia verba sũt
pro iniuria habẽda: vt si ex repentino ani
mo aliquid dicatur.2.q.3.c° Siquis ira/
tus: de pe. di. pª §. Diuortium. quoniã nec
lubricum lingue ad penam facile trahen/
dum est. ff. ad legem iuliam maiestatis. l.
Famosi. §. Sed nec lubricuz. ¶ Et inconsul
tus calor calumnie vicio caret.2.q.3.§. No
tandum. ¶ Similiter est inordinatus ire
motus cum quis calore iracũdie male co
gitat vel loquitur de deo. ¶ Item cuz quis
in correctione suorum inferiorum excedit
mensuram siue in verbis siue in factis. Ex
tra de homicidio.c. Presbyterũ. dicit᷑. ꝙ
presbyter qui puerum percutiens idiscre/
te causa discipline ex qua percussione puer
mortuus est inde ad paucos dies: ꝑpetuo
deponitur ⁊ priuatur vbi glo. quia excessit
fines discipline. ff. ad legẽ aquiliã. l. Pre
ceptoris. Leuis eniz castigatio magistris
permittitur.23.q.5.c. ꝑ. Et de snia excõmu
nicationis.c. Cum voluntate. ¶ Sed pro
huius partis pleniore noticia tria sunt vi
denda.

¶ pᵐ quot sunt ire species.
¶ 2ᵐ quot sunt ire gradus.
¶ 3ᵐ quot sunt ire nocumenta.

¶ Ad primũ dicit Arist.5. ethicoꝝ. ꝙ ira/
cundoꝝ: quidam sunt acuti: quidam ama
ri: quidaz graues. Et sic potest dici triplex
species ire: scilicet acuta: amara: ⁊ grauis.
Cui concordat in snia Grego⁹. Et Dama
scenus li°.2. dicentes: ꝙ tres sunt irascibi
litatis species. s. fellea: quã philosoph⁹ vo
cat acutã que leue. s. habet principiũ ⁊ su/
bitũ motum. ¶ Scd̃a dr̃ mania seu isania:
quã phs vocat amarã que. s. permanet ⁊
in vetustatẽ deuenit. ¶ Tertia dicit᷑ furor:
quã phs appellat grauez que. s. obseruat
tempus ad suppliciũ inferendũ. Hec autẽ
differẽtia specieꝝ ire nõ attenditur ꝑncipa
liter ꝺm circunstantiã temporis: sed ꝺm fa
cultatẽ homis ad irã: vel ꝺm diuersitatem
in ira: ⁊ ex causa diuersa firmitatis in ipsa.
¶ Sñ Tho.22. vbi. s̃. dicit. ꝙ iordinatio ire
potest accẽdi ex duobus. primo qdẽ ex ipa
origine ire: que scilicet habet leuem cau/
saz. Et hec ira ptinet ad acutos qui nimis
cito irascuntur ⁊ ex leui causa. contra illud

Jacobi p̄. Sit aūt omnis homo velox ad
audiendū: tardus aūt ad loquendū ⁊ tar-
dus ad iram. ¶ Aliomodo pōt attendi in
ordinatio ire ex ipsa duratione ire que. s. ꝑ-
manet ⁊ nimis ꝑseuerat. ¶ Et hoc pōt esse
dupliciter. ¶ Unomodo quia causa ire sci-
licet iniuria illata ab altero diu manet in
memoria. vnde ex hoc diuturnā tristiciā
concipit. Et ideo sibiīpsi amarus est cōtra
illō ad ephesios. 4. c. Omnis amaritudo
⁊ ira tollatur a vobis. Et leuiti. 19. c. Non
eris memor iniurie ciuiū tuoꝝ. ¶ Aliomo-
do contingit ꝑmanētia ire ex parte vindi-
cte quā quis obstinato aīo querit. Et hoc
ꝑtinet ad difficiles seu graues qui non di-
mittunt irā nisi puniant. ¶ Secundū qđ
est videndū quot sunt ire gradus. Et iesus
bn̄dictus ponit tres gradus cū dicit Ma-
thei. 5. c. Omnis qui irascitur fratri suo re-
us erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo
racha reus erit consilio. Qui aūt dixerit fa-
tue reus erit gehenne ignis. Qui gradus
ꝫm Tho. 22. vbi. s̄. nō ꝑtinent ad diuersas
species: sed accipiuntur ꝫm processum hu-
mani actus. ¶ In quo primo quidē corde
aliquid concipitur. Et q̄ztum ad hoc dicit
Qui irascitur fratri suo. ¶ Secūdū est cum
per aliqua signa exteriora ira manifestat᷑
exterius anteq̄ ꝓrumpat in effectū. Et q̄-
tū ad hoc dicit. Qui aūt dixerit fratri suo
racha: que dictio ꝫm Hieronymū est inter-
iectio irascentis ꝫm ydioma hebreū: sicut
apud nos heu est interiectio dolentis ⁊ nil
aliud significat nisi dolorē in cōmuni: ⁊ pa-
pe interiectio admirantis. Sed quia apud
latinos nō est aliq̄ iteriectio irascētis: ideo
dimissum fuit illud racha in suo ydiomate
hebreo significans irā in voce absq̄ exp̄s-
sione verbi importantis calūniam maledi-
ctionis ⁊ hui⁹. ¶ Tertius gradus est ire qñ
ꝓducitur ad effectum. Est autē effectus ire
nocumentū alterius sub ratione vindicte
Minimū aūt nocumentum est quod fit so-
lo verbo. Et ideo q̄ztū ad hoc dixit. Qui
dixerit fratri suo fatue sub quo verbo com-
prehenditur oīs iniuria que fit proximo in
locutiōe vel opere ex ira. Et ex modo loqn̄-
di ostendit deus grauius peccatū in 2° gra-
du q̄ in primo: ⁊ in 3° q̄ in p̄ ⁊ 2°. Et hoc
inuititur lʒ obscure ex modo loquendi per
similitudinē processus iudiciarij. Nam cū
adducitur reus ad iudiciū primo de crimi-
ne iudicatur idest examinat᷑ vtrum fecit vl
non: ⁊ q̄ztum ⁊ quomodo fecit. Repto q̄
maleficiū perpetrauerit: scđo fit consiliū
seu collocutio iudicis cū suis consiliarijs
si debeat sibi ignosci vel qua pena plecti.
Et hoc deliberato: tertio dat᷑ sentētiā cōtra
eum vt tali pena puniatur. Sicut ergo in
hoc ꝓcessu minus ꝑiculū est reo iudicari
idest examinari q̄ post examinationē de
pena sibi debita ꝓpter delictum tractari.
Quia dū examinat᷑ adhuc est ei locus de-
fensionis. Et potest cōuinci de crimīe ⁊ nō
conuinci ⁊ absolui. Et iteꝝ minus ꝑiculū
sibi imminet cū de pena sibi danda tractat᷑
in consilio q̄ postq̄ est lata sentētia: quia
cum agitur de pena eius potest sibi igno-
sci vel alleuiari pena sibi debita. Sed post
sententiā datā non habet expectare aliqđ
remediū: sed q̄ executioni mandet᷑. Ita
xp̄s ex ipso modo loquendi vult ostēdere
q̄ minus graue peccatum est ⁊ si mortale
cum quis solū habet irā in corde puta cū
odio quā ipse irā mortalē ostendit exteri-
us in facie turbulenta vel clamore: q̄uis
nulli faciat iniuriā. Similiter minus gra-
ue est ⁊ si mortale irā manifestare ab extra
sed in confuso: q̄ irā ostendere suam cum
nocumento p̄ximi. s. ꝯtumeliando vel per-
cutiendo ⁊ hui⁹. ¶ Tertiū qđ est videndū
Quot sunt ire nocumēta. Et possunt nota-
ri precipue tria. ¶ Primū est potentiarū
anime ⁊ virtutū alteratio. ¶ Scđm corpo-
ris deformatio. ¶ Tertiū fraternalis sepa-
ratio. ¶ Primum est potentiarū anime et
virtutū alteratio: propter iram omnes vi-
res seu potentie anime alterant᷑. Nam pri-
mo oculus intellectus obtenebrat᷑. Quia
vt ait Cato. Ira impedit animū ne possit
cernere verum. Unde dicit Gregorius. xi.
q. 3. c. Illa vel ira. Quod cum rector est in
ira non debet tunc iudicare sententialiter:
quia iudicium rationis est obfuscatum.
Restringenda est inquit sub ratione pote-
stas. Nec quid agendum: priusq̄ con-
citata mens ad tranquillitatem redeat.
Nā commotionis tempore iustum putat

omne quod fecerit. ¶ Et. ff. de reglis iuris/ l. Quicqd. Quicqd calore iracundie vel fit vel dicit non prius ratũ est q̃ʒ si pseue rantia apparuerit iudicium aie fuisse. ¶ Et Cassiodorus li° de amicitia iquit. Ira pro cul absit cum qua nihil cõsiderare nihil re cte fieri potest. ¶ Hinc Ualerius narrat li° 4. de Archita tarẽtino q᷑ duʒ se pictagore preceptis metapõti ciuitatis appulie peni tus immergit longo tẽpore magnoq̃ʒ la/ bore solidũ opus doctrine cõplexus: post q̃ʒ in patriã reuertitur ac rura sua reuisere ceperit aiaduertit negligentia villici corru pta ⁊ perdita. Intuensq̃ʒ malemeritũ. Sũ psissem inquit a te suppliciũ nisi iratus es sem. Maluit eni impunitum dimittere q̃ʒ ꝓpter irã iusto grauius punire. ¶ Narrat etiã historia ecclesiastica. q᷑ theodosi⁹ ipe rator xp̃ianus ⁊ deuotus cũ audisset quen dam ex militibus suis sibi car a tumultu populari occisum apud thessalonicã quia ꝑmisit se ira succendi fecit indifferẽter plu res occidi ꝓpter quod postea a beato am brosio mediolani nõ fuit ꝑmissus intrare ecclesiã nisi prius facta publica penitẽtia. ¶ Et de hoc habet. xi. q. 3. c. Cuʒ apud thes salonicã. Sed diffuse de hoc ita scribitur in historia tripartita li°. 9. Cum apud thessa lonicã ciuitatẽ quidã iudices fuissent lapi dati idignatus theodosius oẽs pariter ius sit occidi: vbi septẽmilia sunt occisi nullo precedente iudicio. Huius aũt cladeʒ ple nam gemitibus audiens beatus ambro/ sius cum p̃nceps venisset mediolanũ ⁊ so lemniter in sacrũ voluisset intrare templũ occurrit sanctus ep̃s foris ad ianuã ⁊ igre dientẽ hijs sermonibus a sacri liminis in gressu ꝓhibuit. Nescis miser iperator per/ petrate a te necis q̃ʒta sit magnitudo neq̃ʒ post causam tanti furoris mens tua moleʒ presumptionis agnoscit. Sed forte reco/ gnitionẽ peccati prohibet potestas impij: decet tamen vt vincat ratio potestatẽ. Sci enda quippe natura est eiusq̃ʒ mortalitas atq̃ʒ dissolutio ⁊ puluis progenitorum ex quo facti ⁊ ad quẽ redigendi sumus ⁊ non flore purpureo confidentẽ infirmitatẽ oper ti corporis ignorare. Coequaliũ hominuʒ princeps es o imperator ⁊ conseruus vn⁹ est enim omniũ dominus rex inq̃ʒ ⁊ crea/ tor. Quibus igitur oculis aspicies cõmu nis dñi templum: Quibus calcabis pedi bus sanctũ illius pauimentũ? Quomodo manus extẽdes de quibus adhuc sãguis stilat iniustus? Quomodo hijs manibus suscipies sanctũ domini corpus: Qua pre sumptione ore tuo poculuʒ sanguinis pre ciosi percipies: dum furore tuo tantus in iuste sit sãguis effusus? Recede recede igi tur ne secũdo peccato priorem nequitiam augere contendas. Suscipe vinculũ quo nunc dominus omniũ te ligauit. Est enim medicina maxima sanitatis. Hijs sermo/ nibus imperator obediens. Erat enim di/ uinis eruditionibus enutritus: ⁊ apte sci/ ens que sunt propria sacerdotis que reguʒ gemens ⁊ deflens ad regalia remeauit. Cũq̃ʒ octo mensium transissent tempora propiquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentatio/ nibus assiduis in palatio residens cõtinu as lachrymas incessabiliter expandebat. Ingressus autem ruffinus tunc magister militum ⁊ singularem apud principem fi/ duciam habens ⁊ videns principem in la mentationibus prostratum accessit vt la/ chrymarum causas inquireret. At ille. Tu ruffine ludis ⁊ mea mala non sentis. Ego gemo calamitatẽ meam: quia dei templũ ingredi nequeo. At ruffinus: curro inquit si iubes ⁊ põtifici precibus suadebo vt sol uat vinculum quo ligauit. Acquieuit im perator dictis ruffini. Qui ad ambrosium accessit. Mox vt euʒ vidit ambrosius ait. Impudentiam canum imitatus es o ruffi ne tante videlicet necis auctor existens. Cũq̃ʒ ruffinus pro impatore supplicaret: Ambrosius ei semper dure respõdit: affir mans se imperatorem in ingressu ecclesie prohibiturum. Rediens ruffinus impera torem inuenit qui iam media platea erat vt pergeret ad ecclesiã: retulitq̃ʒ ruffinus illi que ambro⁹ dixerat. At imperator per go inquit ⁊ iustas in facie contumelias ex cipio. Cũq̃ʒ ad sacra limina peruenisset in sacram quidem basilicam non presumpsit intrare. Sed veniens ad antistitem suppli cabat vt eius vincula resolueret. Cui am/

brosius. Quam penitentiã ostendisti post tantas iniquitates: Cui theodosius: tuuz est docere meum ꝯo suscipere. Cui ambrosius iniunxit vt legẽ conderet ne sẽtẽtie ferri posset aio irato: sed transacto. 30. diez numero. Quod ⁊ fecit. ⁊ cũ multa humilitate ex consensu ambrosij templũ itrauit. ¶ Secũdo ira turbat voluntatẽ adeo vt si totus mundus filo teneretur iratus frãgeret nõ curando de totius mundi destructione vt satisfaceret ire sue. ¶ Ideo ꝓuerbioꝝ 27. c. dicitur. Ira non habet misericordiam: neqꝫ erumpẽs furor. ¶ Hinc de alexãdro magno scribit Iustin⁹. Cũ felicitatũ cumulus ad vota cresceret Alexandro in tantã elationem ꝓuectus est: ꝙ vellet meritis cũctoꝝ principum anteferri. Et cum clitus predilectissimus alexandro: qui ꝑus sub pr̃e philippo. s. militauerat: deide sub ipso alexandro cuius duo filij alexandro ꝓuientes ceciderant in bellis: qui etiã semel alexandrũ liberauit a morte: duz in quodam bello denudasset caput ⁊ quidã ex hostib⁹ euaginato ense illud percutere tentasset: quod fecisset nisi clitus repercussisset ictũ interfecissetqꝫ sic volentem ferire. Alexãdro patris sui philippi gesta ꝓferret ab ipso alexandro venabulo transforus est. Sed cogitans alexander qualẽ amicum ⁊ cur eũ occiderit mori voluit. primo clitum occisum amplectitur: ⁊ tanqꝫ audienti suã dementiã confitetur. Raptũqꝫ telũ in precordia sua ꝯtit ꝑfecissetqꝫ facinus nisi eũ ꝓximi tenuissent. ¶ Ideo Cassiodor⁹ in epistolis ait. Viri furentes iusta nõ statuunt. ¶ Tertio ira turbat vẽtrẽ memorie. Ideo venter significat memoriã: quia sicut in vẽtre reponuntur cibi comesti: ita in memoria retinentur lecta vel audita. Sed cũ ira mentẽ sup̃at omne exemplũ mansuetudinis ⁊ patiẽtie a memoria expellit: ⁊ oĩs beneficij imemor fit eius contra quẽ turbat̃. Sicut patet in saul qui ita iratus fuit ꝯtra dauid cum audiuit puellas cãtantes saul ꝑcussit mille ⁊ dauid decez milia: ꝙ q̃siuit pluries eũ occidere: oblitus multorum ⁊ magnoꝝ beneficiorum que sibi ⁊ populo fecerat. Sic habet̃ primi regũ. 18. c. ¶ Ideo Señ. in 3° de ira ait. Cetera vicia impellũt animos: ira precipitat. ¶ Secundũ ire nocumentũ est corporis deformatio. Debet eñi vnusquisqꝫ esse compositus in gestibus corporis quod ꝑtinet ad modestiaz. de q̃ dicit Apostolus ad philippenses. 4. c°. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Sed vt refert Grego⁹ li° quinto moraliũ. Ira ocuictus faciem accendit: exasperat oculos: quid loquat̃ ignorat: similis fit arrepticijs. vnde merito figurat̃ per illũ demoniacum qui vestimentis suis dilaceratis nudus incedebat: homines vexabat: in monumentis manebat Mathei 9. c°. ¶ Talis insuper vehemens ira accelerat mortẽ. ꝑpterea dicitur prouerbioꝝ. 30. c°. Zelus ⁊ iracundia minuunt dies. vnde animalia iracunda vt canis: qui de facili mordet ⁊ latrat sũt breuis vite. Et Scilla consule romanoꝝ fertur ꝙ pre ira cum turbulentissimus esset fracta est sibi vena sanguinis in corpore vñ mortuus est. ¶ Tertiũ nocumentum ire dicitur fraternalis separatio. Quilibet eniz cauet sibi habere familiaritatẽ cuz iracundis abhorretqꝫ cõuersationẽ eorum. ¶ Unde Gregorius li° quinto moralium ait. Per iram gratia vite socialis amittitur: sicut scriptuz est. Noli esse assiduus cum homine iracundo ne discas semitas eius: ⁊ sumas scandalum anime tue. Quia qui se ex humana ratione nõ temperat: necesse est vt bestialiter solus viuat vt fere siluestres. Immo nec secum quiete habitare potest solus: sed contra seipsuz iratus frangit aliquando vasa vel chartas vel seipm̃ ꝑcutit. ¶ Unde legitur in vitis patrum de quodã iracundo ꝙ cum non posset cum alijs conuersari ob suam iram demũ accessit ad locũ solitariũ vt posset sine ira viuere. Sed cum quadã die pro aqua iuisset ad fontem: impleto vase ex aqua casu versato vase aqua effusa est. Sed iste iterum impleuit alia aqua ira permotus: ⁊ iterum cum posuisset vas plenũ in terra aqua effusa est. At ille vas illud confregit: sicqꝫ perpendit ꝙ non alij sed ipsemet causa erat ire sue. ¶ Conuersantur autem cum talibus iracundis libẽter demones. Ideo Apostolus ad ephesios. 4. c. ait. Sol non occidat super iracun-

diam vestram: nolite locuz dare diabolo. Quasi dicat per iracundiam diabolus habitat in vobis. Et hoc cum sol rationis succumbit in ira. Quinimmo iracundi videntur peiores diabolo. Nam diabolus non fuit ausus precipitare christuz de pinnaculo: sed dixit mitte te deorsum. Sed pharisei vt dicitur in euangelio duxerunt vsqz ad supercilium montis vt precipitarēt eū. Cauenda igitur ira est: et hoc fieri potest si dum quis non vult irasci anteqz irascatur alloquat seipsuz: dicatqz sic. Esto cautus et tempore ire cogita quia que tunc recta et iusta videri poterunt: inique erunt et indebita. Et sic dum iracundie calor aduenerit recordare quid precogitasti duz non eras iratus. Inquit enim Seneca li°.2. de ira. Maximum remedium ire mora est. Igitur vincat ratio irā et mansuetudo regnet in oib⁹ qui digni effici cupiūt gr̄a iesu xp̄i: cui sit honor et glia in secula seculorꝫ Amē.

¶ Feria tr̄ia quarte hebdomade. De correptiōe fraterna. Sermo vigesim⁹ q̄rtus.

Si peccauerit in te frater tuus vade et corripe eū inter te et ipsum solū. verba sūt redemptoris nostri originaliter Mathi.18. c°. et in euangelio hodierno. Si suarēt homines documenta saluberrima dn̄i nostri iesu christi neqz ira in proximos furerēt: neqz inuidie liuore tabescerent: nec alijs passionibus viciosis obruerentur. Docuit nāqz nos ipse dei filius precepta charitatis quibus humanus animus contra queqz reprehensibilia posset regulari. Inter hec autem extat mandatuz de fraterna correptione: de quo fit mentio in lectione sancti euāgelij hodierna. Idcirco ad eruditionez nostram de ipsa in presenti s̄mone dicemus. De qua proponimus tria mysteria declaranda.

¶ P^m^ dr̄ obligationis.
¶ 2^m^ modificationis.
¶ 3^m^ denunciationis.

¶ Qualiter corripere proximum peccatorem est preceptū affirmatiuum quod oēs obligat etiam et peccatores: et quomodo inferiores corrigere possunt superiores.

Cap. p^m^.

Primum mysterium delarandū dicitur obligationis. In quo qualit̄ obligentur omnes ad fraternā correptionē aperiēduz est. Ob quod tria erūt dubia absoluenda.

¶ P^m^ vtrꝫ fraterna correptio sit in p̄cepto.
¶ 2^m^ vtrꝫ peccator debeat corrigē pctōrē.
¶ 3^m^ vtrꝫ subditus vl' inferior possit corrigere prelatū vel superiorē.

¶ Ad primū dubiū dixerūt aliqui q̧ hoc preceptū obligat tm̄ prelatos et supiores. ¶ Nā di.45.c. Sed illud Hiero⁹ ait. Sacerdotes studeant adimplere illud euāgelij si peccauerit in te frater tuus etc̄. Sed nomie sacerdotū consueuerunt significari prelati qui curā habēt aliorꝫ: ergo ipsi prelati tm̄ ad hoc obligant̄. ¶ Sed Tho. 22.q.33. dicit q̧ Hiero⁹ non intendit dicere q̧ soli sacerdotes seu p̄lati teneant̄ ad illud: sꝫ qr magis illi q̄ȝ ceteri. ¶ Et ppterea ipse Tho. asserit q̧ correptio fraterna oibus est in precepto. Nā.24.q.3. dicit̄ in c° Tā sacerdos. Tā sacerdos q̄ȝ reliqui fideles summā debent habere curā de hijs qui pereunt: quatenus eorꝫ redargutione aut corrigant̄ aut si incorrigibiles appareāt ab eccl̄ia separētur. ¶ Et Aug⁹ li° de v̄bis dn̄i. Si neglexeris corrigere: peior factus es eo qui peccauit. Ratio est qr vnusquisqz tenetur dum pōt: et necessitas adest, proximi sui periculis et tp̄alibus et sp̄ualibus ac corporalib⁹ obuiare. ¶ Ideo Sapiens ecclastici.17.c. ait. Unicuiqz mandauit deus de proximo suo. ¶ Et.8.q.p^a^.c. In scripturis dicit̄. Qui potest iuuare proximū et nō iuuat: ɔuincit̄ summū nō amare pastorē. ¶ Ad hoc ppositum facere videt̄ qd̄ ait Cicero li° de amicitia. Et monēdi inqt sepe amici sunt et obiurgādi sic: tm̄ vt admonitio acerbitate et obiurgatio ɔtumelia careat. ¶ Et iterꝫ ibidē: monere et moneri pp̄riū est v̄e amicitie et alterꝫ libere facere: nō aspe alterꝫ patiēter recipe. ¶ Et Cato. Cūqz mones aliquē nec se vult ipse moneri. Si tibi sit carus noli desistere ceptis. Qd̄ nosti factū nō recte noli tacē. Ne videare malos imitari velle tacendo. Ulnera dū sanas dolor ē medicia doloris

¶ Sub istius precepti obligationem itel
ligamus notanda sunt tria. ¶ Pͥm̃ ƀꝫ Tho.
ꝙ correptio delinquentis est quoddam re
mediũ quod debet adhiberi contra pecca
tum alicuius. Illud ỽo peccatũ potest du
pliciter cõsiderari. Uno quidẽ modo inq̃ꝫ
tum est nociuuꝫ ei qui peccat. Aliomodo
inq̃ꝫtuꝫ vergit in detrimentũ alioꝝ qui ex
eius peccato leduntur vel scandalizantur
Et sic duplex est correptio delinq̃ntis: vna
que adhibet remediũ peccato inq̃ꝫtuꝫ est
quoddã maluꝫ ipsius peccãtis. Et ista est
ꝓprie fraterna correptio que ordinatur ad
emendationem delinquentis. Remouere
aũt malũ alicuius eiusdẽ rationis est ⁊ bo
num ꝓcurare. Procurare aũt fratris bo-
num pertinet ad charitatẽ per quam volu
mus ⁊ operamur bonũ amico. vnde frater
na correptio est actus charitatis: quia per
eam repellimus malũ fratris. s. peccatuꝫ.
Cuius remotio magis pertinet ad charita
tem q̃ꝫ remotio exterioris damni vel cor-
poralis nocumẽti: q̃ꝫto contrariũ bonum
virtutis est magis ꝓpinquũ charitati: q̃ꝫ
bonũ corporis vel exterioꝝ rerũ. vnde cor
reptio fraterna magis est actus charitatis
q̃ꝫ curatio infirmitatis corporalis vel sub
uẽtio qua excludit̃ extior egestas. ¶ Alia
ỽo correptio que adhibet remediũ pecca
to delinquentis: ƀm ꝙ est in malum alio-
rũ ⁊ precipue in nocumentũ cõmunis bo
ni est actus iusticie. ¶ Et de hac dicit̃ in glo
sa Mathei. 18. c°. super illo verbo. Si pec
cauerit ⁊c̃. frater arguendus est ex zelo iu-
sticie. ¶ Secũdũ notandũ ꝙ preceptuꝫ de
correptione fraterna est affirmatiuuꝫ. Est
aũt differentia inter precepta affirmatiua
⁊ negatiua. Nam negatiua obligant sem
per ⁊ ad semper: quia ꝓhibent actus vicio
rũ qui semper sunt ƀm se mali nec vllo mo
do vel tẽpore vel loco bene fieri possũt: vt
non mecchaberis: non piurabis. Sꝫ affir
matiua obligant semper sed nõ ad semper
quia dantur de actibus virtutũ. Actus ỽo
virtutũ non quomodolibet fieri debẽt: sed
seruatis debitis circũstantijs. s. qñ debet.
vbi debet: quomodo debet: ⁊ hiꝰ. Et quia
in hijs que sunt ad fineꝫ dispositio eoꝝ at
tenditur ƀm rationẽ finis in ipsis circũstan
tijs actus virtuosi precipue est attendẽda
ratio finis qui est bonũ virtutis. Si ergo
fit omissio talis circũstantie circa actũ vir
tuosum que tollat totaliter bonũ virtutis
hic contrariatur precepto. Si aũt fit defe-
ctus alicuius circunstantie que nõ totali-
ter tollat virtuteꝫ lꝫ non perfecte attingat
ad bonũ virtutis non est contra preceptũ.
¶ Unde philosophus 2° ethicoruꝫ dicit. ꝙ
si parum discedatur a medio nõ est contra
virtutẽ. Sed si multũ discedatur corrumpi
tur virtus in suo actu. Correptio autẽ fra-
terna ordinatur ad fratris emendationeꝫ.
Et ideo hoc modo cadit sub precepto ƀm
ꝙ est necessaria ad istũ fineꝫ: non autẽ ita
ꝙ frater delinquens quolibet loco ⁊ tẽpo-
re corripiatur. ¶ Tertiũ notandũ ꝙ q̄nqꝫ
circũstantie ꝯcurrũt ad hoc vt q̄ obligetur
ad correptionẽ fraternã. ¶ Prima est cul-
pa mortalis in ꝓximo. ꝓpterea dixit xp̄s:
si peccauerit. s. mortaliter. Nã q̃ꝫuis etiaꝫ
fraternaliter corrigere delinquẽtẽ in venia
libus sit charitas qñ inde sperat̃ vtilitas
non tamen omittere illud ex negligentia
est mortale. ¶ Scḋa circũstãtia est noticia
certa. ¶ Uñ Augꝰ li° de verbis dñi ait. Ad
monet nos dñs noster non negligere inui
cẽ peccata nostra non querẽdo quid repre
hendas: sed videndo quid corrigas. Idest
non oportet ꝙ inquiramus curiose vitaꝫ
⁊ facta alioꝝ vt iueniamus quid possimꝰ
reprehendere. hoc eni esset explorare vitã
alterius qḋ ꝑtinet ad prelatos qui debent
diligenter inquirere vitã subditoꝝ. ¶ Ter-
tia conditio est spes verisimilis emẽdatio
nis ꝙ sit spes de emendatione fratris. Ali
ter si non presumitur emendatio: sed potiꝰ
deterioratio vel odiũ vel scandalũ cessan
dum est a correptione. ¶ Inquit eni sapiẽs
ꝓuerbioꝝ. 9. c°. Noli arguere derisorẽ ne
forte oderit te. Et Hieroꝰ i ꝓlogo in hesdrã
frustra niti ⁊ nihil aliud q̃ꝫ odiũ arguẽdo
querere extreme demẽtie est. ¶ Quarta cir
cũstantia est aptitudo ꝙ. s. quis aptius ce
teris possit corripiendo fratrẽ emendare.
¶ Quinta circũstantia est oportunitas lo-
ci ⁊ temporis. Si hec circũstantie desunt
preceptũ illud non obligat neqꝫ peccat q̄
correptionẽ omittit. ¶ Unde Augꝰ li° p̊ de
ciuita.

ciuita.dei.c.x.ait. Nā ſi ꝓpterea quiſq3 ob
iurgandis vel corripiendis male agētibꝰ
parcit:q2 oportunius tp̄s inquirit vel eiſ/
dem ipſis metuit ne deteriores efficiantur
vel ad bonā ⁊ piam vitā erudiēdos alios
impediant nō videtur eſſe cupiditatis oc/
caſio:ſed conſiliū charitatis. ¶ Secundū
dubiū fuit vtrū peccator debeat corrigere
peccatorē. ¶ Ad quod ita dicit Tho.vbi.s̄.
Qd̄ correctio delinquentis pertinet ad ali
quē inq̄ʒtum viget in eo rectum iudicium
rationis. Peccatū aūt non tollit totū bo/
nū3 nature qn̄ remaneat in peccāte aliqd
de iudicio recto rationis. Et ſm̄ hoc poteſt
ſibi cōpetere alterius delictū arguere. Sʒ
tamē per peccatū precedens impedimētū
quoddā correptioni affert ꝓpter tria. ¶ P̄
quidē quia ex peccato precedenti indignꝰ
redditur vt aliū corrigat de minori pecca/
to:ſi ipſe corrigens maius cōmiſit. vn̄ ſup
illud Mathei.7.c° Quid vides feſtucam
⁊c̄. dicit Hieroꝰ de hijs loquit̄ qui cu3 mor
tali crimine detinētur obnoxij minora pec
cata fratribus non concedunt. ¶ 2° reddit̄
indebita correctio ꝓpter ſcandalū qd̄ ſeq
tur ex correptione ſi peccatu3 corripientis
ſit manifeſtū:quia videtur ꝙ ille qui corri
git non moueatur ex charitate ſed ad oſtē
tationē. ¶ 3° ꝓpter ſuperbiam corrigentis
inq̄ʒtum.ſ.aliquis ꝓpria peccata paruipē
dens ſeipſum prefert ꝓximo ſuo : in corde
peccata proximi auſtera ſeueritate diiudi/
cans ac ſi ipſe eſſet iuſtus. ¶ Unde Augꝰ
li° de ſermone dn̄i in mōte ait. Accuſare vi
cia officiū eſt bonoꝝ quod cū mali agunt
alienas partes faciunt. ¶ Et Iſidorꝰ li° de
ſummo bono. Non debet vicia alioꝝ corri
gere qui eſt vicijs ſubiectꝰ. ¶ Et Paulus
ad romanos.2.c. In quo aliū iudicas teip
ſum condemnas. ¶ Dicit ergo Augꝰ li° de
ſermone dn̄i in monte. Cogitemus cu3 ali
quē reprehēdere nos neceſſitas cogit vtrū
tale ſit viciū quod nunq̄ʒ habuimꝰ:⁊ tunc
cogitemus nos hoies eſſe ⁊ habere potuiſ
ſe vel quod habuimus ⁊ iam nō habemꝰ:
⁊ tunc tangat memoriā cōmunis fragili/
tas vt illā correctionē non odiū ſed miſeri
cordia precedat. Si aūt iuenimus nos in
eodem vicio eſſe non obiurgemus ſed cō/
gemiſcamus ⁊ ad penitendū inuicē iuite
mus. ¶ Quare peccator ſi cum humilitate
corrigat delinquentem nō peccat. Nec ex
cuſatur peccator ab iſto precepto q2 poteſt
conteri de peccato ⁊ penitere ⁊ ia3 non erit
peccator:vel humiliter corrigere poteſt vt
eſt predictum. ¶ Tertiū dubiū fuit vtrum
ſubditi ⁊ iferiores poſſint corrigere prela/
tos ⁊ ſuos ſuperiores. ¶ Reſpondet Tho.
ꝙ correctio que eſt actus iuſticie per infli
ctionē pene nō competit ſubdito reſpectu
prelati. Sed correptio fratn̄a que eſt actꝰ
charitatis pertinet ad vnūquēq3 reſpectu
cuiuſlibet perſone ad quā charitatē debet
habere ſi in eo aliquid corrigibile inuenia
tur. verū in correctione qua corrigunt ſub
diti prelatos debet modus congruus ad/
hiberi.ſ.vt nō cū ꝓteruia ⁊ duricia:ſed cū
manſuetudie ⁊ reuerētia corrigant̄. ¶ Un̄
Apoſtolus p̄e ad timotheum.5.c.ait. Se/
niorē ne icrepaueris ſed obſecra vt patrē.
¶ Et ideo Dionyſiꝰ redarguit demophilu3
monachū quia ſacerdotē irreuerenter cor
rexit eū percutiens ⁊ de eccl'ia eiciēs. ¶ Ad
hoc facit vt notat Gregoꝰ in paſtorali exē
plum nathan ꝓphete cū correxit dauid de
adulterio cōmiſſo occulte. Quia ſub ſimi
litudine diuitis qui occiderat ouē paupis
vt prepararet cōuiuiū pauperi hoſpiti ⁊c̄.
Super quo dauid iudicauit illu3 dignum
morte. Ex qua ſn̄ia inde ſumpta occaſione
vrbane redarguit eū:⁊ ille ſubito emēda/
tus eſt vt ſcribitur ſcd̄i Regū.12.c. In hu/
iuſmodi etiā figurā dicit̄ Exodi.19.c. Be/
ſtia que tetigerit montē lapidabit̄. Qd̄ fit
cum ſubditus beſtial'r ſeu ꝓterue corrigit
p̄latū qui ratione dignitatis:q2 altior cete
ris dicitur mōs. ¶ Et.2. Regū.6.c. narrat̄
ꝙ oza ꝑcuſſus fuit a dn̄o q2 tetigit archa3
dei que ſignificat prelatū. Contactus aūt
oze eſt qn̄ prelatus irreuerenter obiurgat̄
vel ei detrahitur. ¶ Sciendū etiā ſm̄ Tho.
vbi.s̄. Qd̄ vbi imineret periculū fidei etiā
publice eſſent p̄latis a ſubditis arguendi.
Et q̄ʒuis preſumere ſe eſſe meliorē ſimpl'r
q̄ʒ p̄latus ſuus videat̄ eſſe p̄ſumptuoſe ſu
ꝑbie tn̄ extimare ſe eſſe meliorē quātū ad
aliqd nō eſt preſūptionis:q2 nullus eſt in
hac vita qui nō habeat aliquē defectum.

¶ De triplici ꝯditione que ſuāda ē in cor
reptione fraterna: vt fiat debito modo.

Cap. 2m.

S Ecūdum myſteriū declarādū de cor
reptiōe fraterna dicitur modificatio
Cū eni vt dictum eſt ipſa ſit actus charita
tis oportet vt fiat cū modo qui eſt ſm cha
ritaté ex forma tradita a xp̄o in euágelio.
dicitur eni ibi vade ⁊ corripe eū iter te ⁊ ip
ſum ſolum. ¶ Ubi notátur tres conditio-
nes.
¶ p̄a dī ſollicitudinis:
¶ 2a māſuetudinis.
¶ 3a ſolitudinis.
¶ Prima cōditio que reqrit vt correptio
fiat debito modo dicitur ſollicitudis: que
notat cuz dicitur vade. ſ. ſollicite q̄zcitius
commode potes. ¶ Unde Caſſiodorus in
epiſtolis ait. Succurédū eſt ne tractu tépo
ris īpunita mala cōualeſcát. Malū enim
cū perſeuerat augetur ⁊ remediabile bo-
nū eſt peccato accelerata correctio. ¶ Se
cūda ꝯditio dicitur māſuetudis. ¶ Ideo ſe
quitur xp̄s. Corripe ideſt cor rape vt ſcilz
blāde ⁊ dulciter arguas delinquété. ¶ Nā
ꝓuerbioꝝ. 15. c. īquit ſapiés lingua placa-
bilis lignum vite: que autez immoderata
eſt cōteret ſpiritū. ¶ E. 25. c. Lingua mollis
cōfringit duritiam. ¶ Et Paulus ad gala
thas. 4. co. Uos qui ſpiritales eſtis īſtrui-
te huiuſmodi: in ſpiritu lenitatis ⁊ māſue
tudis. ¶ Ubi Augꝰ ait. Quicquid lacera-
to aīo dixeris puniētis eſt impetus nō cha
ritas corrigentis: dilige ⁊ dic quicquid vo
let. Et Dauid in pſal. Superuenit māſue-
tudo ⁊ corripiemur. ¶ Tertia cōditio dici
tur ſolitudis. vnde ſubdidit xp̄us iter te ⁊
ipſum ſolū. Quod fieri debet. ¶ p̊ ne pecca
tor publice correptus cū ſe viderit īfama-
tū deterior fiat. ¶ 2o ne peccato eius publi
cato alij ꝓpter malū exemplum ꝓuocétur
ad peccādum. ¶ 3o ne alij īfamentur. ¶ In-
quit enim Augꝰ ad plebé hyponéſé. Cum
de hijs qui ſáctum nomé ꝓfitétur aliquid
crimis vel falſi īſonuerit īnſtát: ſatagunt:
ambiūt: vt de oībus id credatur. ¶ Ex hoc
trahitur argumétū ꝙ fraterna monitio de
bet precedere denunciationé: vt ponit ex̄
de iudicijs. c. Nouit. ¶ Extra de ſia co Licet.

¶ Ex̄ de accuſatiōibus. c. 2. ⁊ c. Cuz dilecti.
Et. 2. q. 7. c. Accuſatio. c. Siquis. ¶ Et. 2. q.
p̄a. c. Si peccauerit. ¶ Et. 12. q. 2. c. Indigne
¶ Et. 16. q. 7. c. Oés decime. ¶ Nec eſt ꝯtra
quia ioſeph accuſauit fratres ſuos apud
patré de crimie peſſimo geñ. 37. c. ⁊ tamé
nō legitur ꝙ premiſerit monitioné ſecretā
quia ſm Tho. q̄zuis nō ſit ſcriptū credédū
eſt ꝙ p̄us monuerit. Uel dici pōt ꝙ publi
cum erat peccatū īter fratres: vñ dicit ſcri-
ptura publice accuſauit fratres. Qō etiaz
petrus ananiam ⁊ ſaphirā occulte defrau
dantes preciū agri publice denūciauit de
tegendo peccatū ſine precedenti monitiōe
Actuum. 5. c. Hoc fecit vt executor dei cui
oīa peccata etiam occulta ſūt nota ⁊ mani
feſta. Cuius reuelatione petrus peccatum
illud cognouit ⁊ puniuit. Chriſtus etiam
cum peccatū iude ꝓditoris haberet vt pu
blicū inq̄ztum deus vnde ⁊ ꝓdere poterat
nō tamé publicauit ſed ꝟbis obſcuris de
peccato euz admonuit: vt nobis exemplū
p̄beret. 2. q. p̄a. c. Unus. ¶ Sciédum tamé
ſm Ricardū in. 4. di. 19. Qō triplex poteſt
eſſe peccatum in ꝓximo corrigibile. ¶ p̄m
eſt publicum: ⁊ hoc nō īdiget ſecreta moni
tione: quia vt īquit Iſidoꝰ lio de ſummo bo
no. Manifeſta peccata nō ſūt occulta cor
rectiōe purgāda: palā enim ſūt arguendi
qui palā nocét. ¶ 2m eſt peccatum pernitio
ſum quod vergit in mul titudie damnū vt
hereſis proditio ⁊ ſimilia: que reuelari de-
bét ſuperioribus etiā cum damno ſic pec-
cātis: quia vt ſcribitur. 7. q. p̄a. c. Scias.
Generalis vtilitas vtilitati particulari ſé
per eſt p̄ponéda. ¶ 3m eſt peccatū occultuz
quod. ſ. cedit in damnū ſolius peccātis: et
in hoc neceſſe eſt ꝙ fraterna monitio p̄ce-
dat denūciationé. Facit ad hoc ꝓpoſitum
glo. in. c. Contingit. Ex̄ de ſnia excoicatio-
nis que arguit cōtra textū in quo dī. ꝙ cle
rici nō deferétes habitū ⁊ tōſuram nō per
dunt priuilegiū vſq3 ad trinā monitionez
vt patet ex̄ de ſnia excoicationis. c. In au
diētia. ⁊ de vita ⁊ honeſtate clericoꝝ. c. vlti
mo. ¶ Et tñ ꝯtrariū videtur dicere cm Per
pédimus. ex̄ de ſnia excoicatiōis. Et ſoluit
hāc dubietaté glo. q2 cm In audiētia. ⁊ cm
vltim de vita ⁊ honeſtate clicoꝝ loquit de

hijs qui in modicis excedūt in quib⁹ habet locū monitio. Capᵐ vo perpēdimus: loquitur de illo qui grauiter ꝛ pernitiose ac publice deliquit. Nam vt ibi dicit. Qui dā sacerdos falso se filiū regis nomiauit et armis acceptis seditioné fecit ꝛ guerram. Captus patibulo affixus fuit. Illi tñ qui iterfecere eum nō sūt ad papā mittēdi pro absolutione: quia ille perdiderat priuilegium clericale ꝑpter grauitaté excessus. Et lꝫ dicat in textu ꝙ cōpetēs illis pnia est iniūgēda. Glo. tñ exponit ꝙ id fieri debꝫ ad cautelā. ¶ Nū itaqꝫ peccatū occultum nō est alijs damnosū vt est predictū seruāda est secreta monitio. ℂ Sed quid si ꝑlatus in visitatione ꝓciperet subdito vt sibi diceret quod sciret corrigēdum: ¶ Respondet Tho. vbi. s. articulo. 7. in responsione Ad 5ᵐ. Qd̄ intelligēdum est ꝓceptum fane saluo ordine correptionis fraterne siue precepꝫ fiat cōmuniter ad oēs siue ad aliquē specialiter. Sed si prelatus expsse precipe ret cōtra hūc ordinem a dn̄o cōstitutum ꝛ ipse peccaret precipiēs ꝛ ille qui obediret: quia ꝑlatus nō est iudex occultoꝝ: sed solus deus. 32. di. c. Erubescāt. vn̄ non habet potestaté ꝓcipiendi aliquid super occultis nisi inqꝫtum per aliqua idicia manifestantur: puta per infamiā vel alias suspitiōes: In quibus casibus pōt prelatus ꝓcipere eodē modo sicut ꝛ iudex secularis vl' ecclesiasticus pōt exigere iuramentū de veritate dicēda.

ℂ Qd̄ est dr̄ia iter denūciationé ꝛ accusationem: ꝛ de modo fraterne correptionis. Cap. 3ᵐ.

Ertiū mysteriū declarādū de fraterna correptione dicitur denūciatiōis ¶ Ubi ꝑ sciendū ƀm Tho. 22. q. 68. ꝙ est dr̄ia iter denūciationé ꝛ accusationé: quia in denūciatione attenditur emēdatio fratris. In accusatione vo punitio crimis: Pene eni presētis vite nō per se expetunt quia nō est hic vltimū retributionis tempus: sed inqꝫtum sūt medecinales cōferētes vel ad bonū reipublice: cuius quies ꝓcurat per punitioné peccātiū vel ad emendationé ꝑsone peccātis. Quoꝝ ꝓmū pertinet ad accusationé. Scōm itendit in denūciatione. Et ideo si crimé fuerit tale qd̄ vergat in detrimētū reipuᶜᶜ vt est dictū: debet hō imo tenet ad accusationé dūmodo suffi ciēter possit ꝓbare qd̄ ptinet ad officiū accusatoris. Si aūt pctm̄ fuerit in dānū solius peccātis cui non ꝓdest ꝑcedēs monitio dūmodo spef correptio ꝛ emēdatio ꝓcedēdū est ad denūciationé. ¶ 2ᵒ sciēdū ꝙ añ illā denūciationé ex doctrina xp̄i ꝑmittenda est testiū inductio. Quod ratiōabilr̄ fit ƀm Tho. 22. q. 33. quia de vno extremo ad aliud extremū conueniēter trāsitur per medium. In correptione aūt fraterna dn̄s voluit ꝙ principiū esset occultū duꝫ frater corriperet fratré iter se ꝛ ipꝫ solū finé aūt voluit esse publicum vt. s. ecclesie denūciaretur ꝛ ideo cōueniēter in medio ponit iductio testiū vt primo paucis indicetur peccatū fratris qui possint ꝓdesse ꝛ nō obesse vt salti sic sine multitudinis infamia emendetur. Si aūt ꝓbabiliter estimaretur ꝙ per testium inductioné ꝓrimus deterior fieret tūc cessandū est a correptione. Fit auté talis inductio testiū. ¶ primo ad ostēdēdum qd̄ sit peccatuꝫ illud de quo aliquis arguitur ƀm Hieronymū. ¶ 2ᵒ ad ostēdēdū ꝙ frater admonēs fecit quod in se est ad emēdationé fratris ꝓcurandam ƀm Chrisostomuꝫ. ¶ Tertio sciēdum ꝙ fama minus bonū est qꝫ sit bona vita fratris ƀm Nicoᵐ de lira. Et ideo si sine detrimēto sue fame nō possit seruari bona vita fratris tunc ꝓcedendum est ad saluté bone vite cū aliquali lesione fame. Et ideo inducēdi sūt primo testes vt coram eis arguatur. Et si se nō correxerit tunc simpliciter contemnenda est eius fama vt conseruetur bona vita. Ideo Christus dixit dic ecclesie idest prelato. Si autem ecclesiam nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ꝛ publicanus. ethnicus idest gētilis. ¶ Unde glosa in. c. Quintauallis. extra de iureiurando. Ethnos idest genus: Inde Ethnicus idest gētilis. Separentur ergo incorrigibiles ab alijs fidelibus per excōmunicationé ꝛ censurā ecclesiasticaꝫ. Prelat⁹ eni habita sufficiēti ꝓbatione debet illi precipere vt desistat. Qd̄ si nō facit ecclīaꝫ nō audit. vn̄ ꝓpter ꝯtumaciā excōmunicādus est. Et tunc excoicatus sit tibi

ficut Ethnicus. Alias nō vites eū si nō ex communicetur q̄uis eccliam non audiat idest non obediat: non ꝓpter hoc oportet eum vitare. 2. q. pª. c. Multi. Et ꝙ prelati ecclesie possint precipere ⁊ excōmunicare subdidit xp̄s Amen idest fideliter dico vobis. Nam amē significat quod verū est. de cō. di. 2. c. Reuera in fine. ⁊ in glo. ibi 38. di. c. Sedulo. Quecūqꝫ ligaueritis super terrā erūt ligata ⁊ in celo. ¶ Propterea acriter exprobrandi sunt qui vltra hoc ꝙ corrigi nolunt dum iuste ⁊ merito excōmunicantur censurā ecclesie despiciunt. Et vt sermonē hunc ꝯcludamus. sit vnusquisqꝫ ad ꝓximū beniuolus in exhortatiōe vt sic retrahat a malo in quo actu fraterne correptionis reddit se vnusquisqꝫ gratissimū oīpotenti deo: cui sit laus ⁊ honor ꝑ infinita secula seculorum Amen.

¶ Feria quarta quarte hebdomade. De scandalo phariseorum ⁊ aliorum.

Sermo vigesimus quintus.

Scandalizati sunt. Scribuntur hec verba Mathei. 15. c°. ⁊ in euāgelio hodierno. Mirū certe videri possit hijs qui rerū causas considerare volunt cur deus noster iesus xp̄s phariseos scandalizari sit passus qui tributū soluit cesari ne scandalizaret: vt habetur Mathei. 17. c. Et. xi. q. pª. c. Si tributū. Et. 23. q. 8. c. Tributū. Sed ꝑfecto cū non omne scandalū sit equale pōt esse vt qn̄qꝫ ex defectu ꝓueniat ⁊ malicia eorum qui scandalizantur. Sic in ꝓposito contingit de phariseis qui cum ceci essent ⁊ cecorum duces xp̄o insidiantes que xp̄s docebat sancte iuste ⁊ recte in malā partē vertebant. vt ergo hoc intelligatur expressius in hoc sermone de scādalo dicere statui: de quo tria mysteria erunt declaranda.

¶ pᵐ dr̄ diffinitionis.
¶ 2ᵐ omissionis.
¶ 3ᵐ dimissionis.

¶ Quid est scandalum: ⁊ de triplici scandalo scilicet actiuo: passiuo: ⁊ occasionato. Cap. pᵐ.

Primū mysteriū dicit̄ diffinitiōis. Diffinitur enim scandalū a beato Hiero. super Matheū sic. Scandalum est dictū vel factū minus rectū prebēs occasionē ruine. Et dicit̄ a scandalō grece: qđ nos dicimus offensā vel ruinā ⁊ impactionē. Cōtingit enī qn̄qꝫ ꝙ alicui exponitur aliqđ in via eunti corporali cui rei impingens disponitur ad ruinā siue casū: vt si ponatur lignū vel lapis in quē impingat vel aliqđ lubricū super quo pedē ponens disponatur ad casū. Et talis obex dicit̄ scādalum. Similiter in ꝓcessu vie spiritualis vt inquit Tho. 22. q. 43. contingit aliquē disponi ad ruinā sp̄ualē ex alterius dicto vel facto inq̄tum. s. aliqs sua suasione vel inductione vel exemplo trahit aliquē ad peccandū. Et hoc ꝓprie dicitur scandalū. vnde dicitur in psal. cᵐᵒ. 39. Iuxta iter. s. q̄ incedebā in via spirituali bonorum operum scandalum posuerunt mihi. s. hoīes mali. ¶ Et nota quia vt dicit Tho. in pretacta diffinitione ponitur dictū vel factū: nō aūt cōceptum quo etiā modo cōtingit peccare: quia dicta ⁊ facta exteriora sunt ⁊ aliorum sensibus obiciuntur vnde quis pōt induci ad ruinam. Sed concupita vel cogitata abintra sunt ⁊ videri non possunt nec scandalizare seu ad ruinā disponere valēt. Et dicitur minus rectū idest non rectū illud dictū vel factū. Et hoc quia est vel ſꝫ se malū sicut peccatū: vel quia habet speciē mali sicut cū aliquis recumbit in idolo: q̄uis hoc non sit peccatū ſm se siqs hoc nō faciat corrupta itentione tn̄qꝫ habet speciē seu similitudinē veneratiōis idoli pōt alteri prebere occasionē ruine. ¶ Ideo Apl's pᶜ ad thessalonicenses. 5. c. ait. Ab omni specie mali abstinete vos. ¶ Notandum tn̄ ꝙ triplex est scandalum.

¶ pᵐ dr̄ actiuum.
¶ 2ᵐ passiuum.
¶ 3ᵐ occasionatum.

¶ Primū est scandalū actiuū ſm Tho. vbi. s̄. cū aliqs suo dicto vel facto iordinato intēdit aliū trahere ad aliqđ pctm̄. Hoc aūt semp est mortale quia est ꝯtra charitatē ꝓximi ad quā ꝑtinet impedire ꝓximū a peccato q̄tum in eo est per correptionem

fraternā. Et eſt ſpeciale peccatū ab alijs di
ſtinctū ꝓpter intētionē inducēdi ꝓximuꝫ
ad peccandū. ¶ Sed aduertendū ſm Ri/
cardū ⁊ Scotū in. 8. di. 15. Qđ inducere ali
quē ad peccandū poteſt eſſe dupliciter. ¶ pᵒ
per ſe. ¶ 2ᵒ per accidēs ⁊ diſpoſitiue. ¶ Pri
mo modo nihil pōt iducere hoiem ad pec
cādum niſi quod pōt mouere potētiaꝫ. po
tentia autē moueri poteſt a deo ſed nō ad
peccandū: quia teſte Augᵒ liᵒ. 83. q. Deo
auctore nō fit homo deterior. potētia ergo
que poteſt mouere ad peccandū eſt ipa vo
lūtas. Ex quo vt dicit Augᵒ liᵒ de libero ar
bitrio. Nulla alia re fit mēs ſerua libidis:
niſi ꝓpria volūtate. ¶ Scđo modo per acci
dens. ſ. ⁊ diſpoſitiue poteſt quis aliū indu
cere ad peccādum: aut obiectū ꝓponendo
aut obiectū ꝓpoſitū pſuadēdo. Et ſic mul
ti cōſilijs auxilijs ⁊ exemplis malis proxi
mos icitant ad peccādum ex ſcādalo acti/
uo. Hoc autē peccatum tāto grauius eſt:
qᷓto corrumpit potiora bona ꝓximi pec/
cātis que ſūt bona ſpiritualia excellētiora
bonis corporalibus ⁊ tpalibus. ¶ Ideo. 6.
q. pᵃ. c. Ex merito. dicit: deteriores ſunt q
vitam moreſqꝫ bonoꝝ corrumpūt: hijs q
ſubſtātias alioꝝ pdiaqꝫ diripiūt. Damna
enim moꝝ multū diſtāt a damnis rerum.
¶ Idē. 6. q. pᵃ. c. Sūt plimi. Et de hoc Au/
guſtinus de pe. di. pᵃ. c. Noli inquit. Noli
putare te nō eſſe homicidā cum fratri tuo
malū pſuades. Si enim fratri tuo maluꝫ
pſuades occidis te ⁊ aliqñ fratrē ipm cum
ſ. aſſēſit perſuaſioni male quod eſt ſcādali
zare. ¶ Sic ſcādalizauit balaā ariolus fili/
os iſrael cum docuit balaach regē mittere
ſcādalum coram filijs iſrael ꝯſulēdo vide
licet ꝙ mulieres ornatas moabitas mitte
ret ad caſtra filioꝝ iſrael cum idolis earuꝫ
vt inclinarēt eos ad fornicandū cum eis:
⁊ per hoc ad idolatrandū qđ malum ſecu
tum eſt ſed acriter punitū cum illis qui cō
ſuluerunt ⁊ dederunt illud ſcādaluꝫ vt pa
tet Numeri. 14. c. ¶ Scđm eſt ſcādalum
paſſiuū. Illud eſt ſm Tho. cuꝫ qs ex dicto
vel facto alterius bono vel malo vel habē
te ſpeciē mali ſcandalizat ideſt in aliquod
peccatū ruit. Hoc tñ ſcādalo quis aliquā/
do ſcādalizat ſine peccato alterius grauit

peccās. Sicut cūm quis turbatur vel ali/
quod malum agit ex bono opere vl' doctri
na rationabili alterius. Et ſic phariſei au/
dito verbo chriſti. Non qđ intrat in os ⁊c.
ſcādalizati ſūt. Sic etiam apoſtoli ex paſ/
ſione chriſti. Nam vidētes eum capi ⁊ ita
crudeliter tractari amiſerūt fidem de eius
diuinitate quaꝫ prius crediderāt per mul
ta ꝓbabilia ſigna edocti. Et ſic in ruinā ce
ciderunt ſm illud quod pdixerat eis chri/
ſtus Mathei. 26. Omnes vos ſcādalum
patiemini in me. Et certuꝫ eſt ꝙ in chriſto
nullum fuit peccatū. Nec etiam in apoſto
lis poſtea predicātibus fidē chriſti: qđ ta/
mē erat iudeis ſcādalum: vt dicit pᵉ ad co
rinthios pᵒ. c. Et ſic ſcādalum actiuum nō
erat in chriſto: ſed paſſiuū in ſcādalizatis:
quia ipſi ſe ſcādalizabāt ex indiſpoſitione
ſua ſumētes ſibi ruinam ex dicto vel facto
chriſti quod nō erat de ſe inductiuum ad
ruinam ſed ad virtutē. Ideo chriſtus Ma
thei. xi. c. dixit. Beatus eſt qui non fuerit
ſcandalizatus in me: ideſt qui vidēdo vel
audiendo paſſionem meam non inde dedi
gnet ex hoc credere diuinitatē meā ꝓpter
ignominiam paſſionis. ¶ Aduertendū ta/
men vt refert Tho. ꝙ aliquando eſt ſcāda
lum actiuū ⁊ paſſiuum ſimul: puta cuꝫ ad
ruditionem vnius alius peccat. ¶ Aliquā
do eſt ſcandalum paſſiuuꝫ ſine actiuo: pu
ta quia aliquis ſcandalizat de illo de quo
nō debet. ¶ Aliquando vo eſt ſcandalum
actiuum ſine paſſiuo: cum ſcilicet aliquis
inducit alium vbo vel facto ad peccādum
⁊ ille nō conſentit neqꝫ peccat. ¶ Sed ali/
quis poſſet arguere ꝙ ſcandalum actiuū
nō ſit peccatū. ¶ Primo quia peccata nō
eueniunt de neceſſitate cū ſint volūtaria.
Sed ſcandala veniūt de neceſſitate iuxta
illud Mathei. 18. c. Neceſſe eſt vt veniant
ſcandala. ¶ Secūdo quia nullū peccatum
ꝓuenit ex pietatis affectu ſm illđ Math.
7. Non poteſt arbor bona fructus malos
facere. Sed aliquod ſcandalū eſt ex pieta/
tis affectu. dixit enim deus petro Mathei
16. c. Scandalum mihi es. vbi dicit Iiero
nymus. Error apoſtoli de pietatis affectu
veniens nunqᷓꝫ incentiuum videt eſſe dia
boli. ¶ Ad primum reſpōdet Tho. ꝙ ver/

bum illud intelligendum est q̄ necesse est euenire scandala non necessitate absoluta sed ſm conditioné hoīum qui sibi a peccatis non cauent. Sicut si aliquis medicus videns aliquos indebita dieta vtentes dicat: necesse est tales infirmari: quod intelligendú est sub hac conditione si dietá non mutent. Et similiter necesse est euenire scádala si hoíes conuersationé malá non mutent. Et ꝓpterea sequitur xp̄s ve aūt homini per qué scádalum venit. Ubi dicit Nicolaus de lira q̄ ve est cóminatio pene eterne illi infligende per qué scandaluꝫ venit actiue. s. ꝓximum scádalizando. ¶ Añ vo verba ista dixerat xp̄s. Qui aūt scádalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt. dicit pusillis ſm Nicoᵐ de lira: quia nullus scádalizatur passiue nisi inq̄ꝫtū pusillus idest parue virtutis est: quia homo perfecte virtutis ex dicto vel facto malo alterius non ruit in peccatum. Et sequit̃ expedit ei vt suspendat̃ mola asinaria in collo eius ⁊ demergatur in ꝓfunduꝫ maris. Scd̄m Nicolaū de lira loquitur admodū terre palestinoꝝ in qua condénati ad mortem ligato saxo ad collū precipitabátur in mare. Expedit ergo idest melius esset homini mori corporaliter q̄ꝫ ex malo exéplo suo facere alium ruere in peccatū mortale quia ex hoc meretur morté eterná que grauior est morte corporali. ve mundo a scandalis idest mundanis hoībus qui non curant scandalizare ꝓximos. ¶ Ad 2ᵐ argᵐ dicit Tho. Qȯ scádalum ponitur ibi large pro quolibet impedimento. volebat enim petrus christi passioné impedire quodam pietatis affectu. ¶ Tertiū est scádalum occasionatum: quod est per accidés ⁊ preter intentioné: vt cuꝫ quis suo dicto vel facto inordinato non intédit dare alteri occasioné ruine: sed solum sue satisfacere sensualitati. Et hoc modo scandalū non est speciale peccatum: q: quod est per accidens nó constituit specié. hoc modo cū quis habet aliquá familiaritaté cū aliqua muliere suspecta ⁊ sentit hoíes scádalizari nefaria de eis loquédo ⁊ iudicádo nec vult dimittere non curás q̄ alij scádalizentur cuꝫ non sit causa necessaria illius familiaritatis peccat mortaliter dádo occasioné talis ruine. Ornatus etiáulieꝝ varius inhonestus ⁊ excessiuus tripudiatus ⁊ cantus ex quibus tot ac tanti scádalizátur quomodo fieri possūt absq̄ꝫ graui pctó: Quid de malis exemplis ostésis a parétibꝰ suis filijs i blasfemijs maledictionibus ⁊ alijs. Nunquid non filios ad peccáduꝫ precipitát q solent esse paterni sceleris mutatores. Omittamus malá vitá rectoꝝ ⁊ prelatoꝝ ecclesie. Auaritiá: simoniá: ambitioné: pompá vestium: exquisitas epulas: ⁊ alia que scádalum sunt totius populi xp̄iani. Quibus dicit̃ Malachie. 2. cᵒ. Scandalizastis plurimos in lege. s. propter exempla male vite. ¶ Et de hijs Hieroꝰ. 24. q. 3. c. Transferunt Hij vertuntur in laqueū tortuosum ponéntes scádalū in omni loco. Sed vt dicit Gregorius. 2. q. p̄ᵃ. c. Notum. Scire debét prelati si nunq̄ꝫ delinquunt quia tot mortibꝰ digni sunt quot exépla perditionis ad ceteros transmittunt. Debet ergo quilibet cauere ne verbo vel facto aliqué scádalizet: ſꝫ illud Apostoli 2ᵉ ad corinthios. 6. c. Nemini dátes vllá offensioné vt nó vituperet̃ ministerium nostrum.

¶ Quó spūalia bona que non sunt de necessitate salutis aliqñ omittéda sūt ꝓpter scádalum. Cap. 2ᵐ.

Secundum mysteriū declarandū de scádalo dicitur omissionis. In quo queritur: an bona spiritualia sint ꝓpter scandaluꝫ omittenda. Et quidam dicunt q̄ nó. ¶ Ná Gregorius sup̄ Ezechielé ait. Si de veritate scádalum sumitur vtilius scádaluꝫ nasci permittitur q̄ꝫ veritas relinquatur. ¶ Idé habet̃ de regulis iuris in. 6. ¶ Et. xi. q. 3. c. Nolite timere. ¶ Alij vo arguunt contra. ¶ Primo quia Augꝰ cótra epistolá permeniani docet vt vbi periculū scismatis timetur a correctione peccatoꝝ cessanduꝫ est. Sed punitio est quoddá spirituale cum sit actus iusticie: ergo bonum spirituale est propter scandaluꝫ omittendum. ¶ Secundo arguitur: quia sacra doctrina videtur esse spiritualis. Sꝫ ab ea est cessandū propter scandaluꝫ. vnde christus Mathei. 7. c. dixit. Nolite sanctuꝫ dare canibus: neq̄ꝫ margaritas spargite iter

porcos ne conuersi disrumpant vos. ¶ Tertio arguitur quia vitatio peccati est quodda spirituale bonum: quia quodlibet peccatum affert peccati aliquod spirituale detrimentum. Sed videtur quod pro scandalo proximi vitando aliquis quandoque peccare venialiter debeat: puta cum peccando venialiter impedit peccatum mortale alterius. Debet enim homo impedire damnationem proximi quantum potest sine detrimento proprie salutis: que non tollitur per peccatu veniale. ¶ Respondet hijs Tho. vbi s. Quod distinguendum est de spiritualibus bonis. Nam queda sunt de necessitate salutis: que pretermittere non possunt sine peccato mortali. Manifestum est autem quod nullus debet peccare mortaliter vt alterius peccatum impediat: quia secundum ordinem charitatis plus debet homo suam salutem spiritualem diligere quam alterius. Et ideo ea que sunt de necessitate salutis pretermitti non debent propter scandalum vitandum. In hijs autem spiritualibus bonis que non sunt de necessitate salutis videtur distinguendum quia scandalum quod ex eis oritur quandoque ex malicia procedit cum scilicet aliqui volunt impedire huiusmodi spiritualia bona scandala concitando: et tale erat scandalum phariseorum quos christus contempsit dicens. Sinite illos ceci sunt et duces cecorum. ¶ Quandoque scandalum procedit ex infirmitate vel ignorantia. Et hoc est pusillorum propter quod sunt spiritualia opera vel occultanda vel etiam interdum differenda: vbi periculum non imminet quousque reddita ratione huiusmodi scandalum cesset. Si autem reddita ratione huiusmodi scandalum duret iam videtur esse ex malicia. Et sic propter ipsum non sunt huiusmodi opera omittenda. ¶ Ad primum ergo argumentum dicit Tho. Quod pene inquantum habent rationem iusticie: in quantum per eas peccata cohibentur. Si autem per inflictionem penarum manifestum sit plura et maiora peccata sequi tunc penarum inflictio non continebitur sub iusticia. Et in hoc casu loquitur Aug. quando scilicet ex excommunicatione aliorum imminet periculum scismatis. Tunc enim excommunicationem inferre non pertinet ad veritatem iusticie. ¶ Ad secundum dicit Tho. Quod circa doctrina duo sunt consideranda scilicet veritas que docetur et ipse actus docendi. Quorum primum est de necessitate salutis: vt scilicet quis contrariu veritatis non doceat: sed veritatem secundum congruentiam temporis et personarum proponat ille cui incumbit docendi officium. Et ideo propter nullum scandalum quod sequi videatur debet homo pretermissa veritate falsitatem docere. Sed ipse actus docendi inter spirituales elemosynas computatur. Et ideo eadem ratio est de doctrina et de alijs operibus misericordie: vt scilicet loco et tempore dispensentur. ¶ Ad tertiu vero respondet Tho. Quod opinio quorunda fuit quod peccatum veniale esset committendum propter scandalu vitandum. Sed hoc implicat contraria. Si enim faciendum est iam non est malum neque peccatu. Na peccatu non potest esse eligibile. Contingit tamen aliquid propter aliquam circunstantia non esse peccatu veniale quod illa circunstantia sublata veniale esset. Sicut verbu iocosum est peccatu veniale quando absque aliqua vtilitate dicitur Si autem ex causa rationabili proferatur non est ociosum neque peccatum. Quamuis autem per peccatum veniale gratia non tollatur per qua est homini salus inquantum tamen veniale disponit ad mortale vergit in detrimentu salutis.

¶ Quod temporalia bona et si non semper tamen quandoque dimittenda sunt propter scandalum. Cap. 3m.

Tertiu mysteriu declarandu de scandalo dicitur dimissionis. In quo etiam queri solet. Vtrum temporalia sint propter scandalu dimittenda. ¶ Et quod non videtur ex eo quod sanctus Tho. cantuariensis repetijt res ecclesie cu scandalo regis anglie. ¶ Sed quidam arguunt in contrariu. ¶ Primo quia in temporalibus bonis nil est magis necessariu quam cibus. Sed cibus est dimittendus propter scandalu secundum illud apostoli ad romanos. 14. c. Noli cibo tuo illu perdere: pro quo christus mortuus est: ergo multo magis omnia alia temporalia sunt propter scandalum dimittenda. ¶ 2o arguitur. Quia temporalia nullo modo conuenientiore aut seruare aut recuperare

possumus q̃ȝ per iudiciũ. Sed ĩ iudicio nõ
est ꝑpter tp̃alia bona contẽdendũ cũ scan
dalo ꝭm illud Mathei q̃nto. c. Qui vult
tecũ in iudicio contẽdere ⁊ tunicã tuã tolle
re dimitte ei ⁊ palliũ. ¶ Tertio inter oĩa tẽ-
poralia minus videnꝭ dimittẽda que sunt
spiritualibus annexa. Sed ista sunt ꝑpter
scandalum dimittẽda. Nam paulus semi
nãs spiritualia tp̃alia stipẽdia non accepit
ne offendiculũ daret euãgelio christi: vt di
citur pͨ ad corinthios. 9. c. Et ex simili cau
sa eccl̃ia in aliquibus locis non exigit deci
mas ꝑpter scãdalum vitãdum. Ergo mul
tomagis alia spiritualia sunt ꝑpter scãda
lum dimittenda. ¶ Respondet Tho. vbi
s. Qd̃ circa tp̃alia bona distinguendũ est
quia aut sunt nostra: aut sũt nobis ad cõ
seruandũ pro alijs commissa. Sicut bona
ecclesie cõmittunꝭ prelatis ⁊ bona cõmu-
nia quibuscũq; rectoribus reipuͨᵉ. Et tali
um conseruatio sicut ⁊ depositoruȝ iminet
hijs quibus sunt cõmissa ex necessitate.
Et ideo non sunt ꝑpter scãdalum dimittẽ
da sicut nec alia que sunt de necessitate sa
lutis. Tp̃alia ꝟo quoruȝ nos dñi sumus:
dimittere ea tribuendo si penes nos ea ha
bemus vel non repetendo si penes alios
sunt ꝑpter scandalum qñq; quidem debe
mus q̃nq; aũt non. Si eni scãdalũ ex hoc
oriaꝭ ꝑpter ignorãtiam vel infirmitatem
alioꝝ quod est scandalũ pusilloꝝ tunc vel
totaliter dimittenda sunt tp̃alia vel aliter
scãdalum sedãdum. s. per aliquã monitio
nẽ. Aliqñ ꝟo scandalum nasciꝭ ex malitia
quod est scãdalũ phariseoꝝ. Et ꝑpter eos
qui sic scãdalizantur nõ sunt tp̃alia dimit
tẽda: quia hoc noceret bono cõmuni. Da
reꝭ enim malis rapiendi occasio ⁊ offende
renꝭ ipsi rapientes: qui retinẽdo aliena in
peccato remanerẽt. vnde Gregoriꝰ dicit in
moralibus. Quidã cum tp̃alia nobis ra-
piunt solũmodo sunt tolerãdi. Quidã ꝟo
seruata equitate ꝓhibẽdi non solum cura
ne nostra subtrahant: sed ne rapiẽtes non
sua seipsos perdant. ¶ Ad primũ ergo ar
gumẽtũ r̃ndet Tho. Qd̃ non est de inten-
tione apostoli monere ꝙ cibus ꝑpter scan
dalum totaliter dimittatur: quia sumere
cibum est de necessitate vite. Sed bene ta
lis cibus esset ꝑpter scandalum dimitten-
dus ꝭm illud pͨ ad corinthios. Non man
ducabo carnes in eternũ ne fratrẽ meum
scandalizẽ. ¶ Ad scd̃m ꝟo argᵐ dicẽdum
ꝭm Augᵐ de sermone domini in monte. ꝙ
illud verbũ domini intelligendum est ꝭm
preparationẽ animi vt scilicet homo sit pa
ratus prius pati iniuriam vel fraudeȝ q̃ȝ
iudicium subire si hoc expediat: quãdoq;
tamẽ non expedit vt est dictuȝ. ¶ Ad terti
um dicit Tho. ꝙ apostolus seminans spiri
tualia corinthijs pie abstinuit a recipiẽdo:
seu petẽdo temporalia ab eis ne scilicet il-
li scãdalizarentur: quia scãdalum illorum
gentilium ꝓcedebat ex ignorantia q2 non
consueuerãt hoc facere. s. dare. Et ideo ad
tẽpus abstinẽdum erat vt prius instruerẽ
tur ⁊ scirẽt hoc esse debitum. Illi ergo qui
sciẽtes fore debitũ dare tẽporalia hys qui
spiritualia seminant ⁊ denegant: vel si pe-
tuntur ⁊ scãdalizãtur nõ sunt immunes a
culpa. Nec ideo tẽporalia necessaria non
petenda quia tales scãdalizarenꝭ. ¶ Ideo
scribitur. 16. q. pͣ. c. Apostolicis. Apostoli
cis viris ⁊ euãgelizatoribus christi in ne-
cessarijs vsibus nolle tribuere seipsum cõ
dẽnare est. ¶ Sed cũ tot ac tãta dicta sint
de scãdalo occurrit adhuc incidẽter dubi-
tatio de verbis christi dicentis Mathi. 18.
cᵒ. Si manus tua vel pes tuus scãdalizat
te abscide eum ⁊ ꝓice abs te. Bonũ est ti
bi ad vitã ingredi debilẽ vel claudũ q̃ȝ du
as manus vel duos pedes habentẽ mitti
in gehẽnã ignis. Et si oculus tuus scãda-
lizat te erue eũ ⁊ ꝓice abs te. Bonuȝ ti
bi est cum vno oculo ad vitã intrare q̃ȝ du
os oculos habentẽ mitti in gehẽnã ignis
Utrũ sit mẽbrum aliquod amputãdũ pro
vitatione peccati? ¶ Et respõdet Nicolaus
de lira super isto passu. Qd̃ non licet. mem
bra eniȝ corporis sunt a deo data. Et ideo
non est in potestate alicuius persone absci
dere sibi mẽbrum sicut nec se occidere. Sȝ
semper hoc est illicitum singulari persone
nisi in casu quando vnum mẽbrum pro-
pter sui corruptionem est in periculum to
tius corporis: quia vnicuiq; committitur
cura sanitatis sui corporis. Ideo tunc lici
tum est per se vel per alium vnum mẽbrũ

abſcidere ne pereat totũ corpus. Sed pro
pter peccatum euitandũ non eſt licitũ: tũ
quia per hoc non excluditur concupiſcen
tia interior: in qua viget peccatum: tũ qꝛ
per aliam viá poteſt obuiari peccato p ra/
tioné ⁊ liberũ arbitrium cohibẽdo mẽbra a
peccatorũ exercitio. Et ſic verba chriſti my
ſtice ſunt intelligẽda vt dicatur manus ab
ſcidi inquãtum ꝓhibetur ab illicito actu qꝛ
manus abſciſſa non poteſt aliquid agere.
Dicit itaqꝫ chriſtus. Si manꝰ tua ideſt ali
quod opus ſcandalizat te: ideſt inducit te
ad peccatum: abſcide: ideſt nõ facias tale
opus. Et ſi pes tuus ſcãdalizat te: ideſt ac
cedis ad talẽ locũ in quo induceris ad pec
catum: non vadas ibi ⁊ pedẽ abſcidiſti. Et
ſi oculus tuus: ideſt aſpectus alicuius rei
vel mulieris vel cuiuſcunqꝫ ſpectaculi dat
tibi occaſionẽ peccandi fuge talẽ aſpectũ
⁊ oculũ ſic eruiſti. Prohibet itaqꝫ dñs ie
ſus in verbis illis occaſiones malorũ. Fu
giamus ergo illas ⁊ curemus vitare ſcan
dala: vt ſic grã dei deſcẽdat in corda nrã.
Quã nobis largiatᷣ ipſe piiſſimꝰ pr: qui cũ
filio ⁊ ſpũ ſãcto viuit ⁊ regnat p infinita ſe
cula ſeculorũ Amẽ.

¶ Feria quinta quarte hebdomade. De
tribus effectibus ire: ſcilicet murmuratio
ne: clamore: ⁊ rixa.

Sermo vigeſimus ſextus.

Ocrus autẽ

[f]ocrus autẽ ſimonis tenebatur magnis fe
bribus. Scribũtur hec verba
Luce. 4. c. ¶ Ex fonte irati animi multi de/
riuãtur aliorũ riuuli peccatorũ. Et lꝫ a Gre
gorio. 31. moraliũ aſſignentur plures effe
ctus ire qui ⁊ filie illius dicuntur. Nos ta
men aliis pretermiſſis in preſẽti ſermone
de tribus dũtaxat dicemꝰ: hii ſunt febres
ille ardentiſſime quibus eſtuat mẽs iracũ
dorũ. De hiis ergo locuturi eas in tres par
tes principales diuidemus.

¶ pᵃ dr murmuratio.
¶ 2ᵃ clamor.
¶ 3ᵃ rixa.

¶ De murmuratione que fit ꝯtra ſociũ et
ſupiores ⁊ deũ: ⁊ de grauitate huiꝰ peccati
ac punitione. Cap. pᵐᵘ.

[P]rima pars pncipalis eſt de pmo
effectu ſeu filia ire. ſ. murmuratiõe.
de qua dicit Robertus olcot qꝫ eſt
querela cum ipatientia. Et de hac conſide
remus tria. ſ.

¶ pᵒ diſtinctionem.
¶ 2ᵒ grauatiõem.
¶ 3ᵒ prohibitionem.

¶ Primo conſideremus murmuratiõis
diſtinctionẽ. poteſt nãqꝫ triplex murmura
tio diſtingui. ¶ Prima eſt contra ſocium.
¶ Scda cõtra ſuperiorẽ. ¶ Tertia cõtra de/
um. ¶ Prima eſt cõtra ſociũ. Sic martha
murmurabat de magdalena dũ dicebat
xpo Luce. 10. c. Dñe non eſt tibi cure qꝫ ſo
ror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Sic
etiã murmurauit de illa ⁊ de xpo phariſeꝰ
Luce. 7. c. dicens. Si hic eſſet propheta ſci
ret que ⁊ qualis eſſet mulier que tãgit eũ.
Judas inſuper murmurauit de illa ꝓpter
effuſionẽ vnguenti ſuper caput recumben
tis ieſu: vt dicitᷣ Mathei. 26. c. Et vt inquit
Nicolaus de lira ſuper. 10. c. Luce. In hiis
murmurationibꝰ tripliciter maria erat cõ
demnata ⁊ accuſata. ¶ pᵒ a phariſeo de pre
ſũptione ſeu temeritate qꝛ xpm tangebat.
¶ 2ᵒ a iuda de ꝓdigalitate eo qꝫ precioſum
vnguentum effudit ſuper caput ieſu. ¶ 3ᵒ a
ſorore de ocioſitate. Et vbiqꝫ maria tacuit
⁊ xpꝯ pro ea reſpõdit. Oſtẽditqꝫ phariſeo
qꝫ factũ marie non erat preſũptionis ſꝫ de
uotionis. Et iude ⁊ aliis diſcipulis qꝫ illa
effuſio vnguenti non erat ꝓdigalitatis ſꝫ
pietatis. Et ſorori marthe qꝫ ſeſſio marie
non erat ocioſa ſed melioribus applicata.
¶ Vñ Augꝰ in homel. inquit. Sanctũ euã
geliũ cũ legeretur audiuimus a femia reli
gioſa ſuſceptũ eſſe dñꝫ hoſpitio ea q̃ mar/
tha vocabatur. Et cum eſſet ipſa occupata
in cura miniſtrandi: ſoror eius maria ſede
bat ad pedes dñi ⁊ audiebat verbũ illius:
laborabat illa: vacabat iſta. Illa erogabat
hec implebatur. verũtamen martha labo
rans multum in illa occupatiõe ⁊ negocio
miniſtrandi interpellabat dominum: ⁊ de
ſorore ſua conqueſta eſt qꝫ eam laboran/
tem non adiuuaret. Dominus autem pro
maria reſpondit marthe: ⁊ ipẽ eius factus

est aduocatus qui index fuerat interpella
tus. hec ille. ¶ Murmurauit maria contra
moysē qui erat vir mitissimus vt habetur
Numeri.12.c. Et iratus deus percussit illā
lepra. ¶ In ecclesia etiam primitiua vt scri
bitur actuuz.6.c. Exortus est murmur gre
corum scilicet conuersorum ad fidem con
tra hebreos eo ꝙ despicerentur in ministe
rio quotidiano vidue eorum. Dicit hoc lo
co Nicolaus de lira: ꝙ omnes erant iudei
sed aliqui erāt nati in iudea ⁊ illi dicuntur
hic hebrei. Et aliqui nati in greciā ex iude
is ibidem per anthiocum dispersis ⁊ illi di
cuntur hic greci. Et similiter illi qui de gen
tilitate conuersi erant ad iudaismum. Et
dicebantur vidue ille grauari. ¶ Uel quia
non ita requirebantur vt hebree quod si-
bi reputabāt ad contemptum. ¶ Uel quia
nimis grauabātur in operibus manuuz.
¶ Uel quia nō ita eis prouidebatur de ne
cessarijs sicut alijs viduis hebreorū. Sed
apostolis ordinantibus septem diacones
qui super hoc gerereut curam sedatus est
murmur. Istud vicium grauiter turbat cō
gregationē religiosorū. Ideo grauiter pu-
niendum. vnde dicitur di.90.cº. Alienus.
Alienus sit a fratrum vnitate qui murmu
rauerit. Et opus eius abiciatur qui mur-
murās extiterit ne penas murmurantiuz
incurrat. de quibus ait Apostolus. Neqȝ
murmuraueritis sicut quidā eorum mur
murauerunt ⁊ perierunt ab exterminato-
re. dicit ibi glo. super verbo opus eius abi
ciatur. Opus clerici precipue dicitur ora-
tio: ⁊ opus laici est oblatio. Et sic videt̄ di-
cere ꝙ clericus ꝓpter murmurationē de-
bet superari ab alijs quasi excōmunicatꝰ
⁊ laici oratio non debet recipi. ¶ Secūda
murmuratio est contra superiorē. Conque
runtur vt in pluribus murmurantes serui
de suis dominis subditi de prelatis ac qui
buscūqȝ superioribus. Ideo Hieronymꝰ
ad mr̄em ⁊ filiā in gallijs commorātē ait.
Queruluz est seruoꝝ genus ⁊ qȝtumcūqȝ
eis dederis semper minus est: doloreqȝ su
um solis quod possunt obtrectationibus
consolantur. ¶ Sic murmurauit populus
ille iudaicus contra moysē ducem suuz in
deserto siti conquerendo de defectu cibi: vt
habetur Exodi.16.c. Et in Rafidin cōque
rendo de defectu aque. Exodi.15.c. ¶ Sed
aduertant inferiores cum murmurant de
suis maioribus existimantes illos ignora
re murmurationes ⁊ maledicta eoꝝ: quia
sapiens ecclesiastici.10.c. ait. In cogitatio-
ne tua regi ne detrahas: ⁊ in secreto cubi-
culi tui ne maledixeris diuiti: qr aues celi
portabunt vocem tuā. ¶ Tertia murmu-
ratio est contra deum. Et de hac inqt Da-
uid in psal. centesimo quinto contra popu
lum illum antiquum. Murmurauerūt in
tabernaculis suis ⁊ non exaudierunt vocē
domini. de murmurationibus ꝯo illorum
habetur Numeri.14.c. ⁊ in plerisqȝ alijs.
¶ Scd̄o cōsideremꝰ murmurationis gra
uationē. Quāuis enim graue sit ⁊ malum
murmurare de socio ⁊ de superioribus qui
buscūqȝ: grauiꝰ tn̄ est murmurare de deo.
¶ Sed aduertēdum ꝙ triplex est murmu
ratio de deo.

¶ pª per presumptionem.

¶ 2ª per admirationem.

¶ 3ª per turbationem.

¶ Prima murmuratio de deo est ꝑ p̄sūptio
nē. Et de hac habet̄ Math.20.c. in parabo
la vinee: vbi narrat̄ ꝙ illi q venerunt hora
p̄ma ad laborādū i vinea cū nō accepissēt
a procuratore nisi vnum denariū sicut qui
venerunt vndecima hora murmurabant
aduersum patrēfamilias dicentes: hij no-
uissimi vna hora fecerūt ⁊ pares illos no-
bis fecisti qui portauimus pondus diei et
estus. ¶ Ubi dicit Gregorius in homelia.
Nō venientes prima hora significant pa
tres primos veteris testamenti. ⁊ venien
tes vndecima sanctos noui testamēti qui
recipiunt denarium idest premiū sicut san
cti antiqui testamenti ⁊ prius quia imme
diate cū moriuntur. Illi autem diu in lim
bo steterūt. Et illa murmuratio nō est pro-
prie aliqua querela contra deum cuz quie
tissimi sint. ¶ Sed per presumptionez dici
tur. Idest dato per impossibile ꝙ conque
ri vellent tunc declaratur aperte ꝙ non sit
eis iniuria vel diminutio debite mercedis
sed iuste vnicuiqȝ tribuitur. Nicolaus ta-
men de lira super hoc passu refert ꝙ genti
les conuersi ad fidez sunt venientes vnde

cima hora qui receperunt tātam gratiam
que est quoddaz principium glorie quātā
⁊ iudei in principio conuersi vt apostoli cū
alijs discipulis vel etiam sancti veteris te/
stamenti. Non enim est aliud glīa q̃z gra/
tia consumata. Ideo Aplūs ad romanos
6.c.ait. Gratia dei vita eterna: scilicet ē. vi
dentes ergo iudei ꝙ gentiles conuersi ad
fidem recipiebāt gratiaz spiritus sancti in
signo visibili scilꝫ in specie ignis sicut apo
stoli. ¶ Unde Actuum.10.c.dicitur. Adhuc lo
quente petro.s.cornelio centurioni ⁊ fami
lie sue cecidit spiritus sanctus sup omnes
qui audiebant verbum. Non intelligētes
mysterium quasi murmurabāt reputātes
gentiles indignos tanta gratia. vnde dici
tur ibi. Et obstupuerunt qui venerant ex
circumcisione dicentes: quia ⁊ gratia spiri
tus sancti in nationes scilicet gentiliū ef/
fusa est. Sed reuertente petro ad iudeos:
ceperunt conqueri de eo: ꝙ ad cornelium
gentilem diuertisset. Quibus satisfecit de
clarans quomodo sibi ostensum est per vi
sionem scilicet linthei de celo submissi ple/
ni animalibus immundis: ⁊ ei dictum ꝙ
mactaret de illis ⁊ manducaret. Quia et
gētes etiā vocande erant a deo ad gratiā
suscipiendaz. Nec potest quis de deo iuste
conqueri quare det gratiam vni magis q̃z
alteri: ⁊ quare magis vocauerit ad fidem
gentiles q̃z iudeos: quia in eo non habe/
tur locum acceptio personarum cum nulli
sit debitor. ℂ Secūda murmuratio de deo
est per admirationem. videntes enim san
cti malos sepe exaltari ⁊ bonos deprimi ⁊
conculcari aliquādo conqueruntur de deo
non irascendo sed pie admirando de iudi
cijs dei. Sicut Hieremias.12.capitulo dice
bat. Quare via impiorū prosperatur ⁊c.
ℂ Tertia murmuratio de deo est per tur/
bationem. Et hec tripliciter fieri potest.
¶ Primo cuz murmurant aliq de nimia
seueritate. ¶ Secundo de nimia benigni/
tate. ¶ Tertio de aeris iequalitate. ℂ Pri
mo aliqui conqueruntur murmurātes de
deo de nimia seueritate cum multum affli
guntur vel paupertate vel infamia vľ per
secutione vel infirmitate ⁊ similia: dicētes
deum esse crudelem erga se vel alios tribu
latos: ⁊ plus aduersitatis eis dare q̃z pos
sint portare: ⁊ se fore a deo derelictos ⁊ ab
iectos. Sed o q̃z magnam falsitatem isti
loquuntur: quoniam omnis doctrina cla/
mat deum pijssimum ⁊ clementissimum:
qui tribulationes infert ex pietate: ⁊ tribu
latis qui in illum confidunt semper adest:
ſm illud psal. Iuxta est dominus hijs qui
tribulato sunt corde. ℂ Secūdo aliq mur
murant de nimia benignitate dei: quia re
cipit magnos peccatores ad penitentiam
⁊ tolerat male agentes. Sic scribe ⁊ phari
sei murmurabant contra iesum dicentes
Luce.15.c. Quare hic peccatores recipit
⁊ manducat cum illis? Facit nihilominus
deus omnia ista vt peccatores ad peniten
tiam conuertantur. ¶ Ut enim ait Ouidiꝰ
libro de tristibus. Si quotiens peccāt ho/
mines sua fulmina mittat Iupiter: exiguo
tempore nullus erit. ℂ Tertio alij murmu
rant de deo de aeris intemperie: vt cuz est
multa siccitas vel nimia inundatio aqua
rum: vel cuz est intensus calor: aut frigus
⁊ huiusmodi quasi deus non bene dispo/
nat ista. Sed iniuste fit hec murmuratio:
quia vt scribitur sapientie.8.c. Sapientia
dei disponit omnia suauiter. Sed quia nō
agit ſm velle nostruz: ideo murmuramus
quasi essemus sapientiores deo: ⁊ velle/
mus eum instruere quomodo debeat mū
dum gubernare. Est ergo graue peccatum
murmurare de deo etiam in quacunqꝫ ad
uersitate. ¶ Propterea laudatur Iob qui
in tot suis aduersitatibus: vt dicitur eius/
dem secundo c°. qui in tot suis aduersitati
bus non peccauit labijs suis: nec stultum
quid contra deum locutus est. ℂ Tertio cō
sideremus murmurationis punitionem.
Propter hoc equidem peccatum dixit de
us Numeri.14.capitulo. Omnes qui nu/
merati estis in deserto a viginti annis et su
pra ⁊ murmurastis contra me: non intra/
bitis in terram: super quam leuaui ma/
num meam: vt habitare vos facerem in
ea preter caleph ⁊ iosue. Et Numeri.16.
capitulo scribitur: ꝙ quando multitudo
murmurabat contra moysem ⁊ aaron vel
letqꝫ eos opprimere lapidibus fugerunt
ad tabernaculū ⁊ operuit eos nubes ⁊ appa

ruit gloria domini. ¶ Dicūt aliqui q̄ non fuit illa que prebebat ducatum populo: sed quedam parua nubes in qua dn̄s solitus erat loqui cum moyse. ¶ Alij dicunt q̄ fuit illa que prebebat ducatū sed stabat in alto super tabernaculū. ꝛ tūc descēdit operiēs ꝛ ambiēs circūquaq; vt nullus poss; adire. Et egressus ignis deuorauit ppl'm. Fuerūt autē percussi tredecimilia ꝛ octoginta. Et Numeri. 21. habet' q̄ quando venerunt in salmana quia male loquebātur de deo: misit dn̄s in ppl'm serpētes ignitos qui sic dicebantur ſm Nicolaum de lira ꝛ Magistrū i historia scholastica quia minimi ꝛ veloces erant admodū scintillarum. ¶ Vel quia volantes per aera emittebant scitillas ardētes. ¶ Vel ex eo q̄ p morsus eoꝝ calefiebat caro ac si igniretur. Tūc venerunt iudei ad moysē dicētes peccauim⁹ quia locuti sumus contra deū: ꝛ tu ora vt tollat nobis serpentes. Orauitq; moyses ad deu;. Cui deus ait. Fac serpētem eneū ꝛ pone in ꝑticam eminētē in medio populi: ꝛ quicūq; percussus fuerit a serpēte respiciat eum ꝛ viuet. Et factū est ita. ¶ Dicit Rabi sal'on q̄ in serpēte nō erat virtus sanandi. Sed aspiciētes serpentē cognoscebāt afflictionē illam a deo sibi iuste illata; petēdo misericordiam ꝛ ipse deus saluauit eos. Rō autē mystica est. q; serpēs ille figurabat xp̄; passum in cruce per cuius intuitum fide ꝛ deuotione sanamur a morsu sathane. ¶ Quare xp̄us dixit Joannis. 3. c: Sicut exaltauit moyses serpētem in heremo in ligno: ita exaltari oportet filium hominis. ¶ Refert Magister in historia scholastica. Qd̄ illū serpētem eneū habuerunt secum filij israel ꝛ magnifice repositus est in hierusalē. Tandē ob cultum superstitionis quem sibi exhibebat populus comminuit eū in puluerē rex Ezechias: ꝛ posuit in torrentem cedron. vt hab etur. 4. Regum. 19. c°.

¶ De triplici clamore scilicet orantium et horribiliter peccantium atq; irascentium qui turbant domum vxorem et familiam. Cap. 2^m.

[S]ecūda pars principalis est de scd̄o effectu ire q̄ est clamor. Hic ſz Gregorium ꝛ Tho. vbi supra cōsistit in hoc q̄ ꝓfert quis ex ira voces clamorosas q̄bus misceri solent cōtumelie ꝛ ꝯtētiones. Sed sciēdum q̄ triplex est clamor.

¶ P⁹ dr̄ intense affectionis.

¶ 2⁹ horrēde offensionis.

¶ 3⁹ ꝯfuse perturbationis.

¶ Primus clamor est cum quis magno affectu desiderat vel petit aliq̄d a deo ſm illud psal'. Clamaui in toto corde meo exaudi me dn̄e. vnde ꝛ moyses cum sup mare rubrum cum filijs israel maneret ꝛ pharao eos persequeret': oranti moysi silenter dixit dn̄s. Quid clamas ad me. vt ponit' Exodi. 14. c. Clamor eius erat itensu; desiderū quo orabat. Iste clamor intrat in aures dei: itaq; meretur exauditionem: sicut dominus promittit dicens in psal'. 90. Clamabit ad me ꝛ ego exaudiam eum. ¶ Et Hiere. 33. Clama ad me ꝛ ego exaudia; te dicit dominus. ¶ Unde de popl'o israel cū propter peccata sua diuersis tribulationibus ꝛ captiuitatibus vrgeretur dicitur in psal'. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur: ꝛ de necessitatibus eoru; liberauit eos. ¶ Sicut chananea clamās post iesum fuit exaudita ꝛ sanata filia ei⁹. Mathei. 15. capl'o. ¶ Sic cecus magis ac magis clamans: Jesu fili dauid miserere mei fuit illuminatus. Luce. 18. capitulo. Predicator etiam isto modo debet clamare in populo: scilicet ex intimo affectu ꝛ sic auditur virtuose ꝛ fructuose. Sed christus clamabat in templo non solum voce: sed intenso desiderio. Siquis sitit veniat ad me ꝛ bibat. Joannis. 7. capitulo. Et Joannis baptiste dicitur. Vox clamantis in deserto. Mathei. 3. c°. ¶ Secundus clamor est horrende offensionis: de quo vide sermonē de punitione sodomoru; q̄ in tractatu de timore iudiciorum dei vbi precipue designantur quatuor peccata: que pre ceteris clamant. ¶ Tertius clamor est confuse perturbatiōis. Et de hoc Apostolus ad ephesios. 4. c°. ait. Omnis clamor ira: et indignatio tollatur a vobis. Solēt ita clamare viri iracundi ꝯtra vxores: dn̄i cōtra famulos: dn̄e contra ancillas: miscentes clamorib⁹ iꝓperia ꝛ ꝯtumelias ex q̄bus

inferior aius frangitur ⁊ indignat̄. Propterea Eccliastici. 4.c. sapiēs ait. Noli esse sicut leo in domo tua euertēs domesticos tuos ⁊ opprimens subiectos tibi. Et Sen̄. ad lucillū ait. Colant te potius serui tui q̄z timeant.

¶ De rixa ⁊ defensiōe sui ac pugnātibꝰ in duello: ⁊ de ciuili bello. Cap. 3m.

Tertia pars principalis est de tertio effectu ire: qui est rixa. De hac inqt Tho. 22. q. 41. articulo. 2. ꝙ rixa importat quandā contradictionē vsq3 ad facta puenientē dum vnus alter ledere molitur. Et sicut contentio importat contradictionē in verbis: ita rixa in factis. Quare videtur rixa quoddā priuatū bellū qd̄ iter priuatas personas agitur non ex aliqua publica auctoritate: sed magis ex iordinata volūtate. ¶ Sed aduertēdū: ꝙ rixa pōt fieri tripliciter.

¶ p° rōne defensionis.
¶ 2° rōne tentationis.
¶ 3° rōne malignationis.

¶ Primo fit rixa ratione defensionis cu3 s. quis se defendit solo animo iniuriam repellendi cū debita moderatione. ¶ Na3 regula est iuris nālis ⁊ positiui. ff. de iusticia ⁊ iure. l. Ut vim vi. Uim vi repellere licet cū moderamine inculpate tutele. Et dicit̄ moderamē inculpate tutele illud qd̄ equiualet illate violentie in qualitate armorū in concursu tpis ⁊ in ipso actu violētie: ne alias excedendo videatur vindicta: ⁊ per consequens peccatū. Nec aūt defensio licita est vniuersaliter oībus non solū laicis: sed etiam clericis ⁊ religiosis. Et reprobat̄ opinio dicentiū ꝙ in nulla necessitate positus q̄tumcūq3 ineuitabili etiā si alit̄ euadere non possit nisi occidendo debet quis aliū occidere: imo potius debet pmittere se occidi aliter peccat mortaliter. Cuiꝰ ꝯtrariū manifeste dicitur in clemētina Si furiosus de homicidio. Uerū est tn̄ ꝯm Tho. ꝙ nullus tenetur ad hoc. Sed maioris perfectionis esset si potius pmitteret se interfici q̄z se defendendo occidere cū nō possit aliter euadere. Et hoc intellige si est in bona dispositione aie sue. Nam al's fatue faceret exponendo se morti corporis ⁊ aie cum sibi per morte3 precludatur via penitentie. ¶ Itē licita est predicta defensio in omni loco etiam in ecclia: ⁊ hoc ppter periculū. s. qn̄ sequeretur mors hoc non faciēdo. Nec obstat ꝙ ecclia pollui pōt per sanguinis effusionē: q2 magis ponderanda est homis conseruatio cu3 sit irrestaurabilis q̄z ecclesia que reconciliari pōt. Et forte dici potest ꝙ ad hoc ꝙ ecclia polluatur requirit̄ effusio sanguinis iniuriosi: vt notat̄ in c° Uno de consecratione ecclie li°. 6. ¶ Insuper licita est prefata defēsio in quocūq3 officio occupato. Ita ꝙ etia3 celebrans si inuadatur ⁊ aliter non pōt euadere licitū est vt se defēdat ⁊ occidat. Nā ppter impedimentū corporale superueniens ichoatum officiū dimittitur iexpletū. 7. q. pa. c. Illud. ⁊. c. Nihil. Sed hic euenit impedimentū celebrāti imo piculū mortis: ergo licitū est pretermittere officiū ⁊ se de periculo sibi occurrēti si potest expedire. Et si se defendendo occiderit pōt etiā reassūpto officio celebrare dūmodo affuerint illa que ponunt̄ in dicta clementina Si furiosus. Na3 nullū peccatum in hoc fecit nec irregularitatē icurrit. ¶ Idem de baptizantibus ordinantibꝰ cōfirmantibus penitentias iniungentibus ⁊ singula sacramēta conferentibus si inuaderentur: q2. s. licitū est collationē illorū sacramentor omittere inchoatā ppter sui tutelā. Dubiū tamē est circa sacramentū baptismi in vno casu: qn̄ videlicet sacerdos inuasus ad mortē haberet pmanibus paruulū baptizandū qui esset in articulo mortis ita ꝙ si sacerdos diuertat a baptismo illius vt se defendat iminet puero periculū mortis eternalis psupponendo ꝙ non sit alius qui baptizet eū. In hoc casu preeligēda est mors corporalis sacerdotis morti spirituali pueri. Et ratio est q2 tūc vnum tm̄ malū sequitur ⁊ tpale. s. mors sacerdotis: sed si preeligat vita sacerdotis sequerētur duo mala spiritualia: idest mors eterna pueri. de con. di. 4. c. Firmissime. Et neglectus cure animarum quod est mortale sacerdoti. vt extra de etate ⁊ qualitate. c. Cum sit. Preeligendum est aute3 minus malum maiori. di. 13. c. Nerui. vbi autem foret dubium probabile de morte: vel de

vita pueri vsqꝫ ad expeditionem periculi
⁊ constaret de morte presbyteri nisi diuer/
teret adhuc crederem preeligendam mor
tem sacerdotis. Et hec maxime competūt
proprio sacerdoti ⁊ parrochiano. ¶ Hec sūt
pradicta Joānis de lignaco. ¶ Adhuc sci
endum ꝙ licituꝫ est vnicuiqꝫ defendere se
modo predicto contra quoscūqꝫ iniuste in
uadentes: vnde ⁊ contra superiorem suuꝫ
quando ꝯstat ꝙ iniuste inuadit. C. de iure
fisci. l. Prohibitum. ¶ Item contra iudicē
⁊ potestatē iniuste inuadentē vt occidat li/
citum est se defendere. ¶ Item cōtra abba/
tem ⁊ alios prelatos licitum est monacho
se defendere: vtpote si abbas monachum
inuaderet vt subito occideret. ¶ Item lici/
ta est prefata defensio non solum pro se: sꝫ
etiam pro filio: quia vna persona censetur
pater ⁊ filius cum sit pars substātie eius.
¶ Item pro vxore. Nam iniuria vxoris est
irrogata marito ⁊ iniuriarū actio sibi com
petit: immo ⁊ pro sponsa. ¶ Secundo po/
test fieri rixa ratione tentationis cum scili
cet pugnant aliqui in duello. Et dicitur du
ellum quia fit inter duos. Duellare auteꝫ
est deuꝫ tentare vt dicitur. 2. q. 5. c. Mono
machiam. Fit autem hoc duellum aut pro
pter odij exaggerationeꝫ. Aut propter glo
rie temporalis consecutionem vt scilꝫ ostē
sis viribus corporis in publico ex tali bel
lo laudē consequatur de fortitudine. Aut
propter iniuncti criminis purgationeꝫ cū
scilicet imponitur alicui furtum vel prodi
tio ⁊ huiusmodi: ⁊ ipse duello vult ostende
re suam innocentiam. Sed tale belluꝫ est
peccatum mortale ⁊ valde graue: in quo
homo exponit se morti corporis ⁊ anime.
Et est prohibitū primo in lege diuina vbi
dicitur. Non occides: scilicet nec te nec ali
um: talis autem exponit se occisioni suiip
sius. Item est contra illud preceptū. Non
tentabis dominum deum tuum. Est etiaꝫ
prohibitum duellum lege canonica extra
de pugnātibus in duello per totum. Insu
per prohibetur lege ciuili. C. de gladiatori
bus. Quare Raymundus in summa sua
dicit: ꝙ nulla consuetudo potest excusare
duellum a peccato. Et ꝙ omnes indistin/
cte peccant mortaliter offerentes scilicet

duellum ⁊ suscipientes ⁊ iudices qui defe
runt ⁊ prestāt auctoritatem ⁊ assessores in
hoc ⁊ dantes consilium auxilium ⁊ fauorē
⁊ sacerdotes qui dant hijs benedictiones
Idem dicunt Goffredus Hostieñ. ⁊ Tho.
22. q. 95. ¶ Ad idem facit c^m^ Consuluisti. 2.
q. 5. ¶ Tertio fit rixa ratione malignatio/
nis: puta cum aliqui iniuste inuadunt ali
um vel alios vel cum se defendunt cum iu
ste inuaduntur: puta cum ministri rectorū
volūt iuste capere aliquos reos ⁊ illi se de
fendunt ne capiantur. Similiter est rixa
maligna ciuiuꝫ qui partiales dicunt: quo
rum ciuilibus bellis ciuitates florentissi/
me funditus etiam sunt euerse. Quid eni
potentiam diuitias ⁊ gloriam romanorū
redegit ad nihilum nisi bella ciuilia? Hoc
Lucanus. hoc Salustius. hoc ceteri reruꝫ
romanarum scriptores testantur vt plene
posui in quadragesimali nostro de penitē
tia in sermone de discordia. Sed profecto
vt sapiens dicit. Ab vna scintilla augetur
ignis. principium bellorum ciuiliū exor/
tum fuit in vrbe dum gracchi contra nobi
les fauere tentabant populo. ¶ Unde inqt
Aug^9^ li^o^. 3. de ciuita. dei. c. 23. Initium ciui
lium bellorum fuit seditiones gracchoruꝫ
agrarijs legibus excitate volebant enim
agros poplō diuidere quos nobilitas per
peram possidebat. Sed tam vetustam ini
quitatem audere conuellere periculosissi/
mum immo vt res ipsa docuit pernitiosissi
mum fuit. ¶ Et li^o^. 2. de ciuita. dei. c. 21. dicit
Unus gracchorum occisus fuit a quo scri
bit seditiones graues cepisse salusti^9^. Ex
χρο romani desolationem vrbis factā asse
rebant quoniam xp̄m susceperunt eiusqꝫ
cultum in vrbe. Augustinus pretacto li^o^
3. c. 28. errorem istum confutat. Ait enim
sic. Crudelia bella ciuilia oibus bellis ho
stilibus auctoribus etiam eorum fatenti/
bus amariora quibus illa respublica nec
afflicta sed perdita omnino iudicata est lō
ge ante aduentum christi exorta sunt: scili
cet Marij ⁊ Scille Sertorij ⁊ Catilline Le
pidi ⁊ Catulli Pōpei ⁊ Cesaris. ¶ Sed qd
de roma contendimus cum etiam diebus
nostris tantas viderimus calamitates oc
cisiones depredationes exilia damna re/

rum: altiſſimorum palatiorum ruinas et
mala innumera vt ſic dicam in tot italie ci
uitatibus propter ciuilia bella ⁊ rixas in-
debitas. Ad quas tamen mitigandas nõ
mediocriter profuerunt predicatores do-
ctiſſimorum virorũ ⁊ precipue ſancti ber
nardini qui multas extinxit diſcordias et
populos conduxit ad pacẽ. deſeratur itaqz
huius ignis exurẽtiſſimus ardor ⁊ ira de
poſita inuigilet vnuſquiſqz pacifice viue-
re qui in numero filiorum dei eſſe deſide-
rat eius gratia ſuauiſſima recreari. Quaz
nobis ille largiatᷣ qui eſt bñdictus per oĩa
ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Feria ſexta quarte hebdomade. De ho
micidio.

Sermo vigeſimus ſeptimus ⁊ nouus.

A mihi bi-
d
bere. verba ſunt redempto-
ris noſtri originaliter Joan
nis. 40. c°. ⁊ in euãgelio ho
dierno. Quemadmodũ deſiderat ceruus
ad fontes aquarum: ita amoroſus ieſus
deſiderat ſaluos facere peccatores. Sz ple
riqz tanto ire ſue impetu precipitantur vt
non ſolum audire recuſent blandam vocẽ
eius ad penitentiã eos dulcitᷣ inuitantis:
quinimo oculis clauſis ad omne malum
ſeſe faciles reddunt ⁊ expeditos. Et cũ ca
lore iracundie contra ſuos proximos in-
ebrientur putant ſe obſequiũ preſtare deo
ſi vitam illis auferunt violenter. Sũt quã
doqz tales dũ predicatᷣ euangeliũ chriſti
preſentes quibus bene eſt: vt oſtendatur
ſui magnitudo peccati. Hij ſunt qui occi-
dere aliquẽ ſibi exoſum diſpoſuerunt: vel
ſi occiderunt in preterito tentantur vt de-
ſperent de miſericordia dei. Ab hijs exigit
chriſtus aquã vel emendationis vel peni
tentie. Propterea vt eis detur occaſio re-
uertendi ad bonam ⁊ quietam vitã in pre
ſenti ſermone de homicidio dicere ſtatui.
Et dimiſſis illis que poſita ſunt in qua-
drageſimali de penitentia. Adhuc de ipſo
tria hodie myſteria proponem⁹ declarãda
¶ p̃m dĩ crudelitatis.
¶ 2m damnabilitatis.
¶ 3m irregularitatis.

¶ Quõ crudeles ſunt qui ſe interficiũt aut
inocentes aut parentes. Cap. p̃m.

p Rimum myſteriũ de homicidio de
clarãdum dicitur crudelitatis. Ad
magnam nãqz crudelitatẽ ſpectat
cum quis abſqz cauſa rationabili ⁊ iuſta
interficit aliquẽ. Sed maxima eſt crude-
litas cum quis interficit ſeipſum vt ponit
Tho. 22. q. 64. Et cõfirmatur. 23. q. 5. c. Si-
non licet. §. Non occides. ¶ Põt aũt iſta
crudelitas adhuc diſtingui ⁊ latius ꝙ ↄſi
ſtat in tribus.
¶ p° in occiſione ſui.
¶ 2° in occiſione inocentis.
¶ 3° in occiſione parẽtum.
¶ Circa occiſionẽ p° ſui occurrũt quinqz
difficultates. ¶ Pria ẽ: an liceat alicui occi
dere ſeipſũ cauſa melioris vite ſeu felicita
tis citi⁹ cõſequẽde. Sicut fecit Theobrot⁹
phus: de quo mentionẽ facit Aug⁹ li° p° de
ciui. dei. ¶ Ad hoc reſpõdet Tho. 22. q. 68.
ꝙ hoc nõ licet: quia trãſitus hominis de
hac vita ad aliã feliciorem nõ libero arbi
trio hominis ſed poteſtate diuine gratie.
¶ Secũda difficultas eſt: An liceat occide
re ſeipſũ cauſa euadendi miſerias preſen-
tis vite paupertatis confuſionis ĩfirmita-
tis ⁊ huiuſmodi. ¶ Sicut fecit achitophel
laqueo ſe ſuſpẽdens. vt habetur ſcdi regũ
17. c. ¶ Similiter ſaul vt notatur p̃mi regũ
vltimo. c. victus in bello a philiſteis irruit
ſuper gladium ſuum ⁊ nõ plene mortuus
rogauit amalechitã ſeruum ſuum vt inter
ficeret eum ne illuderetur a philiſteis. qđ
⁊ fecit. ¶ Et primi machabeoꝝ. 14. c. Nar-
ratᷣ ꝙ ozias ne caperetur ⁊ illuderetᷣ a gẽ-
tilibus ſe occidit. ¶ Marcus brut⁹ ⁊ Gay⁹
caſſius vt refert Oroſi⁹ li°. 6. in campis
philippicis victi ad deſperationem pulſi:
brutus latus ſed caſſius caput inuitatis
percuſſoribus prebuerunt. ¶ Marcus an
tonius victus ab octauiano in bello ter-
reſtri ⁊ nauali ſm Oroſium obſeſſa ab
octauiano alexandria in qua ipſe mora-
batur gladio ſe peremit ne veniret ad ma
nus octauiani. ¶ Ad hoc dicit Tho. ꝙ nõ
licet alicui ſeipſũ occidẽ vt euadat miſias
alias: qr ẽ aſſumere mai⁹ malũ ad vitãdũ

minus malũ quod est ꝯtra rationẽ. Nam vltimũ maloꝝ vite huius ⁊ oium terribiliuꝫ est mors: vt dicit phs 3° ethicoꝝ. ¶ Tercia difficultas. An causa puniẽdi peccatũ commissũ liceat alicui occidere seipm. Sicut fecit iudas qui penitẽtia ductus ꝓpter proditionẽ xpi abiens laqueo se suspendit vt habetur Mathei. 26. c. ¶ Dicẽdum ꝙ neqꝫ hoc licet qꝛ non põt malefactor occidi nisi per iudiciũ publice ꝑtãtis. ¶ Quarta difficultas. An liceat mulieri se occidere causa vitande corruptionis. Sicut fecit quedam coniugata honestissima pro qua cuꝫ misisset diocletianus imperator vt ea abuteretur ꝓpter pulchritudinẽ dixit marito. Qui cum respondisset obuiari nõ posse illa non accessit sed se interfecit. vt habetur in historia eccliastica. ¶ Ad hoc respõdetur ꝙ hoc non est licitũ: qꝛ non est committendũ crimen maximũ quod est occidere se vt euitetur minus crimen alienũ. Nõ enim est crimẽ mulieris per violentiaꝫ violate si consensus non adsit. Sed est minus pctm̃ fornicatiõis q̃ꝫ occisio sui. ¶ Quinta difficultas. An causa fugiende libidis dũ. s. mulier timet ne cõsentiat in aliquod peccatũ: puta ne violentata in actu consẽtiat delectationi possit licite occidere seipsam. ¶ Et ad hoc dicimus ꝙ non licet: qꝛ non sunt facienda mala vt inde veniãt bona: vel vt euitentur mala presertiꝫ minora ⁊ minus certa. Incertũ est eniꝫ an aliquis in futuꝝ consentiat in peccatũ. Naꝫ potẽs est deus eripere a quacunqꝫ superueniẽte tribulatione: siue a peccato liberare. Qđ aũt Sanson occidit seipsuꝫ excusatur sicut Aug⁹ ponit p̊ de ciui. dei. Et confirmatᷣ. 23. q. 5. c. Non licet. ¶ Nicolaus de lira simili ratione videtur excusare saulẽ allegãs opinionẽ hebreoꝝ quia. s. se occidit ne in ipso illuderetur deus verus hebreoꝝ a philisteis. Sed contrariuꝫ sentit Aug⁹. 26. q. 5. c. Nec mirũ. Et cõmuniter a doctoribus tenetur ꝙ saul damnatus sit ⁊ reprobatus. ¶ De ozia insuper idem refert Nicola⁹ de lira. s. ꝙ nõ peccauit se occidẽdo. Tho. x̃o dicit contrariũ. Et lꝫ laudetur in libris machabeoꝝ illud fit ꝓpter quandã speciẽ fortitudinis seu apparentiam: sed non fuit in eo vera fortitudo: sed mollicies nõ valẽs mala penalia sustinere. ¶ Secũdo cõsistit crudelitas homicidij in occisione innocentis. Dicitur eni Exodi. 23. c. Innocentem ⁊ iustũ non occides. vt enim dicit Tho. Luꝫ occisio peccatoris intantũ sit licita inquantum ordinatur ad bonũ commune: qꝛ per ipm corrumpitur. Iustoꝝ aũt sit conseruatiua boni communis ⁊ ꝓmotiua qꝛ ipi sũt principalior pars multitudinis qua ceteri sustentantur. Ideo non licet occidere eos nisi de speciali mandato dei. Nam cum deus habeat dñium mortis ⁊ vite. Eius eni ordinatione omnes moriuntur iusti ⁊ peccatores. Ideo qui mandato dei occideret innocentẽ non peccaret. Sicut Abraham volebat facere: vt scribitur Geñ. 22. c. de q̊ ita ait Aug⁹ li° p̊ de ciui. dei. c. 20. Abrahã non solum non est culpatus crudelitatis crimine: verũetiã laudatus est noie pietatis ꝙ voluit filiũ nequaq̃ꝫ scelerate sꝫ obedienter occidere. Ad idẽ. 23. q. 5. c. Lex eterna. Qđ aũt innocens ⁊ iustus per morteꝫ pertingat ad regnũ celeste huius vite miserias euadens per accidens est opi occisoris. Ex bonitate eni dei hoc ei euenit: et sui bona dispositione non ex actu homicide per se. ¶ Tertio consistit crudelitas homicidij in occisione parentũ. Et ꝫm Hosti. parricida in iudicio conuictus vel confessus punitur nõ pena decapitationis sicut alij. Sed virgis sanguineis verberatus in eculeo: in sacco corij cocti suti imissus cum cane gallo gallinatio idest capone ⁊ simia ⁊ vipera in ꝓfundũ maris iactatur: vel in fluuium ꝓximum iuxta situm regionis vt oium elementoꝝ vsu carere incipiat: vel si mare non fuerit ꝓximũ aut fluuius tradatur bestijs. C. eodẽ titulo. l. prima.

¶ Qđ grauitᷣ peccant interficientes reos auctoritate propria: et viri interficientes vxores: ⁊ mulieres procurantes aborsuꝫ. Cap. 2^{m}.

Secundum mysteriuꝫ de homicidio declarandũ dicitur damnabilitas. Damnantur in occisione hominuꝫ tria genera. ¶ Primi sunt occidẽtes reos propria auctoritate: quod fieri non potest absqꝫ peccato mortali. ¶ Ratio ꝫm Tho. quia

quia occidere malefactorem licitū eſt inq̄ʒ
tum ordinatur ad ſalutē totius cōmunita
tis. Ideo ad illū ſolū pertinet cui committi
tur cura cōmunitatis conſeruande. Sicut
ad medicū pertinet precidere membrū pu
tridū q̄n ei cōmiſſa fuerit cura totius cor/
poris ⁊ non ad aliū medicū. Cura autē bo
ni communis cōmiſſa eſt principibꝰ ⁊ ali/
is habentibus publicā auctoritatē: ⁊ ideo
eis ſolis licet occidere malefactores nō ali
is. Quāuis eni facere aliqd ad cōmunem
vtilitatē quod nulli nocet ſit licitū cuilibet
priuate perſone. Non tamē illud qđ alicui
nocet licet facere ⁊ ſi vtile alijs niſi ſm̄ iudi
ciū habentis publicā ptātem. vnde Augꝰ
23. q. finali. c. vltimo ait. Qui ſine aliq̄ pu/
blica adminiſtratione maleficū: furē: ſacri/
legū: adulterꝝ piuꝝ ⁊ quēlibet crimioſū iter
fecerit aut membris debilitauerit velut ho
micida iudicabitur. ¶ Sed nunquid licet
occidere eū qui rebellis eſt ciuitati ſue ⁊ no
xius repertus ex̄ terminos iuriſditionis il
lius ciuitatis ſi ipſa ciuitas edictū publicū
feciſſet. ꝙ ſiqs eum vbicūqʒ occidat premi
um recipiat pecunie vel alterius rei. Et vi/
deretur ꝙ ſic qꝛ hoc non agit ꝓpria aucto
ritate ſed publica ex quo ciuitas dedit talē
licentiā. ¶ Sed contrariū tenetur cōmuni/
ter. Nā ciuitas non habet iuriſditionē vel
aliquā poteſtatē extra ſuum territoriū. Et
ad iniuriaʒ ſibi reputaret vna ciuitas ſi al
tera vellet punire ſubditū ſuum ſeu in ſua
ciuitate exiſtentē. Hoc eſt eni mittere falcē
in meſſem alienā quod ꝓhibetur. 9. q. 3. c.
Scriptum. vnde ſi occidēs ex tali licētia ca
peretur in ciuitate illa aliena vbi illum oc/
cidit ⁊ ipſe vt homicida iuſte puniret̄. In/
iuſta eſt ergo talis lex ⁊ mortal'r peccat eā
ſtatuens: quia allicit hoīes ad peccandū.
Ubi aūt qui noxius eſt multū cōmunitati
⁊ dignus morte ꝓpter potentiā ⁊ ſequelaʒ
ſuā nō poſſet capi vel ordinario iure condē
nari. Si dominus principalis vl' iudex ha
beret abſolutā poteſtatem quomodocūqʒ
puniendi ſi pretermiſſo ordine iudiciario
occidi faceret nō videtur peccare nec homi
cida cenſeri ex quo ille meretur mortē ⁊ pu
niri non pōt aliter. ¶ Sed nunquid furem
licet occidere. Reſpōdetur ꝙ ſi fur noctur
nus diſcerni non poterat ꝙ ad furanduʒ ⁊
non ad occidendū veniſſet nec alias pote/
rat deprehendi potuit occidi. Alias non.
Ex̄ de furtis. c. Si perfodiens. ff. de furtis.
l. Furem. Furem vō diurnū non licet occi/
dere niſi ſe telo tunc defendat: qꝛ tūc plus
eſt q̄ʒ fur. Latronē etiam inſidiantem in iti
neribꝰ ſm̄ leges cuilibet licet occidere. vn/
de Glo. in. c. Inter alia. ex̄ de inmunitate
eccleſiarum dicit. Publicos latrones licet
vnicuiqʒ impune occidere ſine peccato. 23.
q. 5. c. Cum homo. Et capti in furcis ſuſpē/
duntur. ff. de penis. l. Capitaliū. §. Famoſi.
¶ Poteſt etiaʒ aliquis occidere nocturnū
depopulatorē agroꝝ. C. eodē. l. pᵃ ⁊ 2ᵃ. Nul
lum ergo licet occidere ꝓpria auctoritate:
nec infidelem iudeū paganū vel hereticū.
¶ Secundi qui damnantur de homicidio
ſunt mariti iterficientes vxores proprias
in adulterio deprehēſas quod nullomodo
licet extra iudiciū. Scđm Riccardū Tho.
⁊ alios in. 4. di. 37. ⁊ peccatuʒ eſt mortale.
Et q̄ʒuis lex ciuilis hoc ꝑmittat. ff. de adul
terijs. l. Quod ait lex. Tamen lex hoc facit
non vt licitū concedens: ſed qꝛ nō infligit
penā propter maximū incitamentum ma
riti vel patris. Illa tamen lex hodie corre/
cta eſt per auctentica nouo iure. vbi dicit̄:
ꝙ adultera debet intrudi in monaſteriuʒ:
Et ſic non eſt rea mortis. Sed in hoc ſtan/
dum eſt legi eccleſie ſm̄ quam interfectori
bus coniuguʒ ſemper coniugium denega
tur. 33. q. 2. c. Interfectores. ¶ Sed q̄ʒuis
nullomodo liceat vxorē occidere auctorita
te propria. Tamen queritur vtrum laicus
inueniens clericum cū vxore matre ſorore
vel filia propria turpiter agentē ſi percuti/
at illum incidat in canonem? ¶ Ad quod
reſpondet cᵐ Si vō. Extra de ſententia ex
cōmunicationis. ꝙ talis non eſt compellē
dus ad ſedem apoſtolicā accedere. Et glo.
ibi dicit. Huic enim parcit canon quia taʒ
iuſtum dolorem compeſcere non poſſet. C.
ad legem iuliam de adulterijs. l. Graccus
Siquis tamen inuenit clericum turpiter
agentem non ita proxima conſanguinita/
tis linea incidit in canonem quia nihil tūc
intereſt eius. Immo culpa eſt immiſcere ſe
rei ad eum non pertinenti. ff. de regulis iu

ris.l.Culpa.¶ Tertij qui dãnantur de ho
micidio sunt mulieres adultere ⁊ fornica/
rie que timentes scandalum filios occidũt
in vtero diuersis medicinis. Sed he nõ ex
cusantur a mortali grauissimo. Non tamé
reputatur homicidiũ cum in vtero est nisi
fuerit puerperiũ animatũ anima rationali
32.q.2.c.Qđ vo. Dicitur autem formari
masculus spacio.40.dierum: ⁊ femina spa
cio.80. ¶ Nota ꝙ non licet matré ex infir/
mitate non valenté euadere morté: citius
ad morté accelerare vt proles in vtero nõ
moriatur. Nec prolem nondũ natá occide
re vt mater saluetur: ⁊ omnes qui cooperá
tur ad huiusmodi opera cõsulendo vel au
xiliando: vt medici: aromatarij ⁊ alij sunt
homicide.2.q.pª cº Notũ. ¶ Sed hoc loco
incidit dubium vnum. Utrũ scilicet mulie
ri liceat occidere volentez se opprimere nõ
valéti aliter euadere manus eius. ¶ Re
spondet Raymũ.in summa: ꝙ duplex est
circa hoc opinio ⁊ neutra prefertur alteri.
Tamen videtur dicendum: ꝙ non licet in
tendere aliquo modo occisionez volentis
opprimere. Sicut nec etiam inuadétis ad
mortez pro sui defensione. Sed si defendé
do ne violetur contingat illũ occidi sibi im
putetur. Et si dicatur ꝙ occidendo est cau/
sa mortis illius corporis ⁊ aie cum in actu
voluntatis peccandi moriaẜ. Respondeo
ꝙ ipse est causa sibi qui alteri iniuriaẜ. Illa
autem vtitur iure suo naturali quo licz viz
vi repellere: ⁊ magis tenetur saluti sue pro
uidere q̃z alterius. Nam exponit se pericu
lo consentiendi actui peccati permittendo
se opprimi ꝓpter difficultaté renitentie vo
luntatis dum nõ facit quod potest ad eua
dendũ. Sed si se tueaẜ q̃ztum potest saluo
eo vnde mors opprimenti põt sequi: reni/
tendo mente peccato ipsa nõ peccaret. Si/
cut ⁊ siquis inuasus ne se defendendo con
tingat occidere ꝑmitteret se occidi nõ pec/
caret sed maioris virtutis esset. ¶ Si autez
mulier posset aliter euadere vt clamando
fugiendo ⁊ huiusmodi non excusaretur a
mortali occidendo.

¶ De irregularitate que contrahitur pro
a Scendit iesus in templũ ⁊ docebat. Scribunt hec verba Joannis. 7. c°. et in euang̃ hodierno. Qui se arbitrãtur absq3 labore assequi posse premium eterne vite vtiq3 decipiuntur. quia vt Grego⁹ inquit in homel̃. Ad magna premia ꝑueniri non potest nisi per magnos labores. Et de hoc Hiero⁹ ad paulinũ ait. Nihil sine magno labore dedit hec vita mortalib⁹. Propterea dux electoꝝ dñs iesus xp̄us vt nobis exemplũ daret in omni sua vita qua fuit i hoc mundo studuit laborare vigilãdo: peregrinando: orando: predicãdo ⁊ patiẽdo. Sunt tamen pleriq3 accidie vicio detenti: qui ad quecunq3 opera bona nedũ ex suo genere difficilia sed etiam minima duros ⁊ tardos se reddunt. Contra quos hodierna die dicemus locuturi de ipo vili ⁊ piculoso tñ accidie petõ. De q̄ tria ꝓponemus mysteria declaranda.

¶ p^m^ di diffinitionis.
¶ 2^m^ originationis.
¶ 3^m^ remediationis.

¶ Q̄d accidia est tristicia ⁊ tedium bene operãdi. Et de triplici tedio. Cap. p^m^.

p Rimũ mysteriũ declarandũ de accidia di diffinitionis. Jn quo quid sit accidia videamus. Et ad hoc ita dicit Damascen⁹. Accidia est tristicia aggrauans idest que ita dep̄mit aĩum hominis vt nil boni ei agere libeat. Et propterea dicit Riccardus de s̄cõ victore. Accidia est torpor mẽtis neglĩgẽtis bona ichoare. vbi ꝓ itelligẽtia pleniore tria sũt notãda. ¶ Primũ notandũ s̄m Tho. 22. q. 35. articulo p̄. Q̄d tristicia de se non nomiat aliquid laudabile vel vituperabile: quia passio est: et passionibus nõ laudamur neq3 vituperamur. ¶ Sed s̄m q̄ hõ applicat passiões suas ad malũ vel ad bonũ põt bene vl̃ male facere. Sicut ẽ tristicia de vero malo vt de peccatis si sit moderata est bona ꝑtinens ad pniam. Jta ⁊ tristicia si sit de vero bono vt de bonis fiendis opibus vel de malo s3 imoderata est peccatũ ꝑtinens ad accidiã. Est igitur tristicia accidie semp mala. Et h̄ dupliciter. ¶ Unomodo s̄m seipsã q̄n. s. est de eo q̄d est apparens malũ ⁊ vere bonu3: q2 spũale bonũ est vere bonũ l3 appareat malũ sensitiue ꝑpter laborẽ qui est in eo. Jdeo q̄n quis tristatur de aliq̄ ope ad q̄d tenetur semp est peccatũ. Sicut ecõtra delectatio est mala ⁊ peccatum q̄n est de vere malo s3 apparẽti bono: vt delectatio fornicationis ⁊ huiusmodi. ¶ Scd̄o modo tristicia accidie est mala ⁊ peccatũ s̄m effectum suũ q̄n. s. est de vere malo vt de peccato vl̃ morte alicuius si sic agrauat mentẽ vt ea3 totaliter a bono retrahat. ¶ Scd̄m notandũ q̄ accidia vt refert Tho. vbi. s. et Alex^r^ in 2° summe ex eo q̄ iportat tediũ bñ operãdi dicitur quasi acida ab accedie. Acida aũt seu acetosa sunt frigida: frigus ꝟo inducit difficultatẽ ⁊ tarditatem in motu. videmus enim q̄ aqua cũ ꝑpter frigus est cõgelata immobilis manet que ex se flueret. Et senes quia frigidi sunt ⁊ graues sunt et tardi ad ambulandum. Sicut econtra adolescentes in quibus viget calor naturalis sunt festini ad ambulandũ ⁊ discurrendu3. Accidia ergo ẽ q̄dã frigiditas spũalis seu defectus amoris spũalis ⁊ feruoris diuini ex quo aĩa nõ mouet̃ vl̃ cũ difficultate mouetur ad bñ opandũ. Jdeo Bernardus i quadã ep̄la ait. Accidia est animi q̄dã languor: cũ legere nõ libet: orare nõ delectat: meditatiões solicite nõ sẽtiunt̃. ¶ Tertiu3 notandũ q̄ triplex est tediũ. s.

¶ pm pn̄tis vite.
¶ 2m tribulationis ⁊ angustie.
¶ 3m actionis virtuose.

¶ Primū est tediuꝫ pn̄tis vite. Et de hoc dicebat Job. 10. c. Tedet animaꝫ meā vite mee. hoc tediū est quedam tristicia de vita presenti in qua quis nollet esse. Et si hoc ꝓcedit ex desiderio celestis patrie ⁊ dei amore ꝯsiderando q̄ꝫ dulce sit: q̄ꝫ suaue: q̄ꝫ vtile videre deuꝫ: eo frui: scōꝝ angeloꝝ agminibus interesse. ad quod obtinendū fact⁹ est homo. Et q̄ꝫta hic sit obscuritas mētis ex ignorantia de deo: quāta pericula: quāta impuritas: quanta instabilitas cordis: bona est talis tristicia. Sed habere tediuꝫ de vita presenti quia non habet quis illaꝫ prosperitatē quā vellet illos honores diuitias ⁊ voluptates quas cupit cum videt ⁊ audit alios ꝓsperari honorari ditari: et ex hoc ita contristatur ꝙ vellet non viuere vilipendens conditionē suam. Et cū ita deicitur mente vt ratione deliberata nō esse in mundo appeteret: vel non fuisse natū: vel vt animal brutum affectās mori quacūqꝫ morte etiaꝫ in malo statu aie esset: istud tedium accidia mortalis. ¶ Secūdū est tedium tribulatiōis ⁊ angustie ex tristicia qua quis angustiatur ex magnitudie vel multiplicitate aduersitatis sue vel alioꝝ. Et siquidem si tristicia ⁊ anxietas sit solum ƀm primum motum seu sensualitatē: humana tentatio est ⁊ veniale peccatū vel nullum. Et perfecti viri aliqn̄ hoc tedium patiūtur vnde Apostolus 2e ad corinthios p̄.c. Supra modū grauati sumus. s. ex tribulationibus ita vt nobis tederet viuere. Sꝫ si tristicia sit tanta vt absorbeatur ratio: ita ꝙ ꝓpterea dimittantur necessaria bona cuꝫ ꝓposito nunq̄ꝫ bn̄faciendi accidia est mortalis: de qua Apl's pe ad corinthios .7.c. Tristicia huius seculi mortem operaꝛ: scilicet anime. ¶ Tertium est tediū actiōis virtuose: cum quis tristatur seu anxiatur pro aliquo bono opere quod oporteat eū facere: quia ibi habet laborare: puta in dicēdo officium: orando: ieiunando: in faciēdo aliquā obedientiā ⁊ huiusmodi. Hoc icurrit populus hebreoꝝ in deserto: vt enim dicit Numeri. 21. Cepit ppl's tedere ꝓpter laborem itineris. Dum ergo itur per desertum penitentie seu religionis seu vite presētis statum ex laboribus operum bonoruꝫ frequenter incurritur tedium ⁊ anxietas. Et precipue hoc euenit in oōne. Sed vt Hieronymus dicit de con. di. 5. c. Non mediocriter. Melior est trium psalmoꝝ decantatio cum cordis puritate ⁊ iocūditate q̄ꝫ totius psaltery modulatio cū anxietate atqꝫ tristicia.

¶ Qd accidia aliqn̄ oriꝛ ex cōplexiōe corporis ⁊ iordinatione cibi ⁊ istigatione diaboli. Cap. 2m.

Secundū mysteriū declarandū de accidia diciꝛ originationis. habet enī originē hoc viciū in tribus.
¶ p̄ ex corporis complexione.
¶ 2o ex cibi inordinatione.
¶ 3o ex diaboli instigatione.

¶ Primo ex corporis complexione. Naꝫ melancolici inclinantur ad tristiciaꝫ ex humore melancolico qui superabundat i eis Et partim flegmatici. vnde aliquando studiose oportet eos querere aliqua subleuatiua tristicie ne nimietate absorbeantur et inducantur ad desperationē vel transferantur ad delectabilia mundi. Naꝫ vt dicitur ꝓuerbiorum. 17. c. Spiritus tristis exiccat ossa. vnde Jo⁹ cassianus assimilat accidiā vermi qui dicitur tarlus: qui. s. generaꝛ in ligno intimo ⁊ rodit paulatim medullaꝫ ⁊ vigorem ligni: quo corroso ⁊ euacuato oē pondus vel ventus vel percussio frangit lignum immo ex se frangitur ⁊ ruit edificiū desuper. Sic accidia nascitur ex itimis anime et paulatim consumit vigorem spūs et feruorem quo subtracto etiam absqꝫ vēto tentationis per se ruit in aliquod magnuꝫ malum. ¶ Secūdo accidia habet ortū ex cibi inordinatione cum scilicet quis plus debito comedit aut nimis excedit in abstinentia. ƀm enim Tho. 22. q. 35. articulo p̄. Passiones appetitus sensitiui vt tristicie ⁊ alie in se possunt esse peccata venialia et inclinant animam ad mortale. Et quia appetitus sensitiuus habet organum corporale sequitur ꝙ per aliquam corporalē indigentiam homo fit habilior ad aliquod peccatum. Et ideo potest contingere ꝙ ƀꝫ

aliquas

aliquas mutationes corporales certis tē/poribus prouenientes aliqua vicia nos magis impugnent. Omnis autē corporalis defectus de se ad tristiciam disponit. Et ideo ieiunantes circa meridiē quando incipiunt sentire defectū cibi ꝛ vrgeri ab estu solis magis ab accidia impugnātur. vnde Cassia⁹ dicit. Ecce demonium meridianū de quo loquitur ꝓpheta. Nō timebis a demonio meridiano: quia. s. in meridie ieiunantes tentat. ¶ Tertio accidia ortum habet ex diaboli instigatione. Instigat diabolus ꝛ tentat de hoc vicio ꝛ precipue dū nimie quieti videt homines deditos: vt enī inquit Cato. Nam diuturna quies vicijs alimenta ministrat. vnde in tertio li° Regum legitur: ꝙ salomon dum structure tēpli ꝛ edificioꝝ iactauit in statu gratie fuit. Sed cum se dedit quieti seductus a mulieribus luxurie vacans templum idolis fabricauit. ¶ Similiter Dauid vt habetur secundi Regum. xi. ꝛ. 12. c. cum remansit in hierl'm in qete cōmisit adulterū cū bersabee. Ideo Hiero⁹ ad rusticū monachū ait. In desiderijs est omnis ociosus. Egyptiorū monasteria hunc morē tenent vt nullū absq; labore ꝛ opere suscipiant: non tam propter vite necessaria q̄ȝ ꝓpter anime salutem: ne vagetur mens perniciosis cogitationibus: ꝛ instar fornicantis hierusalēz omni transeunti diuaricet pedes suos. Et beatus franciscus in regula fratruȝ minorum dicit. Fratres illi quibus gratiā dedit dn̄s laborandi laborent fideliter ꝛ deuote ita ꝙ excluso ocio anime inimico sācte orationis ꝛ deuotionis spirituȝ nō extinguāt. Et Hiero⁹ de con. di. 5. c. Nunq̄ȝ. facito aliquid operis vt semper diabolus te inueniat occupatum. Et extra de renunciatiōe. c. Nisi cum pridem. §. Verū. Ociositas ꝛ voluptas sunt arma hostis antiqui ad miseras capiendas animas. ¶ Et Joannes cassian⁹ in collatiōibus patrū. Apud egyptū ab antiquis patrib⁹ facta est sentētia operantem monachum vno demone pulsari: ociosum vo innumeris spiritibus deuastari. ¶ Et lȝ ociositas filia sit accidie tamē diabolus ociosum in accidia confirmat ꝛ instigat vt eius tedium ad omne opus bonuȝ augeat. Legitur in vitis patruȝ ꝙ cū beatus antonius tētatione accidie vexaretur cepit clamare ad dn̄m dicens: dn̄e volo saluus fieri sed non permittunt me cogitationes mee. Et subito vidit iuuenem pulcherrimum qui angelus erat ponentem se ad sedendum ꝛ ad laborandum sportas ꝛ ide ad modicum surgere ad orandum. Et iteꝝ post parum reponentem se ad operanduȝ ꝛ postea surgentem ad orandum. Cumq; pluries alternatis vicibus ad vtrūq; se posuisset demū dixit angelus: sic fac ꝛ saluus eris.

¶ Qd homo potest fugere accidiam per orationem ꝛ meditationem ac frequētationem sacri. Cap. 3m.

Tertium mysterium declaranduȝ de accidia dicit remediatio. Et lȝ multa sint contra accidiam remedia tū pro nunc sufficit ponere tria.

¶ Pm est deuota oratio.

¶ 2m diligens meditatio.

¶ 3m sacramentoꝝ frequentatio.

¶ Primum remedium est deuota oratio. hoc docuit xp̄s discipulos dormientes pro tristicia. vt dicit Mathei. 26. c. Vigilate et orate ne intretis in tentationē. quasi dicēt oratio vos iuuabit ne succumbatis tentationi accidie que subintrat mentes vīas. Idem etiā ait loquens de tribulationib⁹ in fine mundi. Orate ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato. Mathei. 24. c. Hiems est frigida ꝛ in sabbato est ociū ꝛ requies. vult ergo dicē: orate ne fugiatis idest op⁹ bonum deseratis ex accidia que ꝓuenit ex frigiditate diuini amoris ꝛ ocio seu quiete corporali. Multum enim valet non soluȝ contra accidiam sed contra quecūq; peccata ꝛ q̄slibet tentationes fidelis humilisq; oratio. Ideo Hiero⁹ ad eustochiū ait. Nec cibus ante sumatur nisi oratiōe premissa: nec recedatur a mensa nisi gratie referant creatori. Noctibus bis terq; surgendum reuoluenduȝ de scripturis quod memoria teneamus. Egredientes hospitium armet oratio. Redeuntibus de platea occurrat oratio anteq̄ȝ sessio nec prius corpusculuȝ requiescat q̄ȝ aīa pascatur. Hec ille. ¶ Secundum remedium contra accidiam est di

tigēs meditatio precipue vite ⁊ passionis christi. vnde ad hebreos. 12. c. Paulus ait Recogitate eū qui talem sustinuit aduersus semetipm contradictioné. s. xpm vt nō fatigemini aīs vestris deficientes. s. pre tedio. ¶ Hoc faciebat deuotus Bernardus qui dixit. Quādiu vixero memor ero laborum quos christus sustinuit in predicādo fatigationū: in discurrendo tentationū: in ieiunando vigiliarꝝ: in orando lachrymarꝝ. l cōpatiēdo. Recordabor etiā dolorꝝ cōuiciorꝝ sputorꝝ colaphorꝝ subsannationū ⁊ clauorꝝ horūqꝫ similium. Alioquin requiretur a me sanguis iustus qui effusus est super terram. Meditatio etiā supplicij futuri et premij superni multum reuocat aīam ab accidia ⁊ tedio. Quis est enim tā ibers vel delicatus qui non libenter laboret qn̄ inde sciret acquirere maximum lucrum et permansurum ⁊ euadere supplicium eternum. ¶ Legitur in vitis patrum. Cum quidam interrogasset beatum achillem dicēs Cur sedens in cella mea accidiam patior. Respondit ei senex: quia nōdum vidisti requiem quam speramus: nec tormentū qd̄ timemus. Si eniꝫ ea inspiceres diligenter scilicet per meditationem ⁊ vermibus plena esset cella tua vsqꝫ ad collum etiam in ipsis pmanēs sine accidia iaceres. ℂ Tertium remedium contra accidiam est sacramentorum frequentatio ⁊ precipue sacramenti eucharistie. ſm Damascenum. Sacramentum istud est carbo ignitus qui excutit omnē torporem mentis ⁊ gaudere et delectari facit in dn̄o. vnde in figuram dicitur tertij Regum. 19. c. Qd̄ cum esset helias fessus ex tedio psecutionis iezabel vxoris achab regis israel obdormiuit subter vnaꝫ iuniperum: cui apparuit angelus domini excitans eum a somno qui cōsurgēs vidit ad caput suum panem subcinericiuꝫ adeo sibi miraculose paratum ⁊ vas aque comedit ⁊ bibit. Et cum iterum obdormisset angelus secundo excitauit eum dicens Surge comede grandis eni restat tibi via Qui surgens iteruꝫ comedit ⁊ ambulauit in fortitudine cibi illius vsqꝫ ad mōteꝫ dei Helias designat dei seruum qui ex tribulationibus ⁊ vexationibus carnis attediatus aliquando laboribus ⁊ tētationibus obdormit vt nihil ei libeat facere. Sed istigatione angeli boni mens excitatur vt sumat sacramentuꝫ eucharistie figuratū per panem subcinericium. Hoc ergo sumpto fortificatur ⁊ confirmatur contra accidiaꝫ vt incedat viriliter per desertum hui⁹ mundi vsqꝫ ad vitam eternam. Ad quam nos perducat iesus filius dei qui est bn̄dictus in eternum Amen.

ℂ Feria quarta quinte hebdomade. De negligentia prelatorum ⁊ episcoporum. Sermo trigesimus secundus.

m Eoportet operari opa eius qui misit me. verba sunt redemptoris nr̄i originaliter Joannis. 9. c. ⁊ in euāgelio hodierno. ¶ Constituti sunt in ecclesia dei prelati: quibus cura animaruꝫ commissa est vt laborent ⁊ vigilent super gregem. Sicut docuit eos xps exemplo qui tam feruentissime laborauit pro salute hominum vt etiā mori non recusauerit. Ipse fuit ille pastor bonus qui posuit pro ouibus animam suam. Propterea damnabilis est ⁊ piculosa valde in prelatis negligentia. Quibus dicitur illud primi paralipomenon. 29. c. Nolite negligere: vos enim elegit deus vt stetis coram eo. s. pro salute ppl'orꝝ. Hinc Augustin⁹ ad valeriuꝫ di. 40. c. Ante oīa. ait: Nhil in hac vita facilius leuius ⁊ acceptabilius hoībus epi presbyteri aut diaconi officio. Sed si perfunctorie idest negligenter atqꝫ adulatorie res agat̄ nihil apud deuꝫ miserius tristi⁹ atqꝫ dānabilius. Quia ꝟo hec negligentia orit̄ ex accidia de qua diximus in pcedēti ſmone. Jccirco hodierna die de illa tractabim⁹ que in nōnullis vtinā nō multis platis reperit̄. De quib⁹ distinguemus triplicē negligentiā.

ℂ pᵃ dicitur prouisionis.

ℂ 2ᵃ inquisitionis.

ℂ 3ᵃ correctionis.

ℂ Qualr epi negligētes nō mistrāt vt debēt subditis sacra ⁊ doctrinā ac tpalia bona. Cap. pᵐ.

p Rima negligētia platorū vel epor

dicitur ꝓuiſionis. Hec eſt cū non ꝓuident ſubditis ſicut debent. Nā tenentur epī miniſtrare ſubditis p̄cipue tria. ſ.

ℂ Sacramenta.

ℂ Documenta.

ℂ Temporalia bona.

ℂ Primo tenenꝫ miſtrare ſacramenta. Et quia preter ſacr̄m ordinis ⁊ ꝯfirmationis alia ſacr̄a miniſtrari poſſūt per alios ſacerdotes inferiores: vigilare debet ep̄s vt tales idonei ſint ⁊ ſufficientes. ¶ Circa ſacr̄z ꝟo ordinis. p̄ debet ep̄us ꝓuidere vt diligenter examinenꝫ ordinandi. Et ſi de more illius dioceſis eſt vt per archip̄ſb̄rm vel archidiaconū vel p̄poſitum examinenꝫ: hoc non obſtante debet ipſe alios cum p̄dictis aſſumere examinatores ſacerdotes timoratos ⁊ prudentes viros gnaros diuine legis ⁊ exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus qui promouendos examinēt: vt dicitꝫ 24. di. c. Qñ. Et p̄cipue debent examiari de etate legitima. Sufficienti lr̄atura ⁊ morū honeſtate. Hec reqrūtur in p̄ficiēdis quibus. ſ. iniungitꝫ cura aiaꝝ. Ex̄ de electione. c. Cū in cunctis. Et vt notat glo. in dicto. c. Qñ examiatio fienda eſt ante diē ordiationis. De etate aūt credere debet p̄ñtanti ordinandū niſi ipſe manifeſte ſciat contrariū vel per ſe vel per aliū: vel hēat aſpectū nimis puerilē ꝓpter qꝺ merito poſſet dubitari. Et tunc reqratur aliqꝺ teſtimoniū vicinoꝝ vel ꝯſanguineoꝝ. De diſpēſatione autē habita ſup hoc a papa nō habet credere niſi hoc oſtēdat. Pōt tñ credere ſi perſona eſt multū fide digna. Quātū aūt ad ordines minores nō reqritꝫ determiata etas dūmodo exordat īfantiā. Nā vt dī de tpībus ordinationū li°. 6. c. Nullus. in gloſa. Septēnij pōt ꝯferri tōſura. 28. di. c. De his. 70. di. c. In ſingulis. Minori ꝟo nō poteſt niſi vellet intrare religionē. ¶ De lr̄atura aūt q̄ta eſſe debeat nō eſt bñ clarū. Et q̄tum ad ſubdiaconatū ⁊ diaconatū oportet q̄ ſaltē ſciat bene ⁊ expedite legere: ne faciat cōfuſionē coram populo. Et q̄ ſciat bene inuenire ⁊ dicere officium cuꝫ ad hoc teneatur. Alias ſi nō habet modum adiſcendi ipſum vel quia non habet cōmoditatē breuiarij vel quia neſcit per ſe vel cum alio nullomodo debet ordinari. Alias talē ſcientem admittens vel ordinans videtur peccare mortaliter cum det illi occaſioneꝫ quotidie delinquendi ꝓpter omiſſionem officij. Et vt dicit glo. in. c. Cuꝫ ſit. extra de etate ⁊ qualitate ⁊ ordine preficiendoruꝫ. Eoipſo q̄ ordinatus apparet indignus et ordinans ſimiliter. 81. di. c. Tantis. in fine. Quantū ad ſacerdotium videtur neceſſarium q̄ ſalti ſciat grāmaticā ⁊ precipue ſi eſt ſacerdos ſecularis quia tales exponuntur cōmuniter ad curā animaꝝ que male pōt exerceri abſq̄ꝫ lectione libroꝝ. ¶ Quantuꝫ autem ad bonitatē vite niſi ſit manifeſtus peccator dignus eſt reputādus: vt. c. Unico. Ex̄ de ſcrutinio in ordine faciēdo. debet tamen ep̄s admonere oēs ordinandos vt confiteantur ante ordinis ſuſceptionem.

¶ Item debet interrogare ſi legitim⁹: quia ſi illegitim⁹ nō poteſt ꝓmoueri ad aliqueꝫ ordinē ſine diſpēſatione vel ep̄i quo ad minores vel pape quo ad ſuperiores. Niſi eſſet religioſus qui rōne religionis in huiuſmodi nō indiget diſpenſatione. Alias ordinans talē illegitimū ſcientem peccat mortaliter ⁊ ordinatus eſt ſuſpenſus. ¶ Itē ad ſubdiaconatū ⁊ ſupra non debet aliquem clericum ſecularem ordinare ſine titulo alicuius vel beneficij vel altaris vel ſaltiꝫ patrimonij alias ipſe ordinator haberet ſibi ꝓuidere. Extra de prebēdis. c. Non liceat. c. Ep̄s. Et lꝫ exēpti habeant cōmuniter priuilegia q̄ nō debeāt examinari ꝓpter qꝺ ſuperficialiter poteſt trāſiri in examinatione ipſorum. Tamen quia frequenter abutūtur preſentantes ineptos puta habentes defectum etatis vel nimis ignorantes ideo non incongruum eſt ſi in huiuſmodi examinentur. arg^m. xi. q. 3. c. Priuilegiū.

ℂ Secūdo debet prouidere epiſcopus vt ſicut ipſe abſtinet ab omni vicio ſimonie: vel quod habet ſpeciem vel ſcrupulū eius ita ⁊ faciant examinatores ⁊ notarios ab huiuſmodi abſtinere. Et precipue ab illa corruptela qua ſolent notarij anteq̄ꝫ ſcribant ordinandum ſeu preſentandum epiſcopo petere certam pecuniam. Quod expreſſe prohibetur p̄ª. q. 2. cap̄lo Sicut epiſcopum. Extra de ſimonia cap̄lo primo. Et

ꝗ̃uis post ordinationē factam pro littera
testimoniali ordinis recepti posset notariꝰ
moderatum quid a corpore ab ordinato
pro suo labore quando non est salariatus
ab episcopo ꝫm glo. dicti capli. Sicut epꝫ.
Tamē tutius esset abstinere vt cessaret oē
scrupulum ⁊ precipue cum multum accipi
unt ⁊ ordinator vel examinatores partici
pant de lucro. Torcia ṽo vel cerei sponte
oblati recipi possunt. Et qui nolūt dare nō
sunt cogēdi. ¶ Tertio episcopus faciēs or
dinationes in principio ⁊ ante omnia faci
at generalem admonitionem ⁊ exhortatio
nem ad ordinandos: vt deuote suscipiant
ordines cum per huiusmodi applicent ad
diuina mysteria sicut angeli. Et ideo conen
tur vitam tenere angelicā precipue vt ca-
ste viuant ⁊ frequentent confessionē ⁊ pre
cipue cum habent exercere actus ordinuꝫ
suoꝝ. Et ꝙ non omittant officium diuinuꝫ
⁊ huiusmodi. Deinde ad cautelam absol-
uat a vinculo excommunicationis suspen
sionis ⁊ interdicti a quibus potest ordinā
dos. ¶ Quarto episcopus ordinans cōfe
rat ordines illis qui sunt de sua diocesi vel
alijs de licentia sui epi. Naꝫ vt scribitur in
c. Eos, de temporibus ordinationū liᵒ. 6.
Episcopi qui scienter ordinant clericū alie
num per annum a collatione ordinū sunt
suspensi. Et postq̄ꝫ suspensio fuerit manife
sta poterunt subditi sine ipsoꝝ licentia a vi
cinis episcopis ordinari. ¶ Attendat etiā
diligenter episcopus vt nō faciat defectuꝫ
in expressione formaꝝ vel collatione istru
mentoꝝ ipsorum ordinum. Et precipue sit
cautus in ordine sacerdotij: ꝙ in calice sit
vinum cum aqua ⁊ super patenam hostia
Et ꝙ ordinandi sacerdotes tangant calicē
⁊ patenam. Et ꝙ imponat manū super ca
pita eorum. Et vt dicit glosa in. c. Presbr.
Ex̃ de sacramentis non iterandis. Sacer-
dotibus ⁊ diaconibus manus imponitur
23. di. c. Quorūdam. Et eorū consecratio si
milis est. 16. q. pᵃ §. Ecce euidēter. Sed dif
ferentia est quia episcopus ⁊ omnes p̄sbri
qui ibi sunt super caput ipsius presbri or-
dinandi manus iponunt. 23. di. c. Presby
ter. Diaconus ṽo solus eps: eadeꝫ distin
ctione. c. Diaconus. Ista aūt ordinatione

facta dicat secretas morose ⁊ fortit̄ vt ordi
nati ad sacerdotium possint cum eo dicere
cum habeant concelebrare cum eo non ta
men ꝙ istud sit de substantia ordinatiōis
vel ꝙ oporteat supplere illud si nō dicerēt
cum eo. ¶ Demū in fine misse ad bene esse
solent episcopi se recomendare ordinatis
⁊ iniungere quasdam missas sacerdotibꝰ.
Alijs alias orationes p̄ro ecclesia dei pro
summo pontifice: pro ipso ⁊ pro bono sta-
tu ciuitatis. Hec dicta sunt quoniā pleriqꝫ
omittunt ex negligentia seruare que a pa
tribus tradita sunt in admistratione sacra
menti ordinis. ¶ Secūdo tenentur episco
pi ministrare suis populis documēta. No
tent ipsi quid scriptuꝫ est in. c. Inter cetera
de officio ordinarij. ⁊ audiant apostolos.
quoꝝ vices gerunt dicentes Actuum. 6. c.
Non est equum nos relinquere verbū dei
⁊ ministrare mensis. Et dn̄s iesus aposto-
lis dixit Marci vltimo. Predicate euāge
lium omni creature. Sed dimittamus ista
conscientijs prelatoꝝ videant ipsi quomo
do clamādū sit ab eis cōtra lupos. ¶ Ter
tio tenentur episcopi ministrare suis subdi
tis temporalia cū possunt ⁊ abundāt. De
quibus dicetur in sermone de auaritia cle
ricoꝝ. ¶ Sed aduertant ne vtantur negli-
gentia obseruandi ecclesie statuta. ¶ Et pri
mo ne conferant beneficia indignis quod
ꝓhibetur. 61. di. c. In sacerdotibꝰ. ¶ Secū
do nō plura vni ſꝫ singula singulis di. 70.
c. Sāctoꝝ. Extra de prebendis. c. Quia in
tantum. Et q̃ꝫuis solus papa dispenset vt
qs habere possit plures ecclesias curatas
vel plures dignitates vt i. c. De multa. ex̃
de prebendis. Et in beneficijs simplicibus
pluribus habendis ep̄s valeat dispensare
vt dicit glo. in dicto. c. Tamen sine causa ra
tionabili dispensando non est sine peccato
dum vnus clericus exuriat alius autē ebri
us sit. Potest autē episcopus ecclesias cu
ratas duas vnire ex causa ratiōabili puta
propter exiguitatē: quia vna nō sufficeret
ad sustentationē vel ꝓpter raritatē clerico
rum ⁊ huiusmodi accedente tamen cōsen
su patronoꝝ si habēt patronos. Et hoc vel
simpliciter vel ad vitam sacerdotis eas ha
bētis. Et sic poterit absqꝫ aliqua pape dis

penſatione quis habere duas curatas:qꝛ
vt vna reputatur. ¶ Tertio attēdat vt nō
conferat regimē parrochialis eccleſie ei q
non attigit annuꝫ.xxviij[m].quod ſi fiat col
latio non valet:vt patet extra de electione
li°.6.In.c.Licet.⁊ in.c.Nemo.Nam vt di
cit glo.in.c.Ex ratione.Ex̄ de etate ⁊ quali
tate ⁊ ordīe p̄ficiendoꝝ. Pueri nō reputā
tur idonei ad bn̄ficia curata.Extra de pre
bendis.c°.Super. Sed ad beneficia ſim
plicia ſic.77.di.c. In ſingulis.

¶ Qualr̄ epi ⁊ p̄lati negligētes nō ingrūt defectus ſubditoꝝ.Et de viſitatione fiēda per ipſos. Cap.2[m].

SEcunda negligentia epoꝝ ⁊ alioruꝫ
prelatoꝝ dicitur īquiſitionis. Mul
ti enim negligentes ſunt ad inqui
rendā vitā ſubditoꝝ.Nam vt dicit glo.in
c.Quotiens.ex̄ de ſimonia. Prelatoꝝ eſt
inquirere de exceſſibus ſubditoꝝ.extra de
officio ordinarij.c.p̄.xi.q.3.c. Precipue.
vnde dixit dn̄s Ezechieli in perſona prela
torum. Ezechielis.3.c°.Fili hominis ſpe
culatorem dedi te domui iſrael ideſt plebi
tibi commiſſe ad intuendum facta eorum.
vnde ſi dicente me ad impium ait domin⁹
Morte morieris tu non annūciaueris vt
reuertatur ab iniquitate ſua ipſe in iniqui
tate ſua morietur: ſanguinē ꝟo ſuum ideſt
mortē de manu tua requiram.Qn̄.ſ.ex ne
gligentia tue inquiſitionis ⁊ admonitiōis
non eſt reuerſus ad pn̄iam. Dicit autē de
us ad impium morte morieris qn̄ peccat
mortaliter.Hoc enim ipſe dicit per ſcriptu
ras.Et ideo debet prelatus īquirere de vi
ta ſubditoꝝ:vt qn̄ poteſt percipe aliquod
criminale in eis admoneat. vnde dicitur:
diligenter cognoſcas vultum pecoris tui:
ideſt conuerſationē ſubditi interiorem ⁊ ex
teriorem.Nā vt dicit regula iuris.Nō po
teſt eſſe iuſta excuſatio paſtoris ſi lupus co
medit oues extra de regulis iuris.c. Quā
uis.¶ Et ꝓpterea ordinatum eſt vt ep̄s vi
ſitet plebeꝫ ſibi commiſſā ad minus ſemel
in anno vel pluries ſi opus fuerit.10.q. p̄a
c.Decernimus.⁊.c.Ep̄ꝫ.⁊.c. Placuit.⁊ c°
Regenda.Et.18.q.2.c.Non ſemel. Ex̄ de
hereticis.c.Ad abolendam.Iſta tamen vi
ſitatio fienda eſt cum charitate non tyran
nide:vt dicitur.10.q.3.c.Cauendum.neqꝫ
cum onere multarum expenſaꝝ:vt dicitur
in.c.Cum apoſtolus extra de cenſibus.Et
quia nonnulli viſitant cauſā lucri ideo in
c.Romana.extra de cenſibus li°.6. preci
pitur ſub dēminatione maledictiōis eter
ne vt epiſcopi viſitantes nihil recipiāt pre
ter procurationem victus cum familia ſua
ab eccleſijs quas viſitant:⁊ non viſitātes
nihil percipiant.¶ Viſitat nanqꝫ medicus
egrum ad curandum.Amicus ſocium tri
bulatum ad conſolandū.Sicut tres amici
iob.Viſitat paſtor gregem ad congregan
dum ⁊ defenſanduꝫ.Sic prelati debēt ſub
ditos viſitare ad curādas infirmitates vi
ciorum:ad ſubleuandas neceſſitates miſe
rorum:ad vniendum ⁊ regulandum actio
nes ſubditoꝝ:⁊ ſic vtiliter viſitēt.vnde p̄a
q.p̄a.c.Placuit dicitur.Placuit per ſin
gulas ecclias epiſcopi per dioceſes ambu
lantes primū diſcutiant clericos quō ordi
nem baptiſmi teneant vel miſſaꝝ ⁊ qualr̄
quecunqꝫ officia in eccleſia peragant.Et ſi
recte quidem inueniant deo grās referāt.
Sin aūt minime:docere debent ignaros ⁊
hoc modis oībus p̄cipere:ſicut antiqui ca
nones iubent.

¶ Qualr̄ prelati ⁊ ep̄i negligentes nō corrigunt exceſſus deliquentium qui corrigi debent aliquādo blande:aliquādo ſeuere. Cap.3[m].

TErtia negligentia prelatoꝝ ⁊ epoꝝ
dr̄ correctionis.dū nōnulli nō corri
gunt defectus q̊s reperiunt in viſi
tatione.Sciendū tn̄ ꝙ in huiuſmodi cor
rectione debet prelatus aliqn̄ miſereri de
linquentibus:ſed nō oībus. Nā recog̊ſcē
tibus defectū ſuū ſine accuſatione ⁊ ſe hu
miliantibus miſerendū. vn̄ Hiero⁹ de pe.
di.p̄a.c.Importuna.ait.Vbi peccator itel
ligens vulnus ſuū tradit medico ſe curan
dū illi non eſt virga neceſſaria ſed ſpūs le
nitatis.Et ſiliter illa q̄ cōmittunt̄ ex fragi
litate nō ex hituata malicia nec ſūt ſcāda
loſa poſſūt ⁊ debent miſericordit̄ puniri vt
habet̄ di.50.c.Tua.Contumacib⁹ ꝟo ⁊ ex
ſupbia peccātib⁹ nō eſt miſerēdū.vn̄ Gre
gori⁹.2.q.4.c.Quāto.ait.In ꝯtumacia ꝑ
ſiſtentib⁹ ſeueros eſſe nos ꝯuenit ſm̄ illud

Uirgilij. Parcere subiectis ⁊ debellare su perbos. Similiter non est miserendū hijs qui operanť iniqtatem post plures admo nitiones. vñ Siricius papa ait. 82. c. Pluri mos. Ferro necesse est vt abscindātur vul nera que fomentoꝝ non sumpserint medi cinā. Idē. 16. q. pᵃ. c. In canōibus. ⁊ de ele ctione. c. Cum in cunctis. Et ꝓpterea in. c. Sicut. ex̄ de cohabitatione clericoꝝ ⁊ mu lierum dicitur. Subdiaconi diaconi ⁊ pre sbyteri ꝯcubinas retinentes post monitio nē suspendi debent ab ecclesiasticis bñfici is ⁊ si suspēsi nō se correxerint ꝑpetuo sūt priuandi. Ibi glo. assignat rationē: qꝛ cre scente contumacia crescere debet pena. Ex̄ vt lite non ꝯtestata. c. Qm̄. Et. ff. de penis l. Relegati. Et iteꝝ ex̄ de cohabitatiōe cle ricorum ⁊c. in. c. Si aūt scribitur. Si clerici fornicarias detinent siue in minorib⁹ siue in maiorib⁹ ordinibus post trinā monitio nem spoliētur beneficijs ⁊ fructibus eccle siasticis. Et in. c. Si quisq̄ȝ adhuc ita dicit. Siquis sacerdotum suspectus de fornica tione cū aliqua post trinā monitionē inue nitur fabulari cum ea ⁊ aliq̊ modo conuer sari excōmunicetur ⁊ mulier canonice iudi cetur. Glo. Nomine sacerdotum intelligū tur etiā inferiores: qꝛ inferiora intelliguntur in sūperioribus. 93. di. c. Legimus. 14. q. pᵃ c. Penale. Et super v̄bo iudicetur ait glo. idest in monasterio ponatur. 33. di. c. Fr̄ni tatis. vel excōmunicetur si hoc publicū est vt ex̄ de snīa excoicationis. c. Si ꝯcubine. Similiter non est miserendū hijs qui ope rantur iniquitatē infectiuā alioꝝ vt sūt he retici de quibus diximus in sermone de su perbia hereticoꝝ. Ut igiť dicit textus i. c. Irrefragabili. ex̄ de officio ordiarij. Pre lati debent intendere correctioni ⁊ emēda tioni subditoꝝ: alias requiritur sāguis co rum de manibus suis. vbi glo. Durū ver bum est istud pro prelatis negligentibus. Sed vt dicit glo. in. d. c. Irrefragabili. Cū eps est negligens in correctione subditoꝝ vis corrigendi vel puniendi deuoluitur ad archiepm. 9. q. 3. c. Cum simus. Operenť itaq̄ȝ prelati opera christi: qui eos posuit vt essent lux mundi per debitam dispensa tionem oium supradictoꝝ. Qꝺ si fecerint. grām xp̄i consequentur. Quā nobis olb⁹ largiatur Amen.

¶ Feria quinta quinte hebdomade. De negligentia clericorum.

Sermo trigesimus tertius.

m Agnificabant deū. Scribūtur hec verba Lu ce. 7. cᵒ. ⁊ in euāgelio hodierno Spectat ꝑcipue ad clericos deputatos cul tui diuino magnificare deū. Ipsi equidē su sceperunt officiū in terris qꝺ angeli ⁊ bea ti exercent in celis. Et ꝓpter coronā clerica lē ad grādē dignitatē sunt sublimati. Qui bus dicitur illud Petri pᵉ sue canonice. c. 2. Uos estis genus electū regale sacerdoti um gens sancta ppl̄s acqsitionis. Uerūta men q̄ȝplures ingrati deo q̄ ad ipsoꝝ offi ciū ꝑtinet plusq̄ȝ negligenter si dici potest exoluūt. Quapropter in p̄nti ꝭmone de ne gligētia clicoꝝ tractandū cēsui qui nō ma gnificant deū sicut decet. Distinguem⁹ aūt triplicē illoꝝ negligentiam.

¶ pᵃ dicitur laudationis.

¶ 2ᵃ deuotionis.

¶ 3ᵃ contractationis.

¶ Qꝺ clerici negligētes nō laudāt deū in 7. horis canonicis qui laudādus est ore et vocal̄r: ⁊ de cantu officij ac de omissione.

Cap. pᵐ.

p Rima negligētia clericoꝝ dꝛ lauda tionis. hec est dū recusant dicere ca nonicas horas ad q̄s tenētur. De qbus dꝛ illud ꝑs. Septies i die laudē dixi tibi. Has horas īstituit ecclesia vt dicanť a clicis ad laudandū deū pro bñficijs suis. Inť q̄ maxima sūt bñficiū creationis septē dieb⁹ expletū: vt pȝ Geñ. p. c. Et bñficiū re dēptiōis septē q̊dāmō horis pactū. Ma tutinali videlȝ pma ⁊c. Sicut in officio cru cis cōmemorať. Glo. v̄o in. c. Presbr. Ex̄ de celebratione missaꝝ dicit ꝙ septē sūt ho re canonice: sicut septē sūt dona spūs scī: ⁊ septē dies seculi: ⁊ septē etates mūdi. Et. 7. petitiōes i oꝛone dñica. Prima hora ē ma tutinū: 2ᵃ pma: 3ᵃ t̄tia: 4ᵃ sexta: 5ᵃ nona: 6ᵃ vespe: 7ᵃ cōpletoriū. De his ita tradūt do ctores ꝙ oēs ordiati in sacris. s. in subdia

conatu ⁊ supra tenent ex ꝓcepto dicere oēs
horas: vt pꝫ ex͂ de celebratione missaꝝ i.c.
Dolētes. Quilibet etiā clici bn̄ficiati etiā
in minoribus ad id tenent. Et q̄ꝫuis aliq
dicāt ꝙ tales possint ꝑ alios officiare seu
per alios dicere horas ⁊ precipue si causa
studij vel alia iusta causa sint absentes ⁊ ꝑ
idoneū substitutū officiēt ecclīam. Tn̄ Joā
nes andree sup.c. Presbr.de celebratiōe
missaꝝ. dicit theologos tenē ꝙ cū istud sit
onus ꝑsonale videt ꝙ ꝑ alios solui nō pos
sit. Et idē in nouella ait libēter viderē ꝙ fa
uore studij statuerit ecclīa: ꝙ clici in mino
ribus beneficiati saltē nō curati occupati
bono zelo ad studiū tenētes vicariū excusa
rent ab horis dicēdis dicēdo officiū beate
ꝟgis. Tenent etiā ad horas religiosi ꝓfes
si quoꝝ religio ad actus vite ꝯtēplatiue ē
istituta ⁊ per ecclīaꝫ ꝯfirmata. Et hoc rōne
sue ꝓfessionis. Qr non solū sūt istitute hi^{9}
religiones ad orādū particularit̄ pro se: sꝫ
eti ad orādū pro salute vniuersali fideliū.
Ad hi^{9} aūt orōnē. s. fiendā in ꝑsona totius
ppli xp̄ani pro vtilitate oīuꝫ sūt istitute spe
cialr̄ hore canonice. Ex q̊ dicit Petrus de
palude quēlibet religiosū ꝓfessū teneri ad
horas. Idē dicit Aug^{9} de anchona i li^{o} de
ecclīastica ptāte. Addēs ꝙ etiā ꝯuersi tenē
tur ad horas: qr eoipo q̊ applicati sūt tota
lit̄ ad dei cultū hn̄t bn̄ficiū iterp̄tatiue. s. vi
uēdi ex elēmosynis vel de redditib^{9} monasterij
vel de q̄stibus qui eis ꝯcedunt ab ecclesia
rōne applicationis ad cultū diuinū. Sꝫ ꝓ
spūali exercitio bonaꝝ mētiū tria sūt i hac
parte dubia declaranda.

¶ p^{m} vtrū deus sit ore laudandus.
¶ 2^{m} vtꝝ cātus i offō diuio sit ꝯmēdādus
¶ 3^{m} vtꝝ q omisit offm̄ debeat illō supplē
¶ Primū dubiū est. An deus sit ore lau-
dādus. Et argui posset ꝙ nō. ¶ p̊ qr Arist.
dicit in p̊ ethicoꝝ. Optimoꝝ nō est laus: sꝫ
mai^{9} aliqd ⁊ melius. Sed deus est sup oīa
optima. Ergo deo nō debet laus sed aliqd
maius laude. ¶ 2° qr de^{9} mēte colit magis
q̄ꝫ ore. vn̄ Mathei. 15. Xp̄s allegauit dictū
Ysaie. Pp̄lus hic labijs me honorat: cor
aūt coꝝ lōge ē a me. Ergo laus dei magis
ꝯsistit in corde q̄ꝫ in ore. ¶ 3° ad hoc hoies
ore laudant vt ad meliora ꝓuocent. ꝭm il
lud Ouidij in li^{o} de tristibus. Deniqꝫ nō
paruas aīo dat glīa vires Et fecunda facit
pectora laudis amor. Sed deus per ꝟba
hoīum nō ꝓuocat ad meliora: tū qr imuta
bilis: tū qr optimus est. Ergo deus nō est
laudādus ore. ¶ Rn̄det Tho. 22. q. 91. ꝙ
verbis alia rōe vtimur ad deū ⁊ alia rōne
vtimur ad hoieꝫ. ¶ Ad hoiem vtimur ver
bis vt ꝯceptū nr̄i cordis exprimamus. Et
ideo laude oris ad hoiem vtimur: vt vel ei
vel alijs inotescat ꝙ bonā opinionē de lau
dato habemus: vt per hoc etiā ip̄ꝫ qui lau
datur ad meliora ꝓuocemus ⁊ alios apud
q̊s laudat in bonā opinionē ⁊ reuerentiaꝫ
⁊ imitationē ip̄ius iducamus. Sꝫ ad deuꝫ
vtimur ꝟbis nō quidē vt ei qui ispector est
cordiū nr̄os ꝯceptus manifestemus: sꝫ vt
nosip̄os ⁊ alios audientes ad eius reuerē
tiā inducamus. Et ideo necessaria est laus
oris nō quidē ꝓpter deū sed ꝓpter ip̄ꝫ lau
dantē cuius affectus excitatur ad deuꝫ ex
laude ipsius ⁊ inq̄ꝫtum homo per diuinaꝫ
laudē affectu ascendit in deū. Interi etiam
per hoc retrahit ab hijs que sunt cōtra de
um. Proficit etiā laus oris ad hoc ꝙ alio
rū affectus ꝓuocatur in deū. vnde dicit in
p̊s. Benedicam dn̄m in omni tp̄e semper
laus eius in ore meo. In dn̄o laudabitur
aīa mea. ⁊ postea subdidit: audiāt mansue
ti ⁊ letent. ¶ Ad p^{m} ergo arg^{m} dicit Tho.
ꝙ de deo possumus duplicit̄ loqui. ¶ Uno
modo q̄ꝫtum ad eius essentiā. Et sic est in-
cōprehensibilis ⁊ ieffabilis ⁊ maior omni
laude. Debentur aūt ei ꝭm hanc operatio
nē reuerentia ⁊ latrie honor. ¶ Aliomodo
possumus loqui de deo ꝭm effectus ip̄ius
qui in nr̄am vtilitatē ordinantur: ⁊ ꝭꝫ hoc
debet deo laus. ¶ Ad 2^{m} arg^{m} dicit Tho.
ꝙ lꝫ deus sit corde laudādus: tamē valet
exterior laus oris ad excitandū interioreꝫ
affectum laudantis ⁊ ad ꝓuocandū alios
ad dei laudem vt est dictum. ¶ Et sic etiam
soluitur tertiū quia deū nō laudamus ꝓ-
pter vtilitatē suā sed ꝓpter nostrā. ¶ Se-
cundū dubiū fuit vtrū cantus in officio di
uino sit cōmendandus. Et quidā dicūt ꝙ
non. Nam hieronymus di. 92. c. Cantan-
tis dicit. Deo non voce sed corde cantādū
nec in tragedorum modū guttur ⁊ fauces

medicamine liniēde sunt: vt in ecclia theatrales moduli audiantur ꝛ cātica. Et Gregori⁹ p̄fata. 92. di. c. In sancta plerumq̃ fit vt dum blanda vox queritur ꝯgrua vita negligatur ꝛ cantor minister dn̄i moribus stimulat cum ppl'm vocibus delectat ¶ Alij dicunt ꝙ cantus assumendus sit in diuina laude. Nam Ambrosi⁹ cantū instituit in ecclia mediolanensi vt refert Aug⁹ 9. ꝯfessionū. Dicit ergo Tho. ꝙ cantus ille qui fit ad finē vanitatis ꝛ vano modo ad officiū diuinū non est assumendus. Sȝ cum cantus ordinatur ad dei laudē licitus est: qm̄ ſm diuersas melodias sonoꝝ animi hominū diuersimode disponunt: vt patet per Philosophū. 8. politice. ꝛ Boeciū in ꝓlogo musice. Et sic per cantū aius prouocatur ad deuotionē. vnde Aug⁹ dicit in 10. ꝯfessionum. Adducor cantandi consuetudinē approbare i ecclesia vt per oblectamenta aurium: infirmoꝝ aius in affectus pietatis assurgat. Et de seipso dicit. 9. libro ꝯfessionum. Fleui in hymnis ꝛ canticis tuis: suaue sonantis ecclesie tue vocibus cōmotus. ¶ Tertiū dubiū fuit vtrū qui omisit officium teneatur illud supplere. ¶ Ad hoc rn̄det Tho. in q̄libetis. ꝙ sicut in officijs diuinis exoluendis obseruanda est cōgruitas loci: ita etiā congruitas tp̄is: que obseruari non posset si oporteret iniūgere omittēti ꝙ horas diceret quas omisit. Forte eni in completorio diceret. Iā lucis orto sidere. Et in tp̄e paschali officiū dn̄ice passionis: quod videtur absurduȝ. Et ideo nō videtur esse iniungendū ꝙ easdē horas repetat sed aliquid ad laudē diuinam pertinens. hoc ē eni cōmune in oī officio diuio laus dei ꝛ suffragiū fidelium. puta ꝙ dicat psalmos penitentiales vel vnuȝ psalteriū plus ꝛ minus ſm delicti qualitateȝ q̄uis enim esset debitor officij qꝛ tp̄e debito officij pretereunte iam est impotens ad soluēdum tp̄e debito. Ideo est ei alia penitentia iniungenda. Quare siquis per annū dimiserit officiū non obligatur ꝙ totum duplicet. Sed in aliud pōt commutari quia magis placebit deo ꝛ minus tediū esset penitenti. Archidiacon⁹ etiam in rosario di. 91. pniam huiusmodi dicit esse arbitrariam.

¶ Notandū insuper ſm Guill'm. ꝙ si dicens officiū aliqua verba pretermittit non oportet ꝙ ꝓpter hoc a capite resumat disturbando totum officiū. Immo si dicēdo in choro cum alijs ex aliqua necessitate intermisit psalmū vel lectionē ꝛ huiusmodi: ꝛ nō aliter potest omissū supplere nisi subtrahendo vocem ab adiutorio chori meli⁹ est pertransire q̄ȝ officium chori minuere. Potest tamē aliquid ꝓpter hoc post officium supplere. Et q̄uis omnia predicta de negligentia diuine laudis ad septē canonicas horas sint relata. Tamen dubitant aliqui. An peccet sacerdos q̄ sine causa omittit quotidie celebrare. ¶ Et opinio quorundam fuit ꝙ mortal'r peccat qui ex negligētia dimittit quotidie celebrare. Sȝ opinio ista nimis est dura: ideo non tenet. ¶ Alij dicunt ꝙ non peccat qui dimittit celebrationē nisi ppl'm habeat sibi commissū: vel ex obedientia teneatur celebrare. Sed contra istā opinionē dicit Tho. in. 4. di. 12. ꝛ in tertia parte. q. 80. ꝙ cum sacerdoti data sit ptās nobilissima reus negligentie erit nisi illa vtatur ad honorē dei ꝛ salutē animarū viuoꝝ ꝛ defunctoꝝ nisi forte aliquis ex familiari cōsortio sp̄us sancti dimitteret. Secus est de alijs actibus ordinis qui pertinent ad corpus xp̄i mysticū vt ligare soluere baptizare ꝛ docere. Nā qui nō tenetur alijs ꝓlatione vel subiectione pōt ab illis actibus cessare. Celebrare aūt tenetur vt deo sacrificium reddat etiā si nulli hominū teneatur. Quare videt ꝙ salti teneat quilibet sacerdos celebrare in p̄cipuis festiuitatib⁹: ¶ Albert⁹ dicit ꝙ mediū tenere beatū est. s. aliq̄n celebrare aliq̄n dimittere nisi officium exigat vt oī die dn̄ico celebret. Sed beati⁹ est q̄tidie deuote celebrare cū p̄ hoc sibi ꝛ multis valde ꝓsit. vn̄ Ambr. de cō. di. 2. c. Si q̄ties. Ego qui q̄tidie pecco q̄tidie debeo accipe medicinā. ¶ Et idē accipe quotidie qd̄ tibi ꝓsit. Sed sic viue vt quotidie possis accipe. Hec ille. que itellige de ꝯsilio nō de precepto.

¶ Qual'r aliq̄ clerici ex negligētia circa diuina sūt indeuoti corde ore ꝛ corporali gestu. Cap. 2m.

S Ecūda negligentia cl'icoꝝ ē deuo-

tionis. Hec est dū ideuote celebrāt diuina officia. In qbus triplex deuotio requiritur
℄ P^a est verbalis.
℄ 2^a corporalis.
℄ 3^a mentalis.
℄ Prima deuotio que requiritur dū diuina officia celebrant dr v̄balis. Debet eni officium dici distincte ⁊ aperte cū timore ⁊ reuerentia dei. Contra quod aliqui offendunt dū dicunt verba nimis festinanter et confuse: ita q̄ si sint duo vel plures vn⁹ nō expectat alium. Nōnulli ꝟo dicunt sincopizando dimittēdo verba vel v̄sus vel syllabas: vt audiui aliquos: qui dum vellēt dicere: deus in adiutoriū meū intēde. dicebant: deus inmidintende. Et in inuitatorio officij beate virginis. Aue maria stecū. Et in missa. Scūs scūs scūs sabaoth: Pleni minicelsis. Et in officio mortuoꝝ existente funere in ecclesia cantor icipiebat. Pater noster. Et stati. Et ne nos inducas in tentationē. Nota tamē ſm̄ Henricuʒ de gaudatione in quolibetis q̄ dum vnus chorus dicit vnuʒ versū alius aliū: estimandū est singulos totū dixisse: quia ecclesia sic ordinauit. Ex quo dicto scrupulose ⁊ irratiōabilr̄ mouentur illi q̄ faciunt sibi cōscientiā nō dicendi quod inchoatur ab officiatore vel cantore vel ab alijs quibus cōmittit̄ versus inuitatoriuʒ ⁊ huiusmodi. ¶ Pleriqʒ insup i officio vana ⁊ ex̄nea itermiscēt. Alij ꝟo sunt qui dum cantatur officiū vlulant vt canes trahunt caudas cū longo flatu ⁊ alia similia faciunt que irreuerentiaʒ sapiunt ⁊ indeuotionē. ℄ Secūda deuotio que reqritur dū celebrantur diuina dicitur corporalis. Naʒ vt Dama⁹ inquit. Quia ex duplici natura cōpositi sum⁹ corporali videlicz ⁊ icorporali. Duplicē deo honorē referre debemus spūalē. s. ⁊ corporalē. vnde Tho. 22. q. 88. dicit. Nōs deū ⁊ si nō ratiōe sui ratione nostri etiā corporaliter reuereri debemus: tū vt honorem⁹ eū ſm̄ vtrāqʒ nostrā naturā: tum vt per corporales motus mentē nostrā excitemus ⁊ inflammemus. Et ꝑpterea statutū est vt dū nomiat̄ iesus vnusqʒ caput iclinet: vt in. c. Decet de imunitate eccl̄ie li^o. 6. Simil̄r cōsueuit ꝯseruari vt dū dicitur Glia pr̄i ⁊c. Incuruatur chor⁹ in signū humilitatis ⁊ subiectionis. Et dum eleuat̄ corpus dn̄i nr̄i iesu xp̄i oēs flectant genua. Sed multi clerici ⁊ religiosi in hijs deficiunt: qm̄ aliqn̄ stant cū vno pede in terra altero ad choꝝ eleuato ⁊ dū dicitur Glia patri vel orationes ipi immobiles fiunt. Quidā etiā dū eleuatur corpus dn̄icū vix vno genu ad terrā posito illud adorant. ℄ Tertia deuotio que requiritur dū celebrant̄ diuina dicitur mētalis. debet mens q̄tuʒ fieri potest vniri deo vl̄ attendendo ad ipsum vel ad verba vel ad sensum verboꝝ. Sed multi mentē ⁊ cogitationes suas ad vanitates dirigunt ⁊ isanias falsas. Sicut euenit tp̄e meo cuidā sacerdoti quē noui: dum ille celebraret cum ad eū locuʒ attigit quo se ad pp̄l̄m voluit vt diceret orate fratres: taʒ vehemēter animū ad quandā mulierē conuerterat: vt q̄si ex cogitatione illius ebrius factus dixit inaduertenter ⁊ fortiter. O dio q̄to si bella.

℄ Qualr̄ clerici negligētes tractāt irreuerenter sacra templa ⁊ sacras res ⁊ sacratissimum corpus xp̄i. Cap. 3^m.

Tertia negligētia clericoꝝ dr̄ ꝯtractationis. Debēt quidē ꝯtractare cū reuerentia maxime tria.
℄ Sacra templa.
℄ Sacras res.
℄ Sacratissimuʒ corpus dn̄i nr̄i iesu xp̄i.
℄ Primo debent cōtrectare clerici cū reuerentia sacra tēpla: qm̄ decet domuʒ dn̄i sanctitudo. Sed ex negligentia videt̄ iaʒ in multis locis ecclesie imūde ⁊ in ipis reponuntur vegetes frumenta blada ⁊ silia ¶ Aliqui ꝟo die noctuqʒ apertas eccl̄ias retinēt quas itrant canes illas deturpantes ⁊ hoies de rebus secularibus ꝯfabulātes cū tn̄ talia in ecclesijs fieri nō liceat: qr vt Aug⁹ ait. 42. di. c. In oratorio. In oratorio preter orandi ꝑsallēdiqʒ cultum nihil penitus agatur. vt noi huic ⁊ opa iugit̄ impensa ꝯcordent. Et tertus in. c. Cū ecclesia Ex̄ de imunitate eccl̄iaꝝ. Eccl̄ia dei ſʒ euāgelicā v̄itatē domus oronis esse debet nō spelūca latronū. ¶ De reparatiōe ꝟo qd dicā cū ispiciamus ⁊ sepe ꝯfractas eccl̄iaruʒ portas: stillātia tecta: ruētes muros ⁊ huiusmodi: tn̄ q illas reparare tenent̄ ad nil

aliud vigilant nisi vt pro se pcipiant eccle
siaꝝ fructus. Aduertant tamen oẽs clerici
beneficiati ⁊ minores ⁊ maiores: ⁊ subdi/
ti ⁊ prelati. qꝛ scribitur in. c. ꝓ de ecclesijs.
edificandis. Quicũqꝫ ecclesiasticũ benefi/
cium habent oĩno adiuuent ad recta eccle
sie vel reparationem. vbi glo. Naz vbi est
emolumentum ibi debet esse onus. ¶ Se
cundo debent clerici ɔtractare cum reuerẽ
tia sacras res: que sunt tobalee altariũ ca/
lices: corporalia: Indumenta quibus ipsi
vtuntur ad diuinũ cultũ ⁊ similia. Sed cõ
siderentur altaria in multis ecclesijs ⁊ iue
nient ibi tobalee sordidissime pulueribus
⁊ stercoribus vel auium vel muriũ plene.
Corporalia ꝟo nigra ⁊ fetulenta: indumẽ
taqꝫ sacerdotalia lacerata ⁊ cũcta vt sic di
cam deturpata: que oĩa ex nequissima ne
gligentia ꝓdeunt. Maior eni cura est aliq
bus clericis de coma sua ⁊ sotularibus qꝫ̃
de rebus sacris. Mensam in qua deuorãt
albis tobaleis ornatã esse volunt: ⁊ de ve
stimentis ecclesiastico vsui ⁊ diuino depu
tatis nec minimã faciũt estimationẽ. Au/
dite o clerici: qꝛ ex̃ de custodia eucharistie
in. c. Relinqui. in tex. ⁊ glo. Et de con. di.
pª. c. Uestimenta. scribitur. Uestimenta ec
clesie honesta ⁊ mũda esse debẽt. ¶ Tertio
debent clerici tractare cum reuerẽtia sacra
tissimũ corpus dñi nr̃i iesu xpi: vt. s. reposi
tum in ecclesijs custodiatur caute ⁊ sub cla
uibus in loco decẽti: vt ponit in. c. Statui/
mus. Extra de custodia eucharistie. Quan
ta ꝟo sit in hoc clericoꝝ multoꝝ negligẽtia
experientia manifestat. Ideo dent operaz
oẽs vt diuinũ cultũ exerceant diligenter ⁊
magnificent deũ: qui est bñdictus in secl'a
seculoꝝ Amen.

¶ Feria 6ª qnte hebdõe. De desperatione.
Sermo trigesimus quartus.

D Omine iam fe
tet quatriduanus est. Ʋba sũt
Marthe de resurrectione laza
ri desperantis originalr̃ Joãnis. xi. cº. ⁊ in
euãgelio hodierno. Diffidebat martha de
resurrectione fratris sui lazari: qꝛ conside/
rabat fetorem exanimati cadaueris ⁊ xpi
dei incarnati potentiã non pensabat. Ideo
xp̃s incredulitatẽ eius modeste redarguit
dixitqꝫ illi. Si credideris videbis gloriam
dei. Sic ⁊ nõnulli peccatores cum ispiciũt
fetidam aiam suã obrutãqꝫ mole magno/
rum criminum desperant ad salutẽ ⁊ vitaz
amplius posse redire. Et ad hoc iuigilat il
le ſpẽs antiquus hostis humani generis
vt post peccata grauissima ipso cooperãte
cõmissa infelices pctõres desperẽt. ¶ Iccir
co in pñti sermone de peccato desperatiõis
dicemus. Est eni desperatio filia accidie ſʒ
Gregᵐ ⁊ Tho. 22. q. 20. De q̃ tria mysteria
nobis occurrunt declaranda.
¶ pᵐ di varietatis.
¶ 2ᵐ grauitatis.
¶ 3ᵐ remiscibilitatis.

¶ De triplici desperatione. s. passionatoꝝ:
dãnatoꝝ: ⁊ pctoꝝ. in qbus etiã triplex alia
desperatio ponitur. Cap. pᵐ.

P Rimũ mysteriuz declarandũ de de
speratiõe di varietatis. Inuenitur
eni triplex varia desperatio.
¶ pª est passionatoꝝ.
¶ 2ª damnatorũ.
¶ 3ª peccatoꝝ.
¶ Prima est desperatio passionatoꝝ: hec
est quedã passio cõtraria spei. Sicut enim
spes importat quendaz accessũ. Tẽdit eni
sperans in obiectũ idest rem speratã que ẽ
bonũ arduum qd habet rationẽ attractiui
cum possibilitate adipiscendi. Sic despera
tio importat quendã recessũ. Nam despe/
rans discedit a bono arduo: non qꝛ nõ de
sideret: sed qꝛ considerat illud cum iposſi/
bilitate obtinendi. Et ideo habet rationez
retractiui ſʒ Tho. pª 2ᵉ. Sigs ergo despe/
raret de eo quod nõ est natus adipisci vel
de eõ qd non est debitũ adipisci: desperatio
talis de se non esset peccatũ. vnde si medi/
cus desperaret de curatione alicuius infir
mi: vel siquis agricola desparet se fieri pos
se iperatorẽ aut simplex clericus papã nõ
peccant ꝓpter ipo ibilitatẽ consequẽdi ta
lia. Et sic de alijs. ¶ Secũda est desperatio
dãnatoꝝ. Oẽs eni dãnati tã demones qꝫ̃
hoies desperati sunt scientes certitudinalr̃
ꝙ nunqꝫ̃ euadent penas inferni. vt dicit
beatus Tho. 22. q. 18. vbi ostendit ꝙ in dã

natis non est spes. Nec obstat q͛ in demonibus sit fides lꝫ coacta: quia inter fideꝫ ꝛ spem est differẽtia: quia fides est de rebus bonis ꝛ malis ꝛ pteritis presentibus ꝛ futuris: ꝛ suis ꝛ alienis. Sed spes nõ est nisi de rebus bonis futuris ad se pertinentibꝰ Ideo magis potest esse fides informis in dãnatis q̃ꝫ spes: quia bona diuina nõ sũt eis futura possibilia: sed sunt eis absentia desperati. sunt igitur dãnati de venia peccatoꝝ suoꝝ ꝛ de salute consequenda. Ista tamẽ desperatio ſm Tho. 22. q. 20. non imputatur eis ad culpam: qꝛ sunt in statu desperãdi, ꝑpter impossibilitatẽ redditus ad beatitudineꝫ. Ideo est eis pars damnationis. ¶ Tertia est desperatio peccatorũ que triplex esse potest.

¶ Pᵃ miserie euadende.
¶ 2ᵃ venie ꝯsequende.
¶ 3ᵃ felicitatis consequende.

nõ licet: qr vt inqt Paulus pᵉ ad corinth.
6. c. Maledici regnũ dei non poſſidebunt.
¶ Tertiadecima lr̃a. N. tertiũdecimũ pec
catũ nugatio incantationis cũ dicũtur car
mina pro ſanitate ⁊ hiꝰ. Dicit enim Augꝰ
26. q. 3. c. Igit. Oẽs huiuſmodi artes nu-
gatorie ⁊ noxie ſupſtitionis fugiẽde ſunt a
xpiano. ¶ Quartadecima lr̃a eſt. O. Et q̃r
tũdecimũ pctm̃ lingue orõ idebita videlꝫ
ſine attẽtione iterruptione acceleratione.
¶ Quintadecia lr̃a ẽ. P. Et qntũdecimũ
peccatũ lingue eſt piuriũ. ⁊ hoc iã plena ẽ
tra. ¶ Sextadecima lr̃a eſt. Q. Et 16ᵐ pec
catũ lingue eſt q̃relatio cũ. ſ. murmuratur
de deo de parẽtibus ⁊ de alijs. ¶ Decima
ſeptima lr̃a eſt. R. Et decimũſeptimũ pec
catũ eſt reuelatio ſecretoꝝ vel ꝯfeſſionis vl̃
alioꝝ in ſecreto cõmiſſoꝝ qꝺ fieri nõ debꝫ.
¶ Decimaoctaua lr̃a eſt. S. Et. 18ᵐ. pecca
tum eſt ſuſurratio que ponit diſcordiã in-
ter amicos. ¶ Decimanona lr̃a eſt. T. Et
decimumnonuꝫ peccatum lingue eſt teme
raria affirmatio. Affirmare temere maluꝫ

de suis proximis ex leuibus suspitionib⁹.
¶ Uigesima littera est. U. ⁊ vigesimū peccatum est verbum ociosum. de quo Christus Mathi. xii. c. ait. De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homies reddent rationem in die iudicij. Et dicitur verbū ociosum ſm Gregorium quod caret necessitate vel debita vtilitate. Cum igitur tot sint peccata lingue beatus vir vt ait Jacobus primo. c. qui nō est lapsus in verbo. Ideo cum psalmista orandus deus. Pone inqt domine custodiam ori meo ⁊ ostium circūstantie labijs meis. Ut sic linguam custodiendo digni efficiamur gr̄a christi. quam nobis ipse largiat. qui viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ Amen.

¶ Feria secunda post dominicam de passione. De peccato gule.

Sermo trigesimus septimus.

Jqs sitit ueniat ad me ⁊ bibat. verba sūt redemptoris nostri Joannis 7. c°. ⁊ in euāgelio hodierno. Solicite prouidendum est vt mens nostra refocilletur cibo spirituali diuine gratie: quo confortati perueniamus ad illud regnum in quo plena est ⁊ vera bonoꝝ omnium plenitudo. Non enim conditi sumus vt oblectemur corporalibus delitijs: sed vt perfruamur gaudijs paradisi. Uerūtamen carnales homines ad nil inuigilant nisi ad explendas corporis voluptates. Hij terrena dumtaxat sitiunt: ⁊ deus eoruȝ vēter est. Dant omnem operam ad satisfaciēdum gutturi suo: ⁊ vicium gule colunt ac venerātur. Jccirco in presenti sermone cōtra gulosos loqui decreui. pro quibus de ipsa gula tria proponemus mysteria declaranda.
¶ pᵐ de materie.
¶ 2ᵐ modi.
¶ 3ᵐ pene.
¶ De materia gule est esca ⁊ potus non ꝙ sint de se mala sed propter inordinatuȝ appetitum: et de prohibitione ciborum.

Cap. pᵐ.

Primum mysterium declarandum de gula dicitur materie. vbi primo videndū est: quid est gula. Et ad hoc dicit Tho. 22. q. 148. Gula est inordinatus appetitus cibi ⁊ potus. Dicitur autem appetitus inordinatus in eo ꝙ recedit ab ordine rationis in quo consistit bonum virtutis moralis. Et quia ex hoc aliquid dicitur esse peccatum: quia virtuti contrariatur. Ideo gula est peccatum. Sed sciendum ꝙ duplex est appetitus. vnus quideȝ naturalis qui pertinet ad vires potentie vegetabilis. in quibus non potest esse virtus aut vicium eo ꝙ non possunt subici rationi. Unde et vis appetitiua diuiditur in nutritiuam: digestiuam: ⁊ expulsiuam: que pertinent ad vegetatiuam vt partes eius. Et ad talem appetitum scilicet naturalem huius vegetatiue pertinet esuries ⁊ sitis: vbi non est peccatum. vnde Gregorius di. 5. c. Ad ei⁹ Sepe sine culpa agitur quod venit ex culpa: vnde ⁊ sine culpa cum esurimus comedimus quod tamen ex culpa primi parentis est factum vt esuriamus. Alius est appetitus sensitiuus in cuius cōcupiscentia vicium gule consistit. vnde ⁊ primus motus gule importat inordinationem in appetitu sensitiuo: que non est sine peccato: quod videtur esse cum quis appetit cibū vel potum non propter sustentationeȝ sed propter delectationem. vnde excedens in quantitate cibi vel potus non propter concupiscentiam cibi et potus: sed per errorem estimans eo indigere non pertinet ad gulam. Igitur vt declaremus hanc parteȝ materia gule est esca ⁊ potus. vbi sciēdum ꝙ esca in se quecunqȝ non est mala sed bona: quia creatura dei. vnde Apostolus pᵉ ad timotheum. 4. c. ait. Omnis creatura dei bona ⁊ nihil reiciendum quod cuȝ gratiarum actione percipitur. Et saluator noster Mathei. 15. c°. Non quod intrat in os coinquinat hominem: idest cibus ⁊ potus ſm suam substantiam ⁊ naturam nō maculat hominem spiritualiter. In quo redarguitur error quorūdam iudeoꝝ estimātium quosdam cibos vt qui sunt veteri lege ꝓhibiti ex sui natura malos ⁊ maculare aiam coꝝ esum. Sed beatus Tho. in 3° contra gentiles hoc reprobat triplici rōne

¶pᵒ ſic: quod fit ſm rationem non eſt pecca
tum: fit aũt vnũquodqȝ ſm ratione quan
do ordinatur ſm ꝙ congruit debito fini. fi
nis aũt debitus ſumptionis ciboꝝ eſt con
ſeruatio corporis per nutrimentum. Qui
cũqȝ aũt cibus hoc facere pôt. Ergo abſqȝ
peccato poteſt ſumi. Nullius ergo cibi ſũ/
ptio ſm ſe eſt peccatum. ¶2ᵒ ſic vti rebꝰ ad
quod ſunt ordinate non eſt ſm ſe malum.
Sunt aũt plante ꝓpter animalia. Anima
lium vero quedã ꝓpter alia ⁊ oĩa ꝓpter ho/
minem. vti ergo plantis vel aĩalium car/
nibus ad eſum vel ad quicquid aliud ho/
mini ſunt vtilia non eſt ſm ſe peccatũ. ¶3ᵒ
ſic: defectus peccati ab anima deriuat ad
corpus ⁊ non ecõuerſo. Cibi aũt immedia
te ad corpus pertinent non ad aĩam. Non
ergo ciborũ ſumptio ſm ſe poteſt eſſe pec
catum niſi quatenus repugnat rectitudi/
ni voluntatis. Quod cõtingit fieri aut pro
pter repugnantiam ad ꝓprium finẽ cibo
rum. Sicut cum aliquis ꝓpter delectatio/
nem que eſt in cibis vtitur cibis contrariã
tibus ſaluti corporis: vel ſm ſpeciem: vt ſi
ĩfirmus comedat herbas fructus ⁊ huiuſ/
modi que nocent communiter illi: vel ſm
qͣtitatem: vt cum quis nimis comedit vt
dicetur in ſequentibus. Aut ſumptio cibo
rum repugnat rectitudini voluntatis ſm
ꝙ cibi ſunt aliqua lege prohibiti. In lege
eccleſie ꝓhibetur eſus carnium ſexta feria
per totum annum ⁊ in ieiunijs ⁊c̃. In aliq
bus religionibus ꝓhibetur eſus carnium
per regulam vel cõſtitutiones ad refrenã
dam concupiſcentiã. vt dicitur de con. di.
v.c. Carnem. In lege vero veteri fuerũt pro
hibiti aliqui cibi: ſicut patet leuitici. xi. c.
Et hoc ſm Tho. pᵃ 2ᵉ. q. ioz. factum fuit tri
plici ratione. ſ.

Propter ſolicitudinis excluſionẽ.
Propter naturalem ꝯditionẽ.
Propter ſpũalem ſignificationem.

Primo ꝓpter ſolicitudinis excluſionẽ
ad tollendam. ſ. nimiam ſolicitudinẽ circa
cibos. vnde illa conceduntur que de facili
in ꝓmptu poſſunt haberi. Et iſta etiam ra
tione nõ ita ꝓhibita ſunt aliqua terre na/
ſcentia. Nã talia magis pertinent ad quã
dam ſimplicitatem victus ⁊ de facili habẽ
tur cum modico cultu terre. Animalia au
tẽ cũ multo ſtudio nutrire vel capere opor
tet. Et vſus olerum ante diluuium ſolus
erat non animalium. Secũda ratio qua
re ꝓhibebantur aliqui cibi ꝓpter naturalẽ
conditionem. Nam quedã animalia quã/
dam immunditiam corporalem corruptio
nis habent. vel quia ex rebus immundis
nutriuntur vt porcus: vel quia immunde
conuerſantur vt ſub terra ſicut mus ⁊ tal/
pa ⁊ huiuſmodi: vel quia eorum carnes ſu
perfluos ⁊ malos humores generant in cor
poribus comedentium ꝓpter nimiam ſic
citatem vel humiditatẽ. vnde propter hoc
animalia non habentia vngulam ſciſſam
vel habentia multas ſoleas in pedibꝰ vel
figuras ſunt ꝓhibita propter eorum terre
ſtreitatẽ ⁊ quia ſunt nimis colerica ⁊ adu
ſta. Et aues rapaces propter nimiam ſicci
tatem. Et aues aquatice ⁊ piſces non ha/
bẽtes ſquamas vt anguille propter nimi
am humiditatem. Animalia vero habentia
vngulam ſciſſam ⁊ ruminantia ſunt con/
ceſſa quia habẽt humores bene digeſtos
⁊ bene cõplexionata ſunt. Et piſces haben
tes ſquamas ⁊ pennulas vt ſicciores per/
miſſi ſunt. In auibus etiam conceſſa ſunt
que ſunt magis temperata: vt gallina per
dix ⁊ huiuſmodi. Eſus ſãguinis vniuerſa
le erat prohibitus ad vitandum crudelita
tem vt horrerent humanum ſanguinẽ fũ
dere ⁊ eadem ratione animalium ſtrangu
latorum ⁊ ſuffocatorũ. Adipis eſus erat
prohibitus ad tollendam occaſionem gu
loſitatis. Erat etiam ſanguinis ⁊ adipis
eſus prohibitus quia non generant bonũ
nutrimentum prout dicit Rabi moyſes.
Tertia ratio quare in veteri lege prohi/
bebantur aliqui cibi eſt propter ſpiritua/
lem ſignificationem. Nã populus ille erat
figuratiuus populi chriſtiani. Et vita eo/
rum ſm cerimonias legis erat quedã pro
phetia deſignatiua per figuram vite ⁊ con
uerſationis quã ſeruare deberet populus
chriſtianus. Illa igitur animalia prohibi/
ta ne comederentur vt immunda figurãt
diuerſa vicia que immundam animam fa
ciunt. Eſus ergo illorum ſignificat opera/
tionem illorum que comeſta incorporant

⁊ conuertuntur in naturam ⁊ ex operibus
malis generantur habitus mali viciorum
qui conuertuntur quasi in naturam pro/
pter assuefactionem. Debent ergo fideles
abstinere a vicijs que designantur per illa
Et animalia quidem que non habent vn/
gulam scissam vel non ruminant designát
homines non habentes discretionem ne/
scientes distinguere ⁊ considerare circun/
stantias rerum: vel non ruminantes idest
meditantes scripturas sacras: hij ergo im
mūdi sunt peccato indiscretionis vl' igno
rantie: ⁊ tales mores debét euitari. Vl' di
uisio vngule designat fidem duarum na/
turarum in christo. Et ruminatio sanus in
tellectus scripturarum: et vtrunqꝫ iudei
transgrediuntur. Et vicium superbie pro/
hibetur in esu aquile que alte volat super
omnes aues. Vicium hipocrisis prohibe
tur in esu structionis. Nam structio habet
alas sed pre grauedine non potest volare
circa terram ambulat. Sic hipocrita per
opera exteriora de genere bonorum vola/
re videtur. Sed circa terrena est semper cū
mente. In griffone designatur crudelitas
potentum. Quia griffo est refestus homi
nibus equestribus ⁊ armatis. Viciuꝫ ina
nisglorie designatur in cigno que auis est
coloris candidissimi. Sed cibum trahit ex
profundo terre vel aque. Sic vanaglorio/
si omnia opera sua que candida videntur
faciunt vt videantur ab hominibus. Vi/
cium rapine prohibetur in esu omniū aui
um rapacium. Vultur qui sequitur exerci
tum expectans comedere cadauera mor/
tuorum significat eos qui mortes et sedi/
tiones ⁊ guerras procurant vt inde lucrē
tur. Vpupa que nidificat in stercoribus et
pascitur fimo ⁊ gemitum in cantu similat:
significat accidiam. Omnes aues coruini
generis que crocitando quasi cras sonant
significant procrastinationem ⁊ tarditateꝫ
beneoperandi. Porcus significat luxurio
sos. Et sic de alijs. Prohibitum etiaꝫ fuit
gentilibus ad fidem conuersis per aposto
los vesci idoloticis propter speciem mali
vitandam: ne scilicet aliqui crederent hoc
illos facere in veneratione idoli: quod ad
idolatriam pertineret. Aliās de se pecca/
tum non esset. Ad errorem igitur pertinet
manicheorum estimare escam aliquam es/
se de se malam. ¶ Unde Apostolus prime
ad timotheuꝫ. 4. c. ait. In nouissimis tem
poribus recedent quidam a fide attenden
tes spiritibus erroris ⁊ doctrinis demonio
rum prohibentium nubere ⁊ a cibis absti
nere scilicet quibusdam tanqꝫ de se malis
Esca igitur non est vicium gule: sed mate/
ria circa quam exercetur ex concupiscētis
ipsam.

Quod quinqꝫ sunt modi siue species: quibus peccant homines vicio gule.

Cap. 2m.

SEcundum mysterium de gula decla
randum dicitur modi. Quinqꝫ enī
solét assignari modi seu species gu
le. ¶ Primus modus est comedere nimis
seu bibere. Sicut dicitur de iudeis in deser
to peregrinantibus. Manducauerunt et
saturati sunt nimis. Et perpetrari potest
istud vicium ita circa vilissimos cibos si/
cut circa delicatos. ¶ De quantitate autē
cibi ⁊ potus non potest dari vna certa regu
la omnibus ꝫm eandem mensuram. Sed
plus ⁊ minus exigitur ꝫm varietatem cō/
plexionum ⁊ fatigationum: vnus etiam et
idem plus indiget vno tempore qꝫ alio ꝫꝫ
dispositionē sui corporis, vnde narrat phi
losophus in libris ethicorum de milone vi
ro fortissimo qꝫ comedebat aliquando so/
lus vnum bouem nec erat grauatus sto/
machus eius. Et alius quia debilis etiam
de paucis bucellis panis grauabatur. Tā
tum ergo potest ⁊ debet quis comedere et
bibere quantum credit se indigere ad su/
stentationem ⁊ executioneꝫ eorum que si/
bi incumbunt agenda. Ita vt nó vsqꝫ ad
nauseam sumat: sed cū aliquali adhuc ap
petitu finem faciat. ¶ Unde Augustinus li
bro confessionū ait. Jussisti domine vt ad
alimenta sicut ad medicamenta acceda/
mus. Sicut eniꝫ sumitur medicina nó ad
delectationem sed propter necessitateꝫ sci
licet ad preseruandum corpus a morte: et
cum timore sumitur ne ledat. Ita cibus de
bet sumi ad sustentandum corpus ne defi
ciat ⁊ cum timore ne offendatur ex nimia
complacentia. ¶ Secūdus modus seu spe

ties gule est comedere cibos nimis delica
tos propter delectationem: vt capones: fa
sanos: pernices: lampredas: sturiones: vi
na electa ⁊ huiusmodi. Huic erat deditus
ille diues qui postea sepultus est in infer
no. Luce. 16. c. Hoc peccato peccauerũt iu
dei dum non contenti manna appetierunt
carnes et dominus dedit eis coturnices.
Numeri. xi. c. Siquis tamen vtatur cibari
is delicatis propter infirmitatem hos exi
gentem aut propter generis nobilitatem:
vt principes: aut propter temporis ꝯgrui
taté: vt in nuptijs ⁊ conuiuijs discretis po
test hoc esse absqꝫ peccato. vñ Augustin⁹
41. di. c. Quisquis ait. Fieri enim potest vt
sine aliquo vicio cupiditatis vel voracita
tis preciosissimo cibo sapiens vtatur. Insi
piens autem fetidissima gule flamma in
vilissimum inardescat. Et sanius maluerit
quis more domini pisce vesci q̃z lenticula
more esau nepotis abrahe: aut ordeo mo
re iumentorum. ¶ Et eadem di. c. Non co
gantur. Non cogantur diuites cibis pau
perum vesci vtantur consuetudine infir
mitatis sue: sed doleant se aliter abstinere
non posse. Si enim consuetudinem suam
mutant egrotant: vtantur superfluis ⁊ dét
pauperibus necessaria: vtantur preciosis
⁊ dent pauperibus vilia. Hec ille. Quare
laudabile esset a pueritia etiá filios nobili
um assuescere cibis grossioribus. Quod
fecit mater beati bernardini erga suos fili
os nobiles ⁊ diuites. vnde ligurgus ethni
cus in suis legibus ordinauit adolescentu
los ruri nutriendos cibis vilibus. Sum
me autem reprehensibile est iuuéculos ad
tabernas accedere: pignolatas: confectio
nes ⁊ alia gulosa comedere. maluatica et
greca bibere. Communia autẽ facere vbi
communiter lauta preparantur cũ ex ami
citia vel alia causa honesta fiunt de se non
sunt reprehensibilia. Nam ⁊ iob permutte
bat filijs suis conuiuia facere inuicẽ Job
primo. c°. Et ioseph preparauit fratribus
suis conuiuium. Et abraham angelis ho
spitibus suis. Genesis. 18. c. Et precipue cũ
in conuiuijs adsunt circũstantie quas po
nit Gregorius. 44. di. c. Conuiuia. Scien
dum inquit ꝙ conuiuia tunc ex charitate
veraciter prodeunt cum in eis absentium
nullus vitam mordet. Nullus ex irrisione
reprehenditur. Nec inanes secularium ne
gociorum fabule: sed verba sacre lectionis le
guntur ⁊ audiuntur: cum non plꝰ q̃z ne
cesse est corpori deseruitur. Et quia raro est
quin in conuiuijs multa vana et irrisoria
misceantur et vltra debitum comedatur.
Ideo refert Augustinus documentum si
bi ab ambrosio traditum vt vitaret conui
uia quibus terminus temperantie excedi
tur. ¶ Tertius modus ⁊ tertia species gule
est ponere nimis de tempore ad preparan
dum cibos vt magis delectent. Puta vt
sint variati: assati: lixi: cum aromatibus:
cum saporibus ⁊ huiusmodi. Hoc vicio vt
scribitur primi Regum. 2. c. laborauerunt
filij heli sacerdotis. Nam cum populus ac
cederet ad offerendum sacrificia animali
um ad altare ꝰm mandatum legis venie
bat puer qui scilicet erat minister sacer
dotis et dicebat offerenti: da mihi carnes
idest partem animalis occisi vt coquam
sacerdoti. Non enim accipiam coctam sed
crudaẽ. Quod faciebat vt accuratius pos
set suo sacerdoti preparare. Et offerens re
spondebat. Incédatur prius ꝰm morem
adeps ⁊ postea accipies. Et ille scilicet mi
nister: nequaq̃z. Si non dabis accipiá vi.
In ollis quoqꝫ vbi coquebantur carnes
mittebat tridentem ⁊ trahebat cruduẽ de
lebete. Sic faciunt hodie multi prelati ec
clesie. Quare dicit Alanus in li° de cõplan
ctu nature. Hodie gule vicium ꝓfundius
se porrigit i dños prelatos qui sulmones:
lucios: ceterosqꝫ pisces equipollenti gene
rositate insignes varijs decoctionibꝫ cruci
ant martyrijs balneátes officio sacri pipe
ris fonte baptizant: vt multiformé sapo
ris gratiaẽ consequantur. Alius ministro
rum contundit: colat alius ⁊ conficit sub
stantiam vertit in accidens: naturam mu
tat in artem: vt saturitas transeat in esũ
riem. Hec ille. ¶ Sciendum etiam ꝙ su
mere cibos immunde et sine congruenti
preparatione vbi commode prouideri po
test viciosum est pertinens ad vicium ne
gligétie vel isensibilitatis. vñ Hiero⁹ Nec
affectate sordes nec exq̃site delitié laudeẽ

pariunt: quod inducit Gratianus. 4i. di.
capitulo Clericus §. Idest de cibis sicut de
vestibus. Qȯ autem aliquos sanctos ci/
bis cineres legimus miscuisse: vt beatus
Germanus episcopus altisiodorensis: et
beatꝰ franciscus. Dicit Al. hoc fuisse lau/
dabile ⁊ virtuosum ex opere operante non
ex opere operato idest ex intentione operá
tium vt scilicet subtrahentes se ab omni
delectatiōe corporali redderétur magis ca
paces ⁊ apti delectatiōibus spiritualibus:
⁊ affectu ad diuina a deo ad hoc inspirati.
Sed illud opus in se non erat laudabile:
vnde nec imitabile nisi quis simili͛ a deo
inspiratus esset. ¶ Quartus modus gule
siue quarta species est nimis ardenter seu
nimia auiditate cibum vel potum sumere
Ad quod pertinere videtur comedere ni/
mis rapaciter ⁊ festinanter. Et lʒ quidam
habeant a naturali conditione vel assuefa
ctioni. Tamen ⁊ corpori nocet quia nō ita
bene potest cibus digeri quasi integer de/
glutitus et minus bene edificat. Et cum
procedit ex inordinato appetitu delecta/
tionis gule peccatum est. Hoc vicio supe/
ratus propter vnam escam scilicet lentis
edulium vendidit esau primogenita sua:
vt dicit Apostolus ad hebreos. i3. c. Nam
vt narratur Genesis. 25. c. Cum reuertere
tur esau de agro fessus ad domum inueni/
ens ꝙ germanus eius iacob coctum lenti
um ferculum comederet petiuit ab eo vt si
bi de illo ferculo daret. Cui iacob dixit ven
de mihi primogenita tua. Quod fecit ex
nimia auiditate illius edulij paruipendēs
ea pro tam vili precio vendere. vnde gra/
uiter peccauit simoniaʒ committens quia
ius primogeniture tunc scilicet in lege na
ture erat spirituale. Naʒ primogenitus te
nebat locum ⁊ officium sacerdotis. Jacob
autem emendo dicitur non peccasse: quia
potius redemit qȝ emit vexationem suaʒ.
Et i hac specie gule ita peccatur vilissimis
cibis sicut preciosis: immo in hoc frequen
ter offendunt homines non facientes sibi
conscientiam propter vilitateʒ cibi. nō ad
uertentes ꝙ primi parentes peccauerunt
in esu pomi. Ideo dicit Augꝰ. In omnibꝰ
hijs rebus non vsus rerum: sed libido in
culpa est. Et idem. 4i. di. c. Delitie. viles ci
bi appetenter accepti impediunt prouen/
tum abstinentie. Dauid autem aquam cō
cupitam effudit. Historia habetur secūdi
Regum. c. 23. vbi dicitur: ꝙ cum quadaʒ
die dauid appeteret bibere de aqua cister
ne bethleeʒ dicens: O quis mihi daret de
aqua cisterne que est in bethleem. subito
tres socij eius fortissimi a seipsis iuerunt
⁊ per medium castrorum inimicorum phi
listijm qui tunc habebant statiōē in beth
leem transeuntes hauserunt aquam et si
bi apportauerunt. Sed dauid noluit bi/
bere dicens. Absit vt periculum animarū
horum ego bibam: sed libauit eam domi/
no. Infirmi itaqʒ vel sani qui sciunt vel ex
perti sunt aliquid cibi vel potus nocere ip
sis ⁊ tamen sumunt propter auiditatem:
vtiqʒ peccant plus ⁊ minus ꝭm excessum
queʒ faciunt. Narrat Gregorius in tertio
dialogorū de quadam sanctimoniali: que
quádam lactucaʒ in horto visam colligēs
cum nimia auiditate comedit. Propter
quod a diabolo arrepta est. Sed a quodā
sancto viro equitio liberata est. ¶ Quin/
tus modus seu quinta species gule est an
ticipare horam seu exire horam statutam
vel consuetam sine causa vrgente vel ra/
tionabili. Naʒ si exigit infirmitas vel alia
causa rationabilis omnis hora est idonea
Cum non est ieiuniū cōis modus xpiano/
rum est bina commestio scilicet prandium
⁊ cena: ⁊ per hoc sanius viuitur. Qui eniʒ
comedunt pluries in die vt animalia bru
ta sunt: nec sane viuere possunt: cum po/
nant indigestum super indigestum. vnde
mali humores generantur ⁊ caput etiam
fumositatibus grauatur. Et hoc reprehen
sibile est nisi labor excuset aut aliqua cau/
sa iusta. Et sic excusantur agricole: viato/
res ⁊ huiusmodi: ⁊ pueri dum sunt in aug
mento. Qui autem de mane surgentes de
lecto subito volunt comedere ⁊ bibere: et
precipue in diebus festiuis anteqȝ vadāt
ad ecclesiam nimis indeuoti sunt: contra
quos dicitur Ecclesiastes decimo capi/
tulo. Ve tibi terra: cuius rex puer est: et

principes mane comedunt. Terra est ho/
mo: puer est sensualitas que appetit sensi
bilia vt puer: principes eius sunt sensus:
ve autē illi qui regitur a sensualitate ⁊ cu
ius sensus vacāt commessationibus tem/
pestiue: quia gulosus est. Ideo Ysaias qn
to. c. ait. Ve qui surgitis mane ad ebrieta
tem sectandam. De hora comedendi die/
bus ieiuniorum dictū est i sermone de ieiunio
in q̄dragesimali de pnia.

¶ Qō gulosi puniūtur pena corporali spi
rituali ⁊ gehennali. Cap. 3m.

Tertium mysteriū declarandū de gu
la dī pene. Punit̄ equidē peccatū
istud triplici pena videlꝫ.

¶ Corporali.
¶ Spirituali.
¶ Gehennali.

¶ Primo punitur gula pena corporali.
vnde scriptum est Ecclesiastici. 37. c. Pro
pter crapulam multi perierunt. Et Criso/
stomus de con. di. 5. c. Nihil. Excessus ci/
borum consumit ⁊ computrescere facit cor
pus humanum ⁊ macerat egritudine diu
turna: ⁊ tunc eum morte crudeli consumit
Et Hieronymus. Ipocras inquit docet in
amforisimis crassa et obesa corpora opi/
mis que crescēdi mensuram impleuerunt
nisi cito ablatione sanguinis minuantur
in paralipsim ⁊ pessima morborum gene/
ra erumpere scilicet est necesse. Et Galienꝰ
doctissimus hipocratis interp̄s. Athletas
quorum vita ⁊ ars sagina est dicit in exor
tatione medicine nec viuere posse diu nec
sanos esse que verba ponūtur de con. di. 5.
c. Ne tales. Et Ecclesiastici. 37. sapiēs ait.
In multis escis erit infirmitas. Et Seneca
ad lucillum. Multos morbos multa fercu
la fecerunt. ¶ Secūda pena qua punitur
gula est spiritualis. Quia videlicet amittū
tur per eam et destruuntur omnes virtu/
tes que sperant omnia temporalia bona.
In huius figurā legitur: ꝙ nabuzardan
princeps coquorum destruxit muros hie/
rusalem ad designandum quia venter cui
multitudo coquorum deseruit, ꝓpter viciū
scilicet gule: edificia virtutum ad solum re
digit. vt ait Gratianꝰ. 44. di. §. primo. Qō
fides ruinam patiatur patet in illo populo
hebreorum de quo Apostolus ait p̄e ad co
rinthios. 10. c. Sedit populus manducare
⁊ bibere ⁊ surrexerunt ludere idest festina
re in venerationem vituli aurei declinan/
tes ad idolatriam. Quā spem habere pos
sunt de deo vel de beatitudine quorum deus
venter est: vt dicit Apostolus ad philippē
ses. 3. c. Et gloria in confusione eorum qui
terrena sapiunt: verus enim dei cultor cū
surgit mane cogitat primo de deo se ei recō
mendās. Sed gulosus cogitat quid debe
at comedere: quod magis delectet. De co
quina templū facit. De mensa altare. Ibi
ponit victimas varia cibaria. Ministri sunt
serui mense: orationes ⁊ lectiones sunt lo/
cutiones de vino ⁊ cibarijs. Charitatē etiā
gulosi non habent: quia pauperibus sup
flua tribuere nolunt. vt autē ait Joannes
p̄a sua canonica. c. 3. Qui habuerit substā
tiam huius mundi ⁊ viderit fratrem suum
egere ⁊ nō dederit quomodo charitas dei
est in illo. Prudentiam ꝓsternit gula: qꝛ
vt ait Hieroꝰ. 44. di. §. finali. Pinguis vē
ter idest gule deditus crassum sensū gene
rat. Hoc patet in herode qui in cōuiuio ne
sciuit discernere se non obligari ad ꝓmissa
iniuste: sed imprudenter ⁊ crudeliter ad pe
titionem puelle iussit amputari caput Jo/
annis baptiste. Justicia etiam a gula sub
mergitur. vnde Ambroꝰ. 47. di. c°. Sicut
hij. Quis tā iniustus tam auarus q̄ꝫ qui
multorum alimenta non suum vsum: sed
abundantiam ⁊ delitias facit. Quod facit
gulosus ita comedens p̄ciosa ꝙ multi pau
peres possēt ex illo sumptu viuere. Quot
irrisiones: detractiones: ꝓditiones: homi
cidia fiunt in conuiuijs. Nōne absalon fra
trem suum occidit in ꝯuiuio: vt habet̄ scđi
Regū. 13. c. Fortitudo adhuc per gulā ifir
matur. vnde ⁊ qui certat in agone ab oibꝰ
se abstinet: vt dicitur p̄e ad corithios. 9. c.
s. grauamine ciborum ⁊ potuum vt sit fortis
ad bellādū. Fortissimus holofernes come
dendo ⁊ bibendo nimis ita fuit debilitatꝰ
ꝙ vna mlier decapitauit eū. Judith. 15. c°.
Tēperātiā aūt gula fugat ex toto sicut vnū
ꝯtrariū expellit aliud. ¶ Sed ⁊ septē dona
sp̄s sci ex gula ruūt. Qō figuratū fuit Job
p̄. c. Qñ septē filijs eius ꝯuiuātibꝰ i domo

primogeniti domus ꝑcussa a vento ruens oppressit omnes. Septé filij iob ßm Gre‑gorium figurant septem dona spūs sancti. ¶ Tertio punit̃ gula pena gehēnali. Ideo saluator noster Luce. 21. c. ait. Attēdite ne grauentur corda vestra crapula ⁊ ebrieta‑te ⁊ superueniat in vos repentina dies illa s. iudicij vos condemnans. Apostolus vero ad romanos. 13. c°. ponit ommessationes ⁊ ebrietates inter opera tenebrarum: quia ducūt ad tenebras eternas. A quib⁹ nos liberet iesus filius dei: qui cum patre ⁊ spi‑ritu sancto viuit per omnia secula seculoꝝ Amen.

¶ Feria tertia post dn̄icá de passione. De pctó execrádo vsure ⁊ auaritia vsurarioꝝ.

Sermo trigesimus octauus.

t

Estimonium

ꝑhibeo de mundo: q2 opa ei⁹ mala sunt. Vba sunt redépto‑ris nostri originalr̃ Joannis 7. c°. ⁊ in euangelio hodierno. Inter mala xpianoꝝ opera illud est satis abominabile quo pene totum genus humanū piclitat̃. Illud equidem auaritia est oium scelerum mater ⁊ causa. dicitur eni in Glo. in ꝓlogo decretalium. Et. 47. di. c. Bonoꝝ. Et in au‑ctentico vt iudices sine quoqz suffragio §. Cogitatio. collatiōe scda. Cupiditas est ra‑dix oium maloꝝ. Propterea deus omni‑potens comminatur miseris mortalibus dicens Hieremie. 6. c. Extendá manū meá super habitantes terram. A maiore qppe vsqz ad minoré omnes student auaritie: ⁊ a ꝓpheta vsqz ad sacerdoté cuncti faciunt dolum. Cū vo in hoc peccato multipliciter homies errent tamé hodierna die ad aua‑ritiam vsurarioꝝ expugnandam elabora‑bimus. Ad hunc enim pleriqz deuenerūt errorem vt vsurariam prauitatem exerce‑re libere ⁊ inuerecunde ac publice non re‑tardentur. vbiqz iam talis pestis crudelis‑sima viget que tanto periculosior est q̃to vsurarij turpitudinem suam agnoscere no‑lunt. Quinimo obduratū cor habétes pu‑tant se offerre sacrificium deo acceptabile si suis proximis mutuantes lucrum quod‑cunqz ex mutuo ipso percipiant. Nam be‑nefacere se aiunt cum ⁊ proximorum ⁊ suiip‑sius ex vsura consulat̃ necessitati. Ob qd vt eis vitas clarius elucescat qua possint suū grande malū agnoscere in pn̄ti sermo‑ne de ipsa vsura tria ꝓponemus mysteria declaranda.

¶ pᵐ dr̃ diffinitionis.

¶ 2ᵐ reprobationis.

¶ 3ᵐ participationis.

¶ Quid est vsura que graue est peccatū Et q̄ qui ex necessitate accipit ad vsuram ab eo qui est paratus non peccat: ⁊ q̄t mo‑dis vsura cómittitur. Cap. pᵐ.

p Rimū mysterium declarandum de vsura dicitur diffinitionis. ßm enim Goffredum in summa sua vsura sic diffinitur. Usura est quicquid sorti accedit precedente intentione vel pacto vt si mu‑tuo tibi centū florenos hac intentione pn̄‑cipaliter vt aliquid plus vltra centum reci‑piam vel si mutuo tibi certas mésuras fru‑menti vini olei ⁊ huiusmodi que vsu con‑sumuntur. Et plus ex hoc exquiro q̃z ipm capitale in valore vsuram committo: vt dr̃ 14. q. 3. c. vsura. ¶ Pro intelligétia tamé pleniore huius partis tria sunt dubia de‑cidenda.

¶ pᵐ vtrū vsura sit peccatū.

¶ 2ᵐ vtꝝ liceat accipe ad vsurá.

¶ 3ᵐ q̂t modis committitur vsura.

¶ Pro primo dubio arguunt vsurarij cō‑tra veritatem dicentes vsurá non esse pec‑catum. Omne eni peccatum est contra ali‑quá legé: sed vsura non est ꝯtra aliq̃z legé nec diuinalé nec nāle nec humanalé. ergo vsura nó é peccatū. Ná in lege diuinali di‑xit deus deuteronomij. 23. c. Nó fenerabis fr̄i tuo pecuniá ad vsuram nec fruges nec q̃zlibet aliam rem: sz alieno. Ex qua aucto‑ritate videtur q̄ ⁊ si nó fratribus salti alie‑nigenis ⁊ extraneis possit fenerari ⁊ infide‑libus. Quantū vo ad legem naturalé de iure nature est vt homo aliquid recópéset ei qui sibi bn̄ficium contulit. Ille aūt qui mutuat: aliquod bn̄ficium ꝯfert subuenit eni necessitati idigétis. Ergo si pro hoc be‑neficio aliq̄ certo pacto obliget eum cui mu‑tuat ad hoc q̄ aliquid sibi retribuat nó vi

detur esse pactum illicitum. Leges ꝓo ci/
uiles vsuras permittūt: vt patet C. de vsu
ris. l. Eos. In contrariū est auctoritas sā
ctorum. vnde Ambro⁹ in li° de bono mor
tis. Et. 14. q. 4. c. Siquis. Siquis vsuram
accipit rapinam facit: vita nō viuit. s. gra/
tie. Et Dauid in ps̄ loquens ad deum ait.
Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo:
aut quis requiescet in monte sancto tuo.
¶ Et respondet. Qui ingreditur sine macu
la ⁊ operatur iusticiā ⁊c̄. Et infra. Qui pe
cuniā suam non dedit ad vsuram. Ecclesia
insuper statuit. ꝙ siquis ꝑtinaciter asse/
reret vsuram nō esse peccatum ⁊ graue he
reticus dicetur: ⁊ contra eū sicut ꝯtra ali/
os hereticos ꝓcedatur: vt patet in clemen
tina ex graui de vsuris. Scd̄m autē Tho.
22. q. 78. vsura est contra equalitatē iusti
cie ex eo videlꝫ quia vsurarius vēdit quod
non est. ¶ Nam rerꝫ que in vsum nostrū ve
niunt. Quedā sunt quarꝫ vsus ipsarꝫ con/
sumptio est vt frumentum vinū oleū ⁊ hu
iusmodi quibus homo vtitur comedendo
bibēdo ⁊ sic ex toto consumēdo. ¶ Quedā
res sunt quarꝫ vsus ⁊ si non sit ipsarꝫ consū
ptio in se est tamen earꝫ distractio: vt pecu
nia numerata que principaliter inuēta est
ad cōmutationes faciēdas: vt dicit Arist.
in p° politice. Et sic vtendo distrahitur cuꝫ
in cōmutationes expēditur. ¶ Quedā res
sunt quarꝫ vsus non est ipsarꝫ consumptio
vel distractio. Sicut domus: ager iumētū:
vasa argentea ⁊ aurea ⁊ huiusmodi: vsus
enim domus est inhabitatio non consum
ptio. Sic cultus agri est cultiuatio ad fru/
ctificandum non ad dissipanduꝫ. Et sic de
alijs. Et ex isto tertio genere reruꝫ vsus ip
sius rei potest computari seorsum ab ipsa
re ⁊ vnum concedi sine altero. Potest eni
alicui tradi dominium domus vel agri vl'
serui: vel iumenti retēto sibi vsu vel fructu
ipsius ad vitaꝫ vel ad aliquod tempus vt
fit aliquando in donationibus. Et ecōuer
so potest concedi vsus talium rerum reten
to sibi dominio vt fit in locatione affictu:
pēsione domus ⁊ huiusmodi. Et ideo i hu
iusmodi licite recipitur si certum precium
seu lucrum pro vsu dato ipsius rei reten/
to sibi dominio. Et inde ad certuꝫ tempus
reddita ipsa re ex integro. Sed in rebus
primi ⁊ secundi generis: quarum scilicet
vsus est ipsaruꝫ consumptio vel distractio
non potest computari seorsum vsus tali/
um rerum ab ipsis rebus: quia insepara/
bilis est. Et cuicunqꝫ conceditur vsus tali
um rerum ex hoc ipso conceditur ⁊ res. Et
ꝓpter hoc in talibus per mutuum trāsfer
tur dominium. Sicut ergo siquis seorsum
vellet vendere vinum ⁊ seorsum vsum vi/
ni venderet eandem rem bis vnde ⁊ ven/
deret quod non est: propter quod manife
ste est contra equalitatem iusticie. Simili
ratione qui mutuat vinum: frumentum:
oleum: pecuniam numeratam: ⁊ huiusmo
di: ⁊ vltra suum capitale mutuatū aliquid
exigit vel principaliter intendit habere qd̄
precio potest extimari contra equalitatem
iusticie agit: quia petit sibi duas recompē
sationes fieri. vnam scilicet restitutionem
equalem rei mutuate. Aliam ꝓo vt preci
um vsus quod dicitur vsura. Ad illud ve
ro quod obiciebatur de iudeis respondet
Tho. ⁊ Nicolaus de lira: ꝙ illud dictū deu
teronomij. 23. c. allegatum sane est intelli/
gendū. Per alienū enim aut intelligūtur
illi qui erant finitimi eorꝫ quorꝫ terras eis
dominus cōcesserat vt chananei. Et ab il/
lis licite recipiebant vsuras nō vt vsuras
sed vt recuperationem iuris sui. Sicut eti
am licitum est christianis mutuare hosti/
bus ad vsuram ita tamen ꝙ illud quod re
cipitur vltra sortem non recipiatur ratio/
ne mutui. Sed iure dominij quod habet
in illos ⁊ vt recuperet rem suam quam nō
potest ab iniusto possessore nisi mediante
mutuo recuperare. Et sic intelligitur illud
capitulū Ab illo. 14. q. 4. Ad hec faciunt
notata per Archidiaconum. 23. q. 2. c. Do
minus. Si enim permittitur a iure spolia/
re inimicum immo occidere in bello iusto:
multomagis per hanc viam suū accipere.
Et sic vt predictū est licitū fuit iudeis acci/
pere vel mutuare ad vsurā ab illis tm̄ fini
timis nationibus qui occupauerāt terrā
suam datam eis a domino tanqꝫ ab hosti
bus. Nunc aūt ipsi iudei non possunt sine
mortali facē vsuras xp̄ianis nec ecōuerso.
Nā nō sūt inimici nr̄i in ciuili ꝯuersatiōe.

¶ Quo autem ad alios infideles si verum
est ꝙ sunt inimici nostri etiam illis arma
[illegible]erre possumus tanqȝ occupatoribus re
rum nostraruȝ. De quo. 23. q. 7. c. Si de re
b[illegible] ꝛ. c. Dispar. Et per Innocentiũ ꝛ [illegible]o
stiensẽ extra de voto. c. Qđ super hys. Re
stat lõgefortius xp̄ianum ab eis licite pos
se vltra sortem accipere: quia suum est qđ
recipit. Qđ autem contra saracenos et ali
os infideles dominia ꝛ terras possidentes
licitum sit bellum vltra alias rationes fa-
cit quia ad defensam ꝛ recuperationẽ fit de
tractoꝝ. Ergo licitum. Nam vt dicit Inno
centi⁹ dicto. c. Qđ super hys vbi terra fuit
aliquo tempore christianoꝝ bellum est lici
tum. Infideles autem predicti abstulerũt
a christianis quicquid tenent. Naȝ vbiqȝ
terrarum fuit laudatum nomen christi. vn
de in p̄s dicitur. In omnem terrã ꝛc̄. Sed
hys dimissis dicimus ꝙ vsura nullo ex il-
lis verbis iudeis fuit permissa minus con
cessa. Nam lȝ quidam dixerint vsuram fo
re concessam in quibusdam casibus. Ta-
men ꝓprie loquendo in nullo casu conce-
ditur. Sed quia in illis casib⁹ quos illi po
nunt aliquid recipitur vltra sortem. Ideo
ꝓpter aliquam similitudinem large ꝛ im-
proprie sumendo dicitur vsura ibi ꝑmissa
sed non est ibi vsura. Et sic in ꝓposito vel
per alienum in verbis deuteronomij intel
ligitur quilibet qui non erat de genere iu-
deorum. Et tunc dicetur ꝙ illa fuit compa
ratiua permissio qua permittitur min⁹ ma
lum ne maius malum fiat. Sicut etiã per
missum fuit eis dare libellum repudij ꝛ re
pudiare vxorem ad repudianduȝ homici
dium siue vxoricidiuȝ. Sic ꝛ vsura fuit eis
permissa erga alienigenas ne si fuisset pro
hibita maiori crudelitate crassarentur in
suos vt sue cupiditati satisfacerent. Excusa
buntur ergo a pena temporali legis: sȝ nõ
a pena gehennali sicut nec a culpa morta
li. vnde dicit Crisosto⁹. 31. q. p̄ᵃ. Hac ratio-
ne in fine. Quod enim permittimus nolẽ
tes precipimus idest permittimus ꝟm glo
sam: quia malas hominuȝ voluntates ad-
plenuȝ ꝓhibere non possumus. Et tamen
deus declarauit per ꝓphetas vsuram sibi
displicere: vt patet de dauid. ¶ Sed siqs rã
tione dicte permissionis vellet eos excusa
re pro illo tempore que tamen excusatio a
doctoribus non admittitur pro nunc tem
pore gratie reuelate non excusarentur. 31.
q. p̄ᵃ. §. Sed obicitur. ¶ Ad illud vo quod
vsurarij dicebant ꝙ vsura nõ est contra le
gem nature. dicendũ ꝙ ratio dictat vt qs
mutuet ꝓximo indigenti si potest: sed gra
tis sine spe lucri. Et sic ꝙ gratus sit recipi-
ens mutuum erga mutuanteȝ: puta in re
cognoscendo beneficium ꝛ cum potest eũ
adiuuare quando indiget vel viceuersa re
munerando sibi vel per alia obsequia sed
gratis nõ ex pactione. Naȝ ꝛ si ei teneatur
ad antidota naturaliter idest recompensã
dum beneficium: hoc est ex debito honesta
tis non autem necessitatis scilicet quo pos
set cogi in iudicio. Et ideo ꝟȝ Tho. ꝛ alios
siquis mutuaret alicui cum hoc pacto ꝙ
ei teneretur remutuare vsuram committe
ret quia vltra capitale suum aliquid exigit
quo potest precio extimari illa scilicet obli
gatio qua potest eum conuenire in iudicio
Et si vsurari⁹ diceret ꝙ ille qui accepit pe
cuniam mutuo lucratur cum illa ꝛ locuple
tatur cum damno mutuantis. ¶ Respõde
tur ꝙ ille locupletatur seu lucratur princi
paliter per industriaȝ suam: quia pecunia
ex se nihil lucratur: vt patet tenendo in ca
psã. Pecunia etiam illa non est mutuan-
tis sed eius qui accepit mutuum: quia in
eum translatum est dn̄ium. Et si perijt vel
perdidit in negociando vel aliud agendo
perit periculo suo non mutuantis. Dam-
num autem non sustinet mutuans nisi qꝛ
cessat ex hoc sibi lucrum. Sed idem dam-
num habuisset si pecunia in archa seruas-
set: qꝛ ibi non fructificat. Et sic cum ea ne-
gociatus fuisset potuisset ꝑdere sicut ꝛ lu-
crari. Substabat enim tũc periculo vbi in
mutuo non substat. Uerum si ex carentia
pecunie mutuate passus fuisset damnum
puta quia oportuisset eum recipere ad vsu
ram vel vendere res suas minus iusto pre
cio vel aliquod simile. Tũc qui accepit mu
tuum deberet ei satisfacere de damno secu
to ꝓpter mutuum ꝟm conscientiam etiam
si de hoc non fecisset pactum. Non autem
de industria sua lucrum factum tenetur cõ
municare

municare cessante damno. ¶ Ad illud au
tem quod vsurarij opponebant dicentes
per legem ciuilem vsuras concedi. ¶ Dicē
dum ꝙ leges ciuiles dantur populis qui
sunt pro maiori parte mali vel imperfecti:
⁊ intendunt vt pacifice ciues conuiuāt ad
inuicem: vnde solum ꝓhibent expresse vi
cia que sunt magis perturbatiua ciuilita
tis ⁊ quietis temporalis puniēdo trāsgres
sores ⁊ penis ab illis cohercendo: vt adul
teria furta ⁊ huiusmodi. Alia vō ꝑmittunt
non vt licita concedentes: sed non vt alia
vicia predicta punientes. Et hoc ne peio
ra contingant. Sed lex diuina ꝓhibet oē
peccatum ostendens puniri in diuino iudi
cio. Cum ergo lex diuina ⁊ naturalis sit su
pra omnem legem humanaꝫ: vt patet di.
8. per totum. Et canonica sit etiam preiu
dicans ciuili in hijs que spectāt ad consciē
tiam. Ideo in hoc leges ciuiles cedunt le
gi canonice. quia si leges ille sūt iuste quo
ad ciuilitatem vite presentis non tamē iu
ste sunt quo ad ciuilitatem supernaꝫ adipi
scendam ad quod oportet ab omni pecca
to esse immunē. Quare non dedignantur
leges sacros canones imitari. ¶ Secūdū
dubium principale fuit vtrum sit licitum
recipere mutuo sub vsura. ¶ Rn̄det Tho.
22. q. 78. Qđ non licet inducere aliquem
mutuare sub vsura lꝫ tamen ab eo qui pa
ratꝰ est facere ⁊ qui exercet vsuras mutuo
accipere ꝓpter aliquod bonū vt est subuē
tio sue necessitatis vel alterius. Nam in
ducere hominēꝫ ad peccandum nullo mo
do licet: vti tamen peccato alterius ad bo
num ꝓprium licitum est quia deus vtitur
omnibus peccatis ad aliquod bonum. Ex
quolibet enim malo elicit aliquod bonum
vt dicit Augustinus in encheridion. ¶ Un
de idem Augꝰ Publicole querenti vtruꝫ
liceret vti iuramēto eius qui per falsos de
os iurat in quo manifeste peccat eis reue
rentiam diuinam exhibēs. Respondet ꝙ
qui vtitur fide illius qui per falsos deos iu
rat non ad malum sed ad bonum non pec
cato illius se sociat quo per demonia iura
uit sed pacto bono eius quo fideꝫ seruauit
si tamen induceret eum ad iurandum per
falsos deos peccaret. Ita est in proposito.

Sic etiā licet ei q incidit in latrones mani
festare bona q̄ habet q̄ latrones diripiēdo
peccant ad hoc ꝙ nō occidat. Sed cessāte
necessitate cum petitur sub vsuris ad ludē
dum vel scortandū ⁊ huiusmodi tunc mor
tale esset peccatum. ¶ Tertium dubiū fuit
quot modis committitur vsura. Et ad hoc
respondeo ꝙ cum vsura committat ex eo
ꝙ aliquid recipitur vltra sorteꝫ hoc potest
fieri tripliciter.
¶ p̄ recipiendo munus a manu.
¶ 2° recipiēdo munus ab obsequio.
¶ 3° recipiendo munus a lingua.
¶ Primo committitur vsura recipiendo
munꝰ a manu: siue sint denarij siue qcqd
aliud precio extimari potest: vt dicitur. 14.
q. 3. c. Putāt. ⁊ c. Pleriqꝫ. vnde Ambr.
ait. Esca vsura est ⁊ vestis vsura est. Et qc
quid sorti accedit vsura est. Et quod velis
nomen ei imponas vsura est. ¶ Hoc modo
multi reperiuntur vsurarum voragini im
mersi. ¶ Et p̄mi sunt multi nobiles qui no
lūt laborare: et ne pecunia eis deficiat pau
latim consumendo tradunt eam mercato
ribus vel alijs intendētes aliquid annua
tim recipere ad discretionē eorum saluo ta
men capitali. Et q̄ꝫuis ipsi vocent hoc de
positum tamen vsura est: vt patet. 14. q. 3.
c. Si feneraueris. Nec vere depositum est
nec sapit naturam eius. ¶ Sunt alij mutu
antes pecunias diuersis personis accipiē
tes in pignus domum vel agruꝫ vel vine
am sub nomine securitatis. Sed fructū in
terim dicti pignoris volunt habere quo
usqꝫ restituatur eis pecunia non computā
do in sortē ⁊ vsura est vt patet extra de vsu
ris. c. p̄. Excusatur tamē in hoc casu gener
qui cum sustineat onera matrimonij ⁊ nō
dum habuit dotes recipit a socero vl' alijs
dotantibus mulierem possessionem aliq̄ꝫ
in pignus quousqꝫ recipiat dotem: hic lici
te ⁊ sine vsura facit fructus illius pignoris
suos: nec tenetur computare in sorteꝫ. Ex
tra de vsuris. c. Salubriter. ¶ Secūdo cō
mittunt vsuram venditores rerum qui vē
dunt aliquid ad aliquem terminum tem
poris et ratione termini petunt plus iusto
precio nisi intenderent illud non vendere
tunc sed seruare vsqꝫ ad tempus quo de

risimiliter credit res illas valituras quantum tunc vendit: et si nunc non tantum valet Puta cum quis tempore estiuo vedit bladum ad preces seu instantiam alicuius quod intendebat seruare vsque ad tempus hiemale quando communiter plus valet. Propter quod venditur pluri precio quam nunc valeat. Extra de vsuris. c. In ciuitate. Similiter si quis emit merces vel victualia minus iusto precio eo quod anticipat tempus in soluendo precium antequam recipiat merces vel victualia per aliquos menses: puta dat precium tempore veris et recipit bladum tempore estatis. Et hoc nisi subestaret periculum vt quia bladum vel aliud potest probabiliter plus vel minus valere dicto precio quod soluit. Extra de vsuris. c. in ciuitate. ¶ Tertio faciunt vsuram qui emunt possessiones vel domos multo minore precio quam valeant cum pacto quod infra certum tempus ille venditor possit reemere quod vsura reputatur seu fraus vsure palliate sub titulo emptionis. ¶ Quarto faciunt vsuram qui faciunt societatem circa pecora vel animalia volentes saluum esse capitale quo ad pecuniam vel capita animalium. Quod vsura est et non vera societas: vt patet. 14. q. 3. c. Plerique. cum glosa. ¶ Quinto faciunt vsuram mulieres alique vidue que ne consumentur dotes earum vel deponunt eas mercatoribus ad discretionem et vsura est vel recipiunt ab heredibus coniugis sui defuncti possessionem vsufructuandam quousque reddantur ei dotes et vsura esset secundum Hostien. Innocentium et alios. ¶ Sexto committunt vsuram campsores qui faciunt cambia que vocant cambia sicca. ¶ Septimo committunt vsuram qui mutuant granum vel bladum antiquum ad renouandum vt nouum accipiant. Et si hoc faciunt ne suum sibi pereat et recipienti gratiam faciant non est vsura. Secus si faciunt vt melius recipiant et vtile intendant ex mutuo. Extra de vsuris. c. Consuluit. Et sic tenent Raymundus Goff. et Hostien. in summis. ¶ Secundo committitur vsura recipiendo munus ab obsequio. Et sic illi qui mutuant pauperibus hac intentione vel pacto vt seruiant eis in operibus agri vinee et similibus vel in operibus boum et equorum vel alio seruicio corporali vsuram committunt. Ex de vsuris. c. Consului. ¶ Tertio committitur vsura recipiendo munus a lingua: vt cum quis mutuat alicui vt porrigat pro se preces pro aliquo officio vel beneficio temporali obtinendo. Et si quis sic obtineat officium aliquod secundum quosdam non improbabiliter debet pauperibus erogare quod inde emolumenti perceperit deductis tamen expensis sui laboris ad arbitrium boni viri. ¶ Propter iam dicta notandum secundum Tho. quod si quis mutuat principaliter propter deum vel amicitiam non intendens temporale commodum. Et is qui mutuum accepit ex liberalitate sua vt gratus non principaliter propter mutuum donat ei aliquid hoc ei declarans quod ei libere donat vsura non est: quia illud lucrum mutuans non intendit. argumentum prima. q. 2. c. Sicut. Non enim debet esse factus deterioris conditionis sed melioris propter obsequium pro ipso factum in mutuando vt scilicet donum ei gratis factum recipere non possit qui prius secundum omnes potuisset.

¶ Quod omnis scriptura diuina et humana et etiam lex canonica reprobat vsuram. Cap. 2[m].

S Ecundum mysterium de vsura declarandum dicitur reprobatio. Est enim vsura vicium reprobatum. Sicut patere potest in scriptura diuina et iure canonico ac dictis gentilium. vnde Exodi 22. c. scribitur. Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi qui habitat tecum non vrgebis eum quasi exactor nec vsuris opprimes. ¶ Et Leuitici. 25. c. Si attenuatus fuerit frater tuus et infirmus manu et susceperis eum quasi aduenam et peregrinum et vixerit tecum ne accipias vsuras ab eo nec amplius quam dedisti. Time dominum deum tuum vt viuere possit apud te frater tuus. Pecuniam non dabis ei ad vsuram et frugum superabundantiam non exiges. ¶ Et secundi hesdre quinto. c. Cum maiores iudeorum opprimerent minores vsuris grauissimis hesdras audito clamore populi increpauit optimates et magistratus dicens vsuras a fratribus vestris non exigatis. Non est bona res quam vos facitis. Quare non in timore domini dei

nr̄i ambulatis? Reddite eis hodie agros
suos ⁊ vineas suas: oliueta sua: et domos
suas. Quin potius pecuniam quam exi/
gere soletis ab eis et date illis. Et dixerunt
Reddemus ⁊ ab eis nihil q̄rimus. Sicq3
faciemus vt loqueris. Et excussit sinum su
um Hesdras dicens: Sic excutiat deus
omnem virum qui compleuerit verbum
hoc. De domo sua et de laboribus suis sic
excutiatur ⁊ vacuus fiat. Et dixit vniuer/
sa multitudo Amen. ¶ Et in decretis. 46.
di. c. Seditionarios. Prohibentur vsura
rij ad sacros ordines promoueri. ¶ Et ex/
tra de vsuris. c. Quoniam. dicitur. Non so
lum viris ecclesiasticis sed etiam quibusli
bet alijs periculosum est vsurarum lucris
intendere. ¶ Et extra eodem in. c. Quia. et
in. c. Super eo scribitur. vsura condemna
tur vtriusq3 testamenti pagina. ¶ Et Leo
papa. 46. di. c. Sicut. inquit. Sicut nō suo
nomine: ita nec alieno licet fenus exerce/
re. ¶ Et Augustinus. 14. q. 4. c°. Quid di/
cam. An crudelior est qui subtrahit aliqd
vel eripit diuiti: q̄3 qui trucidat inopem fe
nore. ¶ Et Ambrosius. 14. q. 4. c°. Ab illo.
Sine ferro dimicat: qui vsuras flagitat.
¶ Et extra de vsuris in preallegato. c°. Ar
statutu3 est primo vt vsurarij manifesti nō
admittantur ad communionem altaris.
Hostiensis dicit q̄ canon est ferende sentē
tie non late. Idem dicit Joannes andree
in nouella. ¶ Secundo statutum est vt nō
recipiantur eorum oblationes. Et si sacer4
dos recipit reddere tenetur ⁊ compellitur.
s̄m Hostiensem debet dari episcopo et s̄m
prouidentia3 eius vel restituatur ei a quo
extorta est vsura vel detur pauperibus. Et
qui recipit oblationem a talibus debet ab
executione sui officij manere suspensus do
nec ad arbitrium sui episcopi satisfaciat.
¶ Tertio statutum est q̄ vsurarij non reci
piantur ad ecclesiasticam sepulturam si in
hoc peccato decesserint. Et vt inquit Pe/
trus de palude in quarto. Si tales vsura/
rij possunt restituere per se ⁊ non restituūt
l3 mandent restitui non sunt absoluendi:
nec valēt coru3 testamenta in quibus nul
lus debet esse testis: vt habetur in capl'o
Quanq̄3. de vsuris libro. 6. tum quia ad
statim tenentur: tum quia non vident̄ ha
bere perfecte bonam voluntatē: quia do/
natio ⁊ legata causa mortis facta possunt
reuocari. vnde si vsurarius nō cauet p̄ ta/
lem cautionē qua non possit penitere non
est vere penitens. Et s̄m Hostieñ. dicūtur
vsurarij manifesti vel per euidentiam facti
puta quia mensam tenent parata3 ad vsu
ras: vel si de hoc sunt in iure cōfessi aut cō
uicti. Joānes xo andree ⁊ Arcbidiacon⁹
dicunt q̄ satis potest dici vsurarius mani
festus qui cora3 sacerdote ⁊ testibus publi
ce fatetur se vsurariū ⁊ vsuras restitui mā/
dat forte libros rationu3 tradens. ¶ Et ex
tra de vsuris. c. Super eo. ponitur q̄ p̄ pa
pa3 dispensari non potest vt vsura exercea
tur sine peccato. Posset autem dispensare
in exactis quo ad incertorū restitutionem
que tamen si fiat sine ratiōe quo ad consci
entiam non puto q̄ valeat. ¶ Apud genti
les etiam damnatur vsura. Nam vt in/
quit Cicero libro tertio de officijs. Detra/
here aliquid alteri ⁊ homine3 hominis in
cōmodo suum agere cōmodum magis est
contra naturam q̄3 mors. Et idem in secū
do de officijs. Interrogatus Cato. Quid
fenerari. Tum cato: quid homines occi/
dere. Narrat Ualerius libro quarto Ru/
brica de libertate. q̄ cum ciuitas romana
furore catiline opprimeretur ⁊ cogerentur
ciues vendere possessiones ⁊ domos suas
propter tumultum creditorum longe mi/
nore precio q̄3 valebant. Tunc Quintus
conscidius concessit trecentas septuagin/
taquinq3 libras auri vt illi satisfacerēt cre
ditoribus suis qui neq3 de sorte neq3 de
vsura quenq̄3 debitorum suorum graua/
uit. Sed quantum in ipso fuit amaritudi/
nem publice confusionis priuata tranquil
litate mitigauit scilicet debitores suos ex/
pectando ne ciuilis sanguinis fenerator vi
deretur. Sed dimissis multis grauissimo/
rum virorum sententijs quibus vsura cō
demnatur: Christum deum et dominum
nostrum audiamus. Ipse vtiq3 ait Lu/
ce. 6°. capitulo. Mutuum date nihil inde
sperantes. In quibus verbis continentur

due particule:prima est mutuū date. Quo
quantum ad eos qui cōmode possunt mu
tuare sine notabili detrimento sui stat⁹ er/
ga eos qui sunt in magnis necessitatibus
constituti ⁊ quasi extremum videt esse pce
ptum. Quia si hoc dicimus de elemosyna:
a fortiore etiā in mutuo. argu^{m} di. 86. c. In
singulis. In alijs xᵒ est consilium. ¶ Secū
da particula est nihil inde sperātes. Et hoc
est in precepto: ita tamen ꝙ intelligat de
spe bonorū temporaliū que precio estima
ri possunt. Nam bene potest ⁊ debet spera
ri pmiū eternū exinde si fiat mutuū ex cha
ritate vel beniuolentia.

¶ Quo multi et precipue septem genera
personarum participant in crimine vsura
rum licet ipsi vsurā non faciant. Cap. 3^{m}.

Tertium mysteriū declarandum de
vsura dicitur participatio. Sūt eni
multi participantes in crimine vsu
rarum qui quandoqȝ se peccare nō putāt
eo ꝙ non sunt ipsi principaliter exercētes
vsuras. ¶ Primi sunt notarij qui scienter
super vsuras conficiunt instrumenta. Hij
ſm Hostiensem periuri sunt quia cōmuni
ter solent iurare ꝙ talia non faciant. Et sic
per consequens sunt infames nec decetero
possunt testificari nec instrumenta confice
re. Extra de testibus. c. Licet. Si tamen ob
hoc recipiunt pecuniam non tenentur re/
stituere quia receperunt eam pro ope suo
q̄uis illicito videtur tm̄ ꝙ debeant paupe
ribus erogare. Sed vtrū tales notarij te
neantur ad restitutionem vsurarū de qui/
bus confecerunt instrumenta. Super hoc
c.Uno. Ubi dicitur q clerici per annuz io
culatores vel per breuius tempus tertio
admoniti perdunt priuilegium clericale.
¶Quinto interdicitur clericis officiū ma
cellariorum ⁊ tabernariorum vt patet i cle
mentina p̄ª de vita ⁊ honestate clericoruȝ.
Et hoc dicitur tam de clericis coniugatis
q̄ȝ alijs. Et vt dicit ibi glo. Taberna diciř
domus in qua panis ⁊ vinum ⁊ carnes co
cte venduntur quas nec tenere nec ingre/
di debent clerici vt habetur.44.di.c.Cleri
ci. ¶Sexto inhibitum est clericis exercitiū
venationis clamose que fit cuȝ canibus et
clamoribꝰ ⁊ tumultu.vt patet extra de cle
rico venatore.c.Omnibus. Et vt dicit glo
sa.86.di.c.Qui venatoribus. Etiaȝ ꝓpter
paupertatem non est licita venatio qr ali/
unde debet querere sibi victum ⁊ per ali/
ud exercitium vt per agriculturam.91.di.
c.Clericus. Uenatio autem que fit sine cla
more ⁊ canibus vt ponere laqueum ⁊ re/
the ⁊ huiusmodi bene est licita clericis: de
con.di.5.c.Nunq̄ȝ. ¶In capitulo ꝯo p̄mo
Extra ne clerici vel monachi dicitur q epi
scopi ⁊ alij clerici non debent tenere canes
⁊ ancipitres ad venandum. Idem dicitur
34.di.c.Quorūdam.86.di.c.An dutan.
Extra de censibus.c.Cum apostolus. Ex/
tra ꝯo de clerico venatore.c.Omnibus.di
citur. Omnibus seruis dei interdicitur ve
natio. Glosa idest clericis qui dicuntur ser
ui dei quia assumpti sunt ad dei obsequiū
Extra de prebendis.c.Cuȝ serui. Et.2i.di.
c.Cleros. ¶Septimo nō debēt clerici exer
cere officiū tabellionatus siue notariatus
Extra ne clerici vel monachi.c.Sicut. Et
ſm Raymundum dum si illud habebant
sunt compellēdi ad dimittendum per sub/
tractionem beneficij appellatione postpo/
sita. Et dicit Innocentius q constituti in
sacris si instrumenta conficerēt anteq̄ȝ eis
interdiceretur valerent quidem. alias nō
Sed Hostiensis intelligit q non valerent
in negocijs secularibus: sȝ in ecclesiasticis
valerent. Et ſm Hostiensem episcopus po
test constituere clericum tabellionem p to
tam suam diocesim cui cura omniū vel oui
um est commissa.10.q.p̄ª.c.Regenda. Et
12.q.p̄ª.c.Episcopus. Et si sic fecerit pote/
rit illum vocari ad scribendum acta eccle/
siastici fori. Et sic intelligo q clerici possūt
esse notarij pape.5.q.p̄ª.c.Quidam. Sed
notarius constitutus a papa potest confi/
cere instrumenta vbiqȝ locorum. Sed con
stitus ab episcopo non nisi in diocesi illius
episcopi qui eum instituit. Item nota q ta
bellio ecclesiasticus non debet conficere in
strumenta in secularibus rebus nec secu/
laris in rebus pure ecclesiasticis: quia ho
rum conuersatio non debet esse permixta.
2.q.7.c.Laicos.vnde notarij clerici in cu/
rijs principum prohibētur esse scriptores
Extra ne clerici vel monachi.c.Sentētiaȝ.
Insuper religiosus non potest exercere of
ficium tabellionatus nisi contra hereticos
non autem in alijs ſm Joannem andree
Extra de hereticis.c.vt officium libro.6°.
¶Sciendum tamen q exercitiuȝ honestū
seu artificium potest clericus exercere etiā
si non indiget.91.di.per totum.dum tamē
per hoc non omittat diuina officia. Et ſm
Guillm̄ potest recipere possessiones exco/
lendas ad partem puta quartam vel quin
tam ⁊ huiusmodi.seu conducere eas ⁊ hoc
ad sustentationem suam ⁊ suorum. Cōcor

dat Hostien. Potest etiam locare anima/lia vt oues ꝛ boues ad certum fructuz per contractum tamen licitum. Ité potest emere rem vt eam melioratam carius vendat vtputa pullum vel equum vel etiá si tabulam emat vt faciat imaginé quia ista non est negociatio sed artificium. 18. q. 4. c. Canonum. Extra ne clerici vel monachi. c. p̄. Deponant ergo clerici omné auaritiam si iesum videre cupiunt in illa beata vita: in qua regnat deus per infinita secula seculorum Amen.

¶ Dñica oliuaꝝ. De auaritia artificum ꝛ mercatoꝝ. Sermo quadragesim⁹ scđs.

Videns ciuitatem

tem fleuit super illam. Scribũtur hec ỽba Luce. 19. c. Uidit dñs noster iesus obdurationem populi iudaici propter quam delenda erat iusto dei iudicio ciuitas sacerdotalis ꝛ regia hierosolymitana. Et dum exultantibus turbis ciuitatem illam ingredi vellet pietate solita permotus lachrymis ora cópleuit. Sed diebus istis lugenda est ruina populi christiani quem vt experimur varijs flagellis pestilentiarum guerrarum ꝛ famis conterit manus omnipotentis dei. Et nihilominus aliquid peius formidandum est propter duriciam cordis ꝛ perseuerantiam in tot iniquitatibus. vt autem ceteras pretereamus silentio. Quis non agnoscit quanta est malignitas hominum auaroꝛuz. Et lz in precedentibus multa dicta sint: nihilominus obiurgandi sunt illi qui propť cupiditatis ardorem proximos circunuenire decipere fraudare ꝛ supplantare non erubescunt. Hij sunt communiter artifices ꝛ mercatores. Pro quibus dicere possum⁹ illud Hieremie. 9. c. Unusquisqz a proximo suo se custodiat: ꝛ i omni fratre suo nó habeat fiduciá: quia omnis frater supplátans supplantabitur: ꝛ omnis amic⁹ fraudulenter incedit. Idcirco hodierna die contra auaritiam artificuz ꝛ mercatorum dicemus: propter quorum perfidiam indignatus deus infert populis damna grauiora. Notabimus ỽo tria in quibus mercatores ꝛ artifices grauiter peccare consueuerunt.

¶ P^{m} est solicitudo inordinata.
¶ 2^{m} est voluntas deprauata.
¶ 3^{m} est fraudulétia reprobata.

¶ Qđ mercatores ꝛ artifices auari peccant per immoderatam solicitudinem.

Cap. p^{m}.

Primum in quo peccare solent mercatores ꝛ artifices est solicitudo inordinata. Ad quod intelligendum distinguemus ẜm Alex^{m} in 3° sũme triplicé solicitudiné.

¶ P^{a} est laudabilis.
¶ 2ª tolerabilis.
¶ 3ª vituperabilis.

¶ Prima est solicitudo laudabilis. ꝛ hec est multiplex. Prima est solicitudo regédi que spectat ad prelatos. Et de hac Apostolus ad romanos. 12. c. ait. Solicitudine nó pigri. Et 2e ad corithios. xi. c. Instátia mea quotidiana solicitudo omnium ecclesiarũ. Scđa est solicitudo obediendi que conuenit subditis. Et de hac dicitur Josue c^{o}. Estote soliciti vt custodiatis cuncta que scripta sunt in volumine legis moysi ꝛ nó declinetis ab eis nec ad dextrá nec ad sinistram. Tertia est solicitudo pacifice viuédi quantũ ad pares. Et de hac inquit Apl's ad ephesios. 4. c. Soliciti seruare vnitaté spũs in vinculo pacis. Quarta est solicitudo recogitandi diuina mandata. Et de hac scribit deuteronomij. 4. c. Custodi temetipsum ꝛ aiam tuam solicite. Ne obliuiscaris verboꝝ que viderũt oculi tui: ꝛ ne excidát de corde tuo cunctis dieb⁹ vite tue. Quinta est solicitudo feruoris faciédi bonuz. Et de hac Apl's ad romanos. 12. c. ait. Solicitudine non pigri spũ feruétes dño seruientes. ¶ Secũda est solicitudo tolerabilis. Sicut est solicitudo dilectionis naturalis. Et de hac scribitur Thobie. 10. c. Cum moram faceret thobias causa nuptiaꝝ solicit⁹ erat pater eius thobias dicés. Puta quare moratur filius meus. Simil'r est tolerabilis solicitudo cure rei familiaris. Et de hac p̄mi regũ. 9. c. dixit samuel ad saulez. De asinis quas pdidisti nudiustertius ne solicitus sis qz inuéte sunt. ¶ Tolerabilis

eſt etiam ſolicitudo infirmitatis humane.
De qua p̄ˢ ad corinthios. 7.cº. Qui cum
vxore eſt ſolicitus eſt que ſunt mūdi ⁊ quo
modo placeat vxori. ¶ Tertia eſt ſolicitu/
do vituꝑabilis. ſ. temporalium bonoꝝ.
Sed hec ſi ſit regulata expedit humane vi
te. Nam ⁊ chriſtꝰ loculos habuit: vt patet
Joannis. 12. c. Et. 12. q. p̄ª. cº. Habebat. Et
elemoſynas pro neceſſitatibus conſerua/
bat. Et Actuum. xi. c. Laudatur ſolicitudo
diſcipuloꝝ qn̄ agabus ſignificabat per ſpi
ritum ſanctum famem magnam futuram
que facta eſt ſub claudio. Et ipſi diſcipuli
ꝓut quiſqꝫ habebat propoſuerunt ſingu
li in miniſterium mittere habitantibus in
iudea fratribus. Quod ⁊ fecerunt mitten
tes ad ſeniores per manus barnabe ⁊ ſau
li. Et beatus franciſcus precipuus terreno
rum contēptor ⁊ paupertatis amator in re
gula dixit. Pro neceſſitatibus infirmoꝝ
⁊ fratribus induendis miniſtri tm̄ ⁊ cuſto
des ſolicitam curam gerant. Cum ꝟo tem
poralium ſolicitudo a ratione recta deficit
prohibita eſt ⁊ peccatū. Et de hac Xp̄us di
xit Mathei. 6. c. Nolite ſoliciti eſſe dicētes
quid māducabimus aut quid bibemꝰ aut
quo operiemur. ¶ Pōt aūt iordinata eē ſo
licitudo tꝑalium triplici ratione.

¶ p̄ rōne timoroſitatis.

¶ 2º rōne cupiditatis.

¶ 3º rōne contrarietatis.

¶ Primo eſt inordinata ſolicitudo rōne
timoroſitatis: qn̄. ſ. aliqs diffidens de deo
timet ne ſi non apponat omne ſuum ſtudi
um ⁊ pluſqꝫ oportet operetur neceſſaria
vite ſibi deficiant. Sed timorē talē xp̄s tri
pliciter excludit. ¶ p̄ ꝓpter maiora bn̄ficia
homini preſtita diuinitus preter ſuam ſoli
citudinem ſcilicet corpus ⁊ aiam. Ideo di/
cit. Nonne aia pluſqꝫ eſca ⁊ corpꝰ pluſqꝫ
veſtimētum. Ideſt ſi deus ꝓuidit dādo cor
pus ⁊ aiam ꝓuidebit de cibis ⁊ veſtimētis
faciendo qđ in nobis eſt. ¶ 2º ꝓpter ſubuē
tionē qua deꝰ alijs creaturis ꝓuidet abſqꝫ
opere humano ſm̄ ꝓportionē nature ſue.
Propterea dicit. Reſpicite volatilia celi:
qm̄ nō ſerūt neqꝫ metunt neqꝫ ꝯgregant
i horrea ⁊ pr̄ veſter celeſtis paſcit illa. Nō
ne vos magis pluris eſtis illis. ¶ 3º ꝓpter
diuinā ꝓuidentiā ꝓpter cuius ig̃rantiā gē
tiles circa tꝑalia bona q̄renda principali/
bꝰ ſolicitanť falſo opinātes tꝑalia iſta bo/
na a deo non ꝓuenire. Propterea ꝯcluſit
Xp̄s. Primū querite regnū dei ⁊ iuſticiā
eius ⁊ hec oia adiicientur vobis. Debet er
go quilibet ita ſolicitus eē circa tꝑalia bo
na vt tamen illa a deo ſperet ⁊ credat poſſe
obtinere. ¶ 2º eſt inordinata ſolicitudo tꝑa
liū ratione cupiditatis: vt eni ſcribiť in cō/
pendio theologie liº. 3. c. 19. tripliciter pōt
quis laborare pro bonis tꝑalibus acqren
dis ꝯſeruandis vel augmētandis. ¶ p̄ ra/
tione neceſſitatis. dicitur eni in p̄s. Labo
res manuū tuaꝝ qr manducabis btūs es
⁊ bn̄ tibi erit. ¶ 2º ratione ꝓximalis vtilita
tis. Cū. ſ. quis laborat nō ꝓpter ſuam aut
ſuoꝝ neceſſitatē: puta qr tꝑalibus bonis
abundat: ſed vt ꝓximis indigentibus ſub
ueniat ⁊ vt habeat vnde tribuat neceſſita
tē patiēti. ¶ 3º rōne auaritie abſqꝫ omni in
tentione ꝓuidendi ſue neceſſitati vel alie/
ne. Et ſic ſepenumero euenire ſolet ꝙ impleť
illud dictū Oratij. Jupiter extremos mer
cator currit ad indos. Per mare pauperiē
fugiens per ſaxa per ignes. Et vt ſcribitur
Eccleſiaſtes. 4. c. Unus eſt ⁊ ſecūdū nō ha
bet: nō fratrē: nō filiū: ⁊ tn̄ laborare nō ceſ
ſat nec recogitat dicens. Cui laboro ⁊ frau
do aiam meā bonis. ¶ Tertio eſt iordina/
ta ſolicitudo tꝑaliū ratiōe ꝯtrarietatis qn̄
ſ. artifices ⁊ mercatores abſqꝫ euidenti ne
ceſſitate contrarianť precepto dei ⁊ ecclie
de celebratione feſtoꝝ: dū freq̄ntiſſime die
bus feſtiſ ad nūdinas ꝓperāt ibiqꝫ vēdūt
⁊ emūt poſtpoſitis diuinis officijs. ¶ Arti
fices iſup vt ſūt ſartores ⁊ cerdones ꝑ to/
tas q̄ſi noctes feſtiuas oꝑanť ⁊ ſuos mini
ſtros oꝑari faciunt ⁊ de mane feſtoꝝ acce/
dūt ad domos ad induēdū viros ⁊ mlieres
nec curāt audire miſſā. Barbitōſores aūt
pleriqꝫ diebꝰ feſtiuis ſine aliq̄ neceſſitate
radūt aliquos qui politi ⁊ pulchri ob ſuā
vanitatē videri volunt. In q̄ caſu vterqꝫ ⁊
barbitōſor ⁊ ille quē radit videnť peccare
mortalr̄: qr feſtū violāt. Poſſumꝰ etiā di/
cere ꝙ iordinata ſit ſolicitudo in oꝑibꝰ illi
citis ⁊ ꝓhibitis: vt ſūt oꝑa meretricia vſu
raria taxillatoria ⁊ huiuſmodi.

¶ Quod mercatores ⁊ artifices peccāt dū in
vēdendo ⁊ emendo excedunt valorem rei.
Cap. 2m.

Secundum in quo artifices ⁊ merca
tores solent peccare est volūtas de/
prauata dum semper res vendere
volunt plusq̄z valent quod iniquum est ⁊
iniustum. vt enim inquit Tho. 22. q. 77. ar
ticulo primo. Emptio ⁊ venditio videntur
ītroducta pro communi vtilitate vtriusqz
dum scilicet vnus indiget re alterius ⁊ ecō
uerso sicut patet per philosophum primo
politice. Quod autem pro communi vtili
tate introductuz est non debet esse magis
vnius q̄z alterius. Et ideo debet inter eos
sm equalitatem contractus institui. quan
titas autem rerum que in vsum hominuz
veniunt mensuratur sm p̄cium datum ad
quod est inuentum nummi sūma: vt dicit
Arist. Et ideo si precium excedit quantita
tē valoris rei vel ecōuerso res excedat pre
cium tollitur iusticie equalitas. Hinc ē ꝙ
10. q. 2. c. Hoc ius. dicitur: ꝙ si in venditio
ne rei ecclesiastice plus offeratur q̄z res va
leat ecclesia recipere non debet sed tm̄ iu/
stum. Ratio est sm Archidiaconum in di
cto. c. quia ecclesia non debet dolum facere
in contractibus suis. Extra de donationi/
bus. c. Per tuas. Sic igitur res non pos/
sunt licite vēdi plusq̄z valeant nec minus
emi pēsato earū valore in respectu ad vsū
nostrum ⁊ p probabile iudicium humane
estimationis mēsurantis valorez rei infra
limites latitudinis competētis. Sed pro
maiore declaratione tria sunt hic vidēda:
¶ pm vnde accipiendus sit debitus valo/
re rei.
¶ 2m q̄ sit latitudo competēs valoris rei.
¶ 3m quid iuris quando fit excessus valo
ris reis.
¶ Ad pm tria sunt consideranda. ¶ Pri/
mum sm Scotum in quarto di. 15. Quod du
plex est valor rerū. Primus est valor na/
turalis. Secūdus est valor vsualis. valor
naturalis rei est sz bonitatē nature in re a
deo creata. Et hoc modo mus vel pulex vl'
formica plus valēt q̄z panis quia illa ha/
bēt vitam animam siue sensum ⁊ non pa/
nis vl' etiam lapis preciosus. Secundus
valor dicitur vsualis sz ꝙ assumitur in re
spectu ad vsum nostrū. Et hoc modo quan
to aliqua sunt vsibus nostris vtiliora tan
to plus valēt: ⁊ sm hoc plus valet panis
q̄z mus. Quia igitur actus emēdi ⁊ vēdē
di ad vsus humane vite merito ordinātur
Ideo rerum que sunt ad vsum humane vi
te venalium valor sumēdus est secūdo mo
do non primo. ¶ Secundum consideran
dum circa valorem rei ꝙ ipse valor rex se/
cūdo modo accept9 idest sm ꝙ sūt ad vsuz
nostrum in re venali tripliciter pēsatur. ¶ p
ex eius virtuositate. ¶ 2o ex eius raritate.
¶ 3o ex eius cōplacibilitate. ¶ Primo mo
do virtuositas rei attenditur sm ꝙ res ex
suis realibus virtutibus est nostris vtilita
tibus virtuosior ⁊ efficacior. Et hoc modo
bonus panis triticeus plus valet ad vsuz
nostruz q̄z ordeaceus. Et fortis equus ad
vecturam plus valet q̄z asinus. ¶ Secūdo
pēsatur valor rei venalis ex eius raritate:
idest sm ꝙ res ex sue inuētionis raritate ⁊
difficultate magis necessarie sunt pro quā
to videlicet ex earum penuria maiorē ipsa
rum indigētiam ⁊ minorē facultatē habē/
di ⁊ vtēdi habemus. vnde Hieronymus
93. di. c. Legimus. Omne rarum carum.
Et sic bladuz plus valet tēpore famis ⁊ ca
ristie q̄z tempore abundantie. Sic quatu
or elemēta ignis aer aqua ⁊ terra vilioris
p̄cij apud oēs estimantur propter eoruz co
piam q̄z balsamus vel aurum: q̄zuis illa
de se sint magis necessaria ⁊ vtilia vite no
stre. ¶ Tertio pēsatur in re venali eius com
placibilitas idest sm ꝙ magis vl' minus
beneplacet voluntati nostre habere talez
rē ⁊ vti eam. vti enim prout hic sumitur ē
rem in facultate voluntatis assumere vel
habere. Et ideo non modica pars valoris
venalium rerum ex bn̄placito voluntatis
pēsatur siue plus siue minus complacētie
in vsu huius rei sm ꝙ vnus equus grati/
or est vni ⁊ alter alteri. Et vnum ornamen
tum vni ⁊ aliud alteri. Et hoc modo vnus
rem alteri vilem multum appreciatur ⁊ si
bi reputat preciosam ⁊ caram ⁊ econuerso
¶ Tertium considerandum circa valorem
rex est ꝙ valor rex venaliū vix aut nunq̄z
potest a nobis determinari nisi per conie
cturalem et

cturalē̄m et probabilē opinionem. Et hoc non punctaliter sub indiuisibili ratiōe aut mensura in plus ⁊ minus: sed sub aliqua latitudine competenti respectu temporuȝ locorum ⁊ personarum: circa quam latitudinem diuersi homines estimando differre probantur. Et hoc etiam dicit Tho. in 4°. ꝙ scilicet valor rerum non consistit in puncto indiuisibili vnde aliquantulum plus: aliquantulum minus emere vel vendere non tollit equalitatem vel iusticiaȝ. ¶ Secundum quod erat videndum. Que sit latitudo competens valoris rei infra cuius limites precium possit extendi. Et ad hoc dicendum ꝙ hoc tripliciter innotescere potest. ¶ p̄ ex iure. ¶ 2° ex consuetudine. ¶ 3° ex discretione. ¶ Et primo ex iure quia si precium quo venditur res excedat medietatē iusti precij seu precium quo emitur deficiat a medietate iusti precij. Puta valet res decem florenis prout communiter estimatur ⁊ tamen venditor petit vel recepit sexdecim: vel cuȝ valet decē emptor emit pro quatuor cum dimidio tunc ꝫm iura cōtractus est nullus. Extra de emptione ⁊ vēditione. c. Cum dilecti. per iudicem irritādus vel facere supplere defectum commissum. Verūetiam si esset minor excessus q̄ȝ medietas iusti precij si sit notabilis vtiqȝ ꝫm Tho. 22. q. 77. ⁊ Scotū in quarto di. 15. est ibi iniusticia ⁊ per cōsequens peccatū mortale ⁊ restitutio facienda ab eo per queȝ fit deceptio aduertenter in precio multum excessiuo vel defectiuo. Sed si fiat deceptio ignoranter: quia scilicet emptor vel venditor estimat rem tantum valere tunc nō est ibi mortale. Ex quo ipse decipitur per errorem. Sed tn̄ cum perpendit vel sibi ostenditur tenetur ad satisfactionem. Alias tūc peccaret mortaliter si non vellet satisfacere Quod totum intellige quando defraudatur iusto precio emptor vel venditor ex errore seu ignorantia. Naȝ si sciens ⁊ aduertēs q̄ȝtitatem excessus vel defectus libere consensit in tale precium ⁊ contractum in nullo tenetur alter cum eo contrahens cū sciat illum aduertere de excessu vel defectu precij. Ratio est quia scienti ⁊ consentiēti non fit iniuria neqȝ dolus: vt patet de regulis iuris li°. 6. Sicut enim potest rem suam absqȝ omni precio dare et donare: ita etiam potest pro centesima parte iusti precij rem suam vendere ad suum beneplacitum ⁊ alteri pro quinta parte ⁊ alteri ꝓ iusto ꝑcio tm̄. Nec in hoc fit iniusticia ex parte alterius nisi cogeretur venditor ad vendendum aliqua magna necessitate ad hoc inducente cum non posset aliter sibi prouidere vellet tamen iustum precium sed inuenire non potest vel etiam magna leuitate ad hoc mouēte vt ꝓdigus ⁊ leuis tūc sec⁹ esset dicendum. ¶ Secundo ipsa latitudo precij potest innotescere ex consuetudine. Nam vt dicit Scotus. Experiētia satis patet ꝙ consuetudinarie relinquitur ipis permutantibus vt pensata mutua necessitate reputent se mutuo dare equiualens ⁊ hinc inde accipere. Durum quippe videtur inter homines cōtractus esse in quibus cōtrahentes non intendant aliquid de rigore iudiciali qui est vt tantum res emaf vel vendatur quantum valet sibi mutuo relaxare vt sic communem contractum cōmittetur aliqua datio vera. Et hic modus cōmutantium fundatur quasi super lege nature dicente: fac alteri quod tibi vis fieri. Satis ergo est probabile ꝙ quādo contrahentes mutuo sunt contenti mutuo sibi remittunt aliquomodo dum tamen nō enormiter deficiant a perfecta iusticia. ¶ Tertio inotescit latitudo precij rerum ex discretione. Dictat eni discretio ꝙ cum res in se valet decem tamen habenti est cara ⁊ vtilis vt duodecim. Si volo eaȝ habere dem sibi non tm̄ decem sed quātum sibi valet ex quo ipse retinere volebat: quia vtilis vt duodecim. vnde beatus Tho. vbi. s̄. dicit. ꝙ vendere rem plusq̄ȝ valeat est iniustum nisi in detrimentum cederet venditoris scilicet vendere quantum valet. Puta quia multum sibi est vtilis illa res vel necessaria. Tunc enim vendere poterit plusq̄ȝ res in se valeat quantum scilicet valet ipsi vēditori. Sed q̄ȝuis emptor multuȝ iuuetur ex re quā vult emere si vēditor inde nō dānificatur ex carentia ipsius rei non propterea plus potest vendere rem q̄ȝ valet in se quia vtilitas q̄ supuenit emptori nō est ex

cõditione vendentis nec ex conditione rei
in ſe ſed ex conditione ementis. vnde non
debet vendere illi quod non eſt ſuum. Si
tamen ſua liberalitate emptor vult aliqd
plus dare q̃z valeat res quia inde multuz
iuuatur poteſt recipi. ¶ Tertiuz quod erat
videndum quãdo ſit exceſſus in precio qd
iuris. Ad hoc dicẽdum ꝙ tripliciter poteſt
fieri exceſſus in precio rerum venaliuz vel
defectus. ¶ Primo quidem vltra dimidiũ
iuſti precij. Et ſic contractum poteſt reſcin
dere deceptus vel reſtaurationem dãni ſui
petere. Nec obſtat ſi dicatur vnuſquiſqz in
re ſua eſt moderator ⁊ iudex ſꝫ iura. Ergo
rei mee poſſum imponere precium quod
volo. Nec aliquis poteſt me cogere ad pre
taxatum precium ſicut nec etiam ad vẽdẽ
dum ſicut etiã emptor non cogitur ad emẽ
dum niſi precio ſibi beneplacito. Sicut er
go contractus emptionis ⁊ vẽditionis eſt
mere voluntatis. Sic etiam taxatio pre-
cij rerum venalium debet eſſe voluntaria
ſm voluntatem vendentis ⁊ ementis iux
ta illud vulgare. Res tantum valet quan
tum vendi poteſt. ¶ Ad hoc reſpõdetur ꝙ
q̃zuis quis non cogatur ad vendendũ rez
ſuam tamen in actu ex contractu vendẽdi
ſi vendere vult formam iuris ⁊ regulaz iu
ſticie ⁊ equitatis ſeruare debet. Et ideo in
acta vendendi non licet ſibi rei ſue ſtatue-
re iniuſtum precium ⁊ accipere quia tunc
non imponit rei vt ſimpliciter ſue preciũ:
ſed vt in alterum commutande. huiuſmo
di impoſitio cõmutatiue includit acceptio
nem precij preualentis. Accipere autẽ pre
ualens precij eſt iniuſtum ⁊ contra equita
tem. ¶ Inſuper ſm Hoſtienſem q̃zuis non
poſſit quis cogi ab initio vendere rem ſu-
am vel alienare: vt patet. C. de contrahen-
da emptione ⁊ venditione. l. Dudum. Si
tamen expoſuerit venalem ⁊ precium offe
ratur ſi pro iuſto precio vendere non vult
cogi poteſt per iudicem ꝙ iuſto precio ven
dat. ff. de officio preſidis. l. pª. ¶ Secundo
ſit exceſſus in precio notabilis non tamen
pertingens ad medietatem iuſti precij. Et
tunc aliqui dicunt licitum eſſe nec ad reſti
tutionem teneri quia iura hoc permittunt
vt. cº. preallegato Cum dilecti de empti. et
venditiᵉ. Sed hanc opinionem improbat
Tho. ⁊ Scotus vbi ſupra. dicentes ꝙ talis
ſcienter decipiens iniuſticiã facit ⁊ per con
ſequens mortaliter peccat ⁊ tenetur ad re
ſtitutionez eius in quo decepit. ¶ Ad ratio
nem illam que dicit ꝙ iura hoc permittũt
dicit Tho. ꝙ lex datur populo in quo ſunt
multi deficientes a virtute. vnde ſoluz pro
hibet ea mala que habẽt deſtruere huma
num conuictum pacificum ea puniendo:
vt furta: adulteria: notabiles deceptiones
in contractibus vt deceptio vltra dimidiũ
iuſti precij: ⁊ hoc cum punire poteſt abſqz
maiore ſcandalo. Alias etiam illa tolerat:
vt patet pª. q. 7. c. Quotiens. Et. 23. q. 4.
c. Ipſa pietas. Et di. 50. c. Ut conſtituere-
tur. Alia autem permittit non quia licita
ſed inquantum non punit ea ⁊ hoc ne pu-
niendo ſequantur maiora mala. Sed lex
diuina que datur omnibus nil dimittit im
punitum in hac vita. vel aliquid quod ſit
virtuti contrarium. vnde ſm diuinam le-
gem illicitum reputatur ſi in contractibus
equalitas non ſeruatur. Quod ſit plus rẽ
vendendo q̃z valuerit vel minus emendo
cum ſit precipue notabilis exceſſus. Con-
cordat hijs Joannes de lignaco ⁊ Joãnes
calderini ⁊ plures canoniſte dicentes illaz
decretalem habere locum: iure fori non iu
re poli. Et hoc ad vitãda multa litigia que
de leui poſſent quotidie fieri. ¶ Tertio ſit ex
ceſſus in precio quando ſit parum damni:
vt quia paulo plus venditur res vel paulo
minus emiť iuſto precio. Et tũc q̃zuis qui-
dam dicant indiſtincte non committi pec-
catum nec teneri ad reſtitutionez eo ꝙ pre
cia rerum con conſiſtant in puncto indiui-
ſibili: ſed habeant quandam latitudinem
in plus vel minus. verius tamen videtur
dicendum: ꝙ quia latitudo illa debet eſſe
competens ⁊ ſic habet limites ſuos qui ta
mẽ difficulter ſciri poſſunt. Ideo ſiquis in
emendo vel vendendo excedat aliquantu
lum limites non agens contra conſcienti-
am quia ſcilicet credit illud eſſe ſatis iuſtũ
precium ⁊ ſi rigidum non peccat nec tene-
tur ad reſtitutionem q̃zuis aliquantulum
excedat limites iuſti precij. Et tunc habet
locum illud quod illi dicunt ſcilicet omnez

contractum concōmitari aliquaz donatio nem ⁊ sibi inuicem partes remittere modi cuz plus vel minus iusto precio. Sed siqs contra conscientiam vendat plus vl'emat minus iusto precio: idest credens excedere summum graduz latitudinis precij: ⁊ si in modico non potest excusari a peccato sal/tem veniali: cum omnis deceptio ⁊ fraus sit peccatum ⁊ etiaz teneatur ad satisfactio nem. Sed ex quo minutie tales sint innu/mere ⁊ pax ide etiam leditur, primus dent illud sic iniuste acquisitū paupibus. i4. q. 5. c. Qui habetis.

¶ Qd artifices ⁊ mercatores auari pec/cant in fraudulētia, primo⁊ multipliciter. Cap. 3m

[T]Ertium in quo artifices ⁊ mercato/res peccare solent est fraudulentia reprobata. Pro declaratione tamē huius partis notanda sunt tria. ¶ pm no/tandum ſm Tho. 22. q. 54. q licet astutia fraus et dolus possint in actibus aliorum peccatorum reperiri communius tamē in vicio auaritie circa acquisitionem tempo/ralium consueuerunt exerceri. Astutia au tem, ppie est cum quis ad consequenduz aliquem finem bonum vel malum vtitur non veris vijs seu medijs: sed simulatis ⁊ apparentibus. Hoc autem est peccatum: quia contra rationem rectaz vnde ⁊ cōtra prudētiam. Neqz etiam ad bonum finem oportet falsis vijs ⁊ simulatis puenire sed veris ⁊ realibus quod facit prudentia. Et quia similitudinem habet cum ea in eo sci licet q vtitur ad perueniendum ad finem intentum illis medijs que conducunt ad ipsum. Sed prudentia iustis ⁊ debitis me dijs vtitur ad bonum finem. Astutia debi tis medijs ad malum finez. Ideo ipa astu tia aliquando dicitur prudentia propter dictam similitudinem: sed improprie. Sic ergo astutia cōsistit in excogitatione dicta rum viarum simulatarum ad aliquem fi/nē consequēdum. Puta in, pposito ad de cipiendum proximum in temporalibus: ¶ 2m notāduz q dolus est executio astutie ſm Tho. vnde consistit in executione dicta rum viarū falsarum que excogitantur per astutiam ⁊ principaliter fit per verba ad de cipiendum q̄zuis etiam ad malitias cor/dis excogitatas ad decipiendum extenda tur etiaz dolus. Iuxta illud Ecclesiastici ꝑ c. Cor tuuz plenum est dolo. ⁊ ad opera de ceptoria ſm illud Hieremie. 6. Cūcti faci/unt doluz. fit ergo dolus per verba ⁊ facta deceptoria. Fraus autez proprie per facta Et sic habes differentiam inter fraudem ⁊ dolum. Et sic dicitur fraus ⁊ dolus nemini debent patrocinari. Extra de rescriptis. c. Ex tenore. vt fraus inferatur ad facta de/ceptoria dolus ad verba. ¶ 3m notandum q fraudulentia ad proximum decipiendū fieri potest multipliciter.

¶ p̄ in rei quidditate.

¶ 2o in sui q̄ztitate.

¶ 3o in eius qualitate.

¶ 4o in soluēdi tarditate.

¶ 5o in precij mutabilitate.

¶ Primo fit fraudulentia in rei quiddita te siue substantia: vt si vendatur aurical/cum pro auro: vnus lapis preciosus pro altero: vinum limphatū pro vino puro: et huiusmodi. Secundū enim Tho. 22. q. 77. articulo. 2. Illicitum est vendere aurum ⁊ argentum alchimiatuz: quia non est adeo puruz sicut verum nec habet illas propriē tates ⁊ virtutes. Puta quia non letificat cor nec valet contra aliquas infirmitates ⁊ huiusmodi. Tamen si per alchimiam fie ret verum aurum non esset illicitum ven/dere pro vero: quia nihil prohibet artem vti aliquibus naturalibus causis ad pro/ducendos veros effectus ⁊ naturales: si/cut Augustinus docet in libro de trinita/te de hijs que fiunt opere demonum. ¶ Ad uertendum tamen: q in hijs qui vacant huiusmodi exercitio alchimie communi/ter verificatur illud Apostoli in secunda ad timotheum. 3o. capitulo. Semper adi/scentes et nunq̄z ad scientiam veritatis peruenientes. Experientias multas faci/unt ⁊ quasi nunq̄z ad perfectum effectum deueniunt. Multa consumunt in huius/modi ⁊ tempus ⁊ pecunias ⁊ laborem et famam: ⁊ semper in paupertate viuūt. Au rifices quoqz fraudem committunt qñ in vasis argenteis que vendunt non repitur

argentum in tot ligis in quot esse deberet
Aromatarij etiam in hoc deficiunt permi
scētes in cera in siruppis ⁊ medicinis mul
ta sophistica. ¶ Nōnulli adhuc vel falsant
monetas vel radunt in circuitu. Pro qui
bus dicit Glosa in.c. Quanto. Extra de iu
reiurando. Qui falsat monetam principis
exuritur. C. de falsa moneta. l. 2. Qui falsat
monetam ciuitatis capite punitur. C. eodē
l. pª. Sed ille qui nummos radit vł cingit
si liber est datur ad bestias si suus vltimo
supplicio punitur. ff. ad legem corneliam
de falsis. l. quicunqꝫ. Item punitur ille in
cuius domo falsa moneta cuditur: lꝫ illud
ignoret. C. de falsa moneta. l. pª. ℭ Secun/
do fit fraudulentia ad decipiendum proxi
mum in rei quantitate in pondere nume/
ro ⁊ mensura. Quod ꝓhibetur deuterono
mij. 25. c. vbi dicitur. Non habebis in sac/
culo tuo diuersa pondera maius ⁊ minus.
Et leuitici. 19. c. Nolite facere iniquum ali
quid ī iudicio in regula in pōdere ⁊ in mē/
sura. In pondere quidem fraus est cū dat
quis vndecim vncias pro duodecim vel ꝓ
vna libra carnium aromatum pisciū lane
lini ⁊ aliarum rerum ponderabilium. In
mensura fit fraus cum datur de panno li/
neo vel laneo minus debito: ⁊ sic de alijs
que mensurantur. In numero vt cuꝫ quis
debet aliquas res ī certo numero dare nu
merum diminutuꝫ tribuit. Omnes tales
sic fraudantes peccant ⁊ tenentur ad resti
tutionem vel damnificatis vel pauperibꝰ
si parum est vel incertum damnum. Iura
etiam ciuilia puniunt huiusmodi falsarios
Nam. ff. de extraordinarijs criminibus. l.
Annonam. Adrianus imperator euꝫ qui
falsas habuit mensuras in insulam relega
uit. Idem. ff. ad legem corneliam de falsis
l. penultima. ℭ Tertio fit fraudulentia in
rerum qualitate cum scilicet vendūtur car
nes infecte pro sanis. Aromata antiqua/
ta pro recentibus. Corium fragile pro du/
rabili. Animal infirmum pro sano. ¶ Sed
queritur an vēditor teneatur semper dice
re defectum rei quam exponit venalem.
Respondet Tho. 22. q. 77. ꝙ aut est occul
tus aut manifestus. Si occultus tunc aut
talis defectus reddit vsum illius rei vena
lis impeditum vel noxium aut nō. Si sic
puta cum quis vendit equum claudican/
tem pro veloci: vel domum ruinosam pro
firma: vel cibum corruptum pro sano pec
cat grauiter iniusticiā committēdo in frau
dulenta venditione ⁊ ꝓximum ex hoc dā/
nificando. Tenetur ergo manifestare viciū
rei. ff. de actionibus empti ⁊ venditi. l. pª.
§. Vēditorum. vbi dicitur ꝙ si vēditor scit
seruitutē deberi a predio vendito emptore
hoc ignorante tenetur emptori ad īteresse
Et. ff. de edilitio edicto. l. pª. §. Nunc. ⁊ §. Si
ītelligit. dī. Qui mancipium vendit debet
certiorare emptorem de moribus et vicijs
eius. Et. ff. de actionibus empti ⁊ venditi.
l. Iulianus. habetur ꝙ deceptus a falso vē
ditore sciente defectum habet actioneꝫ cō
tra eum quoniam in tradēdo deliquit. Ta
men potest perdere ius petendi remediuꝫ
nimis diu expectando: si videlicet transit
annus vtilis a tēpore vēditionis ⁊ morbi
cogniti. ff. de edilitio edicto. l. Sciendum.
⁊. l. Cum sex. Si autem defectus rei nō im
pedit totaliter vsum eius nec reddit noxi
um sed minus reddit rem vtilem si dimi/
nuat de precio quantum importat ille de/
fectus celando defectum non peccat dum
tamen non dicat mendaciuꝫ. Nec tenetur
manifestare vicium rei si tūc nec iustū pre/
cium inueniret vel etiam emptorem. Po
test enim adhuc talis res esse vtilis ad plu
ra ⁊ si nō ad omnia ad que valeret existēs
sine defectu. Multo magis si defectus sit
manifestus. Puta quia equus est mono
culus nō tenetur manifestare: sed tenetur
precium diminuere pro illo defectu quem
emptor ignorat nisi vsus eius esset pericu
losus vel noxius. Tunc enim tenetur em/
ptori dicere illud ignoranti. Immo non
deberet exponere venditioni precipue si ex
timet emptorem ex leuitate ⁊ presumptio
ne non curare se periculo persone expone/
re vel alium in vendendo rem defectuosā
decepturum. Nec ex hoc ꝙ aliquis fuit de
ceptus in emendo rem defectuosaꝫ credēs
bonam potest ipse similiter alium decipe/
re vendendo precio iniusto ac si nullum de
fectum haberet postqꝫ defectum nouit. Si
cut non licet furari alteri vł ledere: puta pe

tro eo q martin⁹ furatus est sibi. ¶ Quarto sit fraudulentia in solutionis diminutione ⁊ tarditate quando nō soluitur laborāti pro opere suo termino debito. Quod faciunt multi non tam ex impotentia q̄z ex auaritia: quia cum illa pecunia debita solui mercēnarijs vel alijs volūt aliquo tempore negociari ⁊ lucrari. Sed hoc est cōtra mandatum dn̄i Leuitici.19. dicentis. Nō morabitur opus mercennarij tui apud te vsq̄z mane. vnde dominus vinee cuz sero esset factum vt scribitur Mathei.20.c. dixit procuratori: voca operarios ⁊ da illis mercedem s̄m conuentionē factam. Aliqn̄ etiam pleriq̄z dant eis falsam monetam. Aliquando subtrahūt de debito sub diuersis vijs. Sed quid de depositarijs ⁊ officialibus communitatum habentibus dare pecunias nomine communitatis qui retinēt soluēdo hijs qui debent recipere aliquos denarios. Respōdetur quia aut tales sūt salariati a communitate sufficienter s̄m laborem officij ⁊ qualitatem: aut nō. In primo casu non possunt exigere nec recipere: non obstante cōsuetudine: que potius corruptela est. In secundo casu videt̄ eos posse exigere ⁊ consuetudinem eos excusare: que rationabilis est cum seruiat illis pro/nis. Et nemo cogatur de suo facere beneficium.13.q.p̄ª §.p̄. ¶ Quinto sit fraudulentia in pecunia ad res mutabilitate ex quo diminuitur debitum precium promissum: quia non indigentes aliquādo talibus rebus conducti in aliquo opere cū vendunt minus precium accipiunt q̄z constitit eis. Cōtra tales loquitur Jacobus.5.c. dicēs. Ecce merces operariorum qui messuerūt regiones vestras que fraudata ē a vobis clamat contra vos. Nec immerito q̄r graue peccatum est hoc modo pauperes laborantes defraudare. Nam cum pacta honesta debeant seruari. ex̄ de pactis. c°. p̄mo. Et.20.q.p̄ª.c°. Puelle. Et. ff. de pactis. l. Jure gentium. Ideo cum quis conducitur ad aliquod opus si promittit sibi dare pecuniam non debet illi dare victualia vel pannum vel alias res nisi inquātum velit ipse conductus sua spōte vel nisi alio modo nō posset sibi soluere ex defectu pecunie. Sūt ⁊ alie decipiendi artes fictiones ⁊ diabolice inuētiones quas melius noscūt illi qui talia agunt q̄z nos qui ea merito reprobamus. Non est hodie veritas nō rectitudo: non charitas: non pietas: nō deniq̄z dei timor in filijs hominum cū omnes currant post denarium ⁊ vt thesaurizēt diabolo potius q̄z deo seruire conantur. Hij auaritie veneno dulci inebriati regnuz celorum viribus totis effugiunt. Ad quod nos perducat iesus christus filius dei benedicti. Cui sit laus ⁊ gloria per infinita secula seculorum Amen.

¶ Feria secunda post dominicam oliuarum. De auaritia lusorum.

Sermo q̄dragesimus tertius.

Nr erat. Scribūtur h̄ verba Joannis.12.c°. ⁊ in euāgelio hodierno. Perijt iudas propter auaritiam que ad reliqua per illum commissa facinora impulit. Ob illaz quippe furabatur elemosynas oblatas christo ⁊ sibi commissas. Ob illaz de magdalena vngente caput iesu murmurabat. Ob illaz deniq̄z pijssimum iesum vendidit triginta denariis. Sed non ipse solus hoc vicio perditus fuit cum quasi innumeros habeat consortes vel imitatores sicut patet in precedētibus: vbi diximus de auaritia multorum. Preter illos vero inueniuntur ⁊ alij qui cupiditate pecunie ludendo rapere satagunt aliena. Idcirco in presenti sermone de auaritia lusorum verba faciemus. In quo de ipso ludo tria mysteria proponimus declaranda.

¶ p̄m di distinctionis.
¶ 2m malignationis.
¶ 3m restitutionis.

¶ De multiplici ludo. s. qui fit ex deuotione vel ex recreatione: vel cupiditate ⁊ mala intentione. Cap. p̄m.

p Rimū mysteriū de ludo declarādū di distinctionis. In quo notanduz q est triplex ludus.

¶ p̄⁹ deuotionis.
¶ 2⁹ recreationis.
¶ 3⁹ offensionis.

¶ Primus est ludus deuotiōis. Ad hūc
inuitat psa l. dicens. Oēs gentes plaudite
manibus iubilate deo in voce exultatiōis
Hūc ludū Dauid exemplo suo facere do
cebat cum luderet ipse ⁊ omnis israel co-
ram archa domini vt habetur primi pa-
ralipomenon. 13. c. Saltans nudus ⁊ psal
lens ob deuotionem ⁊ affectum eximium
ad xpm quem intellexit figurari in archa
illa in qua erant virga manna ⁊ tabule le
gis mosaice: que designabant tria. s. deita
tem xpi potentissimam: carnem purissimā
et animam xpi sapientissimam. ¶ De hac
archa sic scribit Aug⁹. 10. li. de ci. dei. c. 17.
Lex dei quam moyses accepit i archa erat
posita: que archa testimonij nūcupata est.
Erat ipsa lex in tabulis cōscripta lapideis
⁊ in archa posita. Hanc tempore peregri-
nationis in heremo cum tabernaculo qđ
simil'r appellatum est tabernaculum testi-
monij cum debita sacerdotes veneratione
portabant. Signūqꝫ erat q̄ per diem nu-
bes apparebat que sicut ignis nocte fulge
bat que nubes cum moueretur castra mo
uebantur ⁊ vbi staret castra ponebantur.
Reddita sunt aūt illi legi magni miraculi
testimonia. Et infra sequitur Aug⁹. In in
troitu terre ꝓmissionis iordane archa trā
seunte fluuius conuersus est retrorsū ⁊ po
pulus per siccū transijt. Deinde ciuitas q̄
prima hostilis occurrit more gentium de-
os plurimos colens septies eadem archa
circūacta muri repēte ceciderūt nulla ma-
nu oppugnati nullo ariete percussi. Post
hoc cum in terra promissionis essent ⁊ ea-
dē archa ꝓpter eorū peccata fuisset ab ho
stibus capta: hij qui eam ceperant in tem
plo dei sui quem pre ceteris colebant ho-
norifice collocauerunt abeuntesqꝫ clause
runt. Apertoqꝫ postera die: simulacrū cui
supplicabant inuenerunt collapsū defor
miterqꝫ confractum. Quā archam ipsi po
pulo iudeorū reddiderunt. Imposuerūtqꝫ
eam plaustro: eiqꝫ iuuencas a quibus vi-
tulos suggētes abstraxerant subiunxerūt
⁊ eas quo vellent ire dimiserunt. At ille si
ne homine duce atqꝫ rectore ad hebreos
gradientes nec reuocate mugitibus esuri
entium filiorum reportauerunt. Hec Au-
gustinus. Dum ergo dauid luderet coram
ista archa michol vxor eius eum despexit:
que significat synagogam olim dei sponsā
despicientem christi humilitatem ⁊ verita
tem mysteriorū eius. Dixit aūt dauid ad
michol: ludam ⁊ vilior fiam plusq̄ factus
sū ⁊ humilis ero in oculis meis: vt habe
tur secundi Regū. 6. c. vnde ⁊ ipsa michol
multū dilecta a dauid punita est a deo fa
cta sterilis bonis operibus. s. ipsa synago-
ga vsqꝫ ad finem mundi. ¶ Similes sūt lu
do dauid ludi represētationis natiuitatis
⁊ resurrectionis iesu christi ⁊ huiusmodi:
dum tamen deuote fiant vt ponitur a do-
ctoribus extra de vita ⁊ honestate clericoꝝ
c. Cum decorem. ¶ Secundus ludus est
ludus recreationis cū quis vtitur aliqui-
bus verbis vel factis solatiosis ob recrea-
tionem sui ⁊ alioꝝ. Ita tamen q̄ nil turpe
ibi misceatur vel deo aut proximo iniurio
sum nec grauitas animi totaliter resoluat
Et talis ludus sm Tho. 22. q. 168. pertinet
ad virtutē eutrapelie: vt dicit Aristo. in. 4.
ethicoꝝ. Et dicit aliquis eutrapelius a bo
na conuersione: quia scilicet bene conuer-
tit aliqua dicta vel facta in solatium. Et in
q̄tum per hanc virtutē homo refrenatur
ab imoderantia ludoꝝ sub modestia conti
netur. Sicut eni homo idiget corporali qe
te ad corporis refocillationē quia non pōt
continue laborare ex eo q̄ habet finitā vir
tutem que determinatis laboribus ꝓpor-
cionatur. Ita etiam ex parte aie cuius vir
tus est finita ad determinatas operatiōes
ꝓportionata est. Ideo qñ vltra modū suū
in aliquas operationes se extēdit laborat
⁊ ex hoc fatigat p̄sertim quia in opationi-
bus aie simul laborat corpus inq̄tum. s.
aia intellectiua vtitur viribus per organa
corporea opantibus. Sūt aūt bona sensi
bilia ꝯnaturalia hoi. Et ideo qñ aia supra
sensibilia eleuatur operibus rationis intē
ta nascit exinde quedā fatigatio animalis
siue homo intēdat operibus rōnis practi
ce siue speculatiue. Et magis si opibus cō
templationis intēdat: qr per hoc magis a
sensib⁹ eleuat q̄uis forte in aliqbus ope
ribus exteriorib⁹ rōnis practice maior la-
bor corporis ꝯsistat. Sicut ergo fatigatio

corporalis soluitur p corporis quietē:ita
etiaȝ oportet ꝙ fatigatio aīalis soluatur p
anime quietē. Quies autem anime est de
lectatio. vnde oportet remediuȝ contra fa
tigationē animalē adhibere per aliquā de
lectationem intermissa intentione ad insi-
stendum studio rationis. Hinc Augustin⁹
in secūdo musice ait. Uolo tandeȝ tibi par
cas. Nam sapientem decet interduȝ remit
tere aciem rebus agēdis intentā. Et Arist.
in quarto ethicoꝝ. In huius vite conuersa
tione quedam requies cum ludo attendē
da est. Ex hoc legit̄ de beato Joanne euan
gelista ꝙ cum quidam scendalizaret̄ eo ꝙ
cū auicula luderet mādauit ei vt arcū quē
gerebat traheret nec sagittam emitteret sȝ
tractum sic retineret. Quod cum ille fecis-
set ⁊ aliquando pre labore remisisset:quesi
uit vtrum sic tractum arcum detinere con
tinue posset. Qui respondit quia si sic face
ret ⁊ ipse labore deficeret ⁊ arcus confrige
retur. Unde beatus Joannes subintulit.
Similiter animus hominis frangeretur:
si nunq̄ȝ a sua intētione relaxaretur. ¶ Sȝ
in huiusmodi ludis tria sunt attendenda.
¶ p^m ꝙ non queratur delectatio in aliqui
bus operationibus vel verbis turpibus:
vt superius dictum est. vnde Tullius in p̄
de officijs ait. Est vnum genus iocandi illi
berale petulans flagitiosum obscenum.
¶ 2° attendendum est ne totalis grauitas
anime resoluatur. vnde Cicero libro prefa
to ait. Neqȝ enim a natura ita generati su
mus vt ad ludū ⁊ iocum facti esse videa-
mur:sed ad seueritatem potius ⁊ ad que-
dam studia grauiora ait maiora ludo aūt
⁊ ioco vti quidem licet sed sicut somno et
quietibus ceteris tum cum grauibus seri
isqȝ rebus satisfecerimus. Et Ambrosius
li° de officijs. Caueamus caueamus dum
relaxare animum volumus ne soluamus
omnem armoniam quasi cōcentum quen
dam bonorum operum. ¶ 3° attendenduȝ
est vt ludus conueniat persone tempori lo
co ⁊ ꝯm circunstantias debite ordinetur:
dum sic fit ludus conueniens est. vnde ali
qui ludi inuenti sunt:vt pro pueris ludus
pile:pro iuuenibus iactus pali:cursitatio.
pro viris ludus scaccorum qui nec etiam

clericis est prohibitus. Tamen ad tollen-
dum scandalum laicorum non debent cle
rici coram laicis ludere vbi scandalū esset.
Histrionatus honestus inuentus est pro
dominis precipue temporalibus: ⁊ sic de
alijs. ¶ Tertius est ludus offensionis:hic
est cum in eo offenditur deus. Sicut fit in
turpibus representationibus ⁊ periculo-
sis ac nociuis exercitijs:in in torneamen-
tis palestra ⁊ precipue ī ludo alee ⁊ huius-
modi. Et qa hec plena sunt peccatis. Ideo
Augustinus de pe. di. 6. dicit de penitente
cohibeat se a ludis. Et sancti viri tales lu-
dos euitauerunt. vnde Thobie. 3. dixit sa-
ra. Cum ludentibus non me miscui: nec
cum hijs qui ambulant in leuitate. De lu
do auteȝ alee nullus dubitare debet ꝙ sit
peccatum cum prohibeatur per legem ca-
nonicam ⁊ ciuilem vt patet. ff. de aleatori
bus per totum. Et in auctentico de sanctis
simis episcopis §. Interdicimus. Et extra
de vita ⁊ honestate clericorum. c°. Clerici.
Et di. 35. c. p̄. Et ꝯm Guill'm ludus alee in
telligitur omnis ludus qui innititur fortu
ne:vt ludus taxillorū chartarum naiboꝝ
q̄ȝuis in ludo chartarum ⁊ naiborū sit ali
quid industrie huiusmodi ludus potest eē
mortale peccatuȝ si fiat ex cupiditate non
recreatione.
¶ Qō quatuordecim sunt malignitates
que inueniuntur in ludo ex quibus huius
vicij grauitas apparere potest.

Cap. 2^m.

S Ecundū mysterium declaranduȝ de
ludo dicitur malignationis. In lu-
do quippe alee multe malignitates
reperiuntur ostendentes huius vicij gra-
uitatem. ¶ Prima malignitas est īfamia
hoc enim vicio laborantes infames red-
duntur:ita vt quilibet viri graues abhor-
rant eorum societatem effugiantqȝ paren
telas. ¶ Secunda malignitas est amissio
tpis. Nam ipsi lusores tp̄s male ꝯsumunt
⁊ ad idem inducūt alios aspiciētes. ¶ Ter
tia malignitas ē blasfēmia. In hoc vitupe
rabili exercitio plusq̄ȝ ī ceteris blasfēmat̄
deus ⁊ tota celestis curia. ¶ Quarta ma-
lignitas est ꝯtumelia. Lusores eni sepe si-
bi inuicē ꝯtumelias ⁊ v̄ba iniuriosa dicūt.

¶ Quinta malignitas est dissipatio sube
temporalis. Frequenter siquidē videmus
hoc euenire ꝙ amplissime facultates cōsu
muntur per ludum. ¶ Sexta malignitas
est furtum. Nam qui sunt dediti ludo cum
non habent ad ludendum furantur vel a
parentibus occulte accipiēdo ⁊ furtum est
vel ab vxoribus vel a vicinis vel a magi/
stris si sunt in exercitio artium mechanica
rum. ¶ Septima malignitas est gula: qui
enim vincunt in ludo sicut male acquisie/
runt pecuniā ita male expēdunt: quia va/
dunt ad tabernas vel faciunt conuiuia et
in vicio gule ac crapule multa exponunt.
¶ Octaua malignitas est homicidiū. Ipi
equidē lusores aliqñ de verbis veniūt ad
verbera ⁊ de verberibus ad vulnera ⁊ ho/
micidia. ¶ Nona malignitas est negligen
tia. Sunt lusores negligētes ad res diui/
nas nō curant audire missas diebus festi/
uis nec predicationes ⁊ spiritualia cuncta
postponūt. ¶ Decima malignitas est odi
um. Nam odium eos qui vincunt aliqñ se
ipsos ⁊ quod peius est deum qui non facit
eos vincere. Et in tantū odium insurgunt
qñqȝ vt quod non possunt ipsi scelesti ho/
mines facere in psona dei ⁊ sanctoꝝ faciāt
in picturis ⁊ imaginibus de quibus mira
culose aliquando exiuit sanguis. Et aliqñ
tales a demonio arrepti sūt ⁊ vexati. Odi
unt etiam homines reprehēdentes eos de
tanto scelere. ¶ Undecima malignitas est
iracundia. Redeunt qñqȝ lusores domuȝ
postqȝ perdiderunt pecuniā iracūdi impa
tiētes turbantqȝ vxorē ⁊ familiam totam.
¶ Duodecima malignitas est tristicia et
accidia. Nam ille qui perdit multa vexat
angustia ⁊ qñqȝ aliqui ad tantam despera
tionē venerūt vt seipsos occiderint. ¶ Ter
tiadecima malignitas est participatio sce
leris. Nam qui dant pecuniam lusoribus
ad ludendū pro parte lucri mortaliter pec
cāt. Qui mutuāt taxillos vel domos ad lu
dēdū participes sūt tāti sceleris. ¶ Quar
tadecima malignitas est pessima sodomia
Adolescentuli eni miseri vt habeant ad lu
dendū assentiunt omni turpitudini danti/
bus eis pecunias pro ludo. Proptea hec
oia cōminatur deus lusoribus dicēs Ysaie
65. c. Qui ponitis fortune mensam ⁊ liba
tis sup eā numerabo vos in gladio. Po/
nunt mēsam fortune qui ludunt exponen
tes se fortune. Et isti feriuntur gladio diui
ne vltionis siue in pñti per tpalia flagella
siue in futuro per eternas penas. ¶ Sȝ cir
ca hoc q̄ritur quid iuris cū altercantibus
duobus: puta petro ⁊ martino sup aliquo
rei euentu preterito vel futuro. Puta mor
te alicuius dñi vel aduentu alicuius prin/
cipis vnus vt petrus asserit mortuū taleȝ
dñm vel vēturum talē principē ad talē ci/
uitatē infra certū tempus. Quod si secus
fuerit obligat se martino daturum centuȝ
vel simile. Ita tamē ꝙ si ita non est vt asse
ruit martinus qui tenebat contrariū versa
vice teneatur dare petro centum vel simile
ƀm conuentionē adinuicem factam: vtruȝ
tale lucrum sit licitū: Respōdent doctores
ꝙ non: sed est turpe lucrum, ꝓcedēs ex aua
ritia ⁊ nulli deseruiens vtilitati: sed vanita
ti. Non tñ restituere oportet de necessitate
sed pauperibus est erogandum: ⁊ hoc ma
gis ex consilio q̄ȝ ex ꝑcepto. Et videtur ha
bere similitudinē aliq̄ȝ ad ludū q̄ȝtum ad
futuꝝ euentum. Nulla eni lex mādat resti
tutionē in huiusmodi: et si lex diuina ⁊ na/
turalis ꝓhibeat oēm actū auaritie ⁊ illici
te acquisitiōis vt meretricij ⁊ torneamēti.

¶ De varijs opinionib⁹ an sint restituēda acq̄sita per ludos ꝓhibitos. Cap. 3m.

T Ertium mysteriuȝ declarandum de
ludo dicitur restitutionis. Scd̄ȝ eni
Tho. 22. In tribus casibus tenetur
quis restituere quod acquisiuit per luduȝ
de iure diuino: ita ꝙ non debet paupibus
erogari sed restitui nisi cum nescirentur vl
non inuenirentur psone: sicut accidit in ali
is restitutionibus. ¶ Primus casus est cū
acquirit quis ab hijs qui alienare nō pos/
sunt ƀm Raymundū vt sunt furiosi ꝓdigi
minores. xx. annis ⁊ maxime pupilli ⁊ mē
tecapti surdi muti ceci ⁊ qui perpetuo mor
bo laborant. Qr eni tales rei sue prouidē
non possunt dandi sunt eis tutores vel cu
ratores. Instituta de curatoribus §. Furio
si. Et quod dictum est de prodigis videtur
intelligendum de hijs quibus ratione pro
digalitatis dati sunt curatores a iudice et

non de alijs. Serui etiam cum quicq̄d ha
bent ſit dominoꝝ. Et quicquid ſeruus vti
lis acq̄rit dn̄o ſuo acquirit. C. per quas per
ſonas nobis acquiritur. l. pͣ. ff. de tempo
ribus publicis. l. Pecuniaꝫ. quare ipi ſer
ui alienare nō poſſūt. Sed religioſi ſiqua
haberent ad vſum ſuum vel per admini/
ſtrationem illa tamē donare vel alienare
nō poſſūt illicite vt in ludis: vnde qui eis
vincerent etiam prelatis ad reſtitutionem
tenentur vel monaſterijs vel prelatis. Cle
rici q̄ꝫtum ad res eccleſie alienare nō poſ/
ſunt in ludis: filijfamilias qui emancipati
non ſunt a patre alienare non poſſunt per
ludum vel alios modos. Similiter vxores
ſi non habent parafrenalia. Qui itaqꝫ ac/
quirit ab hijs per ludum tenetur reſtitue/
re tutoribus vel curatoribus vel prelatis
aut dominis eoꝝ: niſi forte ſit quid modi/
cum de quo preſumi poſſet ꝙ curatores ⁊
alij prenominati non curarēt. ¶ Secūdus
caſus eſt cum acquirit quis per fraudes:
puta vtēdo falſis taxillis vel aliomodo de
cipiendo. Nam hoc reſtituenduꝫ eſt ei qui
amiſit vel hn̄ti curā eius. Reputatur eni
hoc vt furtum. ¶ Tertius caſus eſt cū quis
attraxit aliquem ad ludum per vim vel ni
miam importunitateꝫ ſiue in principio lu
di ſiue in medio cuꝫ alius vellet dimittere
ludum ⁊ alius non ſinit. Cum auteꝫ quis
lucrat̄ in ludo cū volūtario valente aliena
re ⁊ ſine fraude: an reſtituere teneatur. Ali
qui dicunt ꝙ debet illud pauperibus ero/
gare ⁊ de neceſſitate ⁊ non poſſe ſibi retine
re. Alij v̄o dicunt hoc de honeſtate conſilij
non de neceſſitate precepti fiendū. Et quā
uis prima opinio ſit ſecurior ⁊ ideo potius
conſulenda non tamen de neceſſitate ipo/
nenda. Nam Tho. ⁊ Riccardus in quar/
to nil dicunt de erogatione pauperibus fiē
da quo ad eos qui nō ſunt aſtricti legibus
imperialibus. Joannes andree ⁊ Joānes
calderini ſuper cᵐ Clerici de vita ⁊ honeſta
te clericorum. dicunt tutum eſſe talia pau/
peribus erogare nō tamen dicunt fore ne
ceſſarium. Franciſcus de zabarellis dicit:
poſſe defendi talem opinionem ſcilicet ꝙ
non debeāt omnino talia pauperibus ero
gari: quia conſuetudo potuit dominiū per
dentis in vincentem transferre Joānes de
imola iſta allegat ⁊ nō reprobat. Raymū
dus etiam in ſumma ſua dicit ꝙ lꝫ multi
ſapiētes dixerint acquiſita per ludos alee
non reſtituenda ſed pauperibus erogāda.
Tamen modo ſic ſeruatur ꝙ nec ad erogā
dum pauperibus ſint cogendi. Sed fieri
pōt de huiuſmodi elemoſyna ſicut de me/
retricio quod vtiqꝫ conſulitur non impera
tur. Petrus de palude dicit in quarto ali
quos tenere ꝙ qui non eſt locupletior am
plius non tenetur qui ſcilicet perdidit qđ
per ludū fuerat lucratus lege humana ꝓ/
hibitum. quia talis non erat obligatꝰ pau
peribus ratione alicuius recepti ab eis vl̄
commiſſi in eos. Igitur ne detur via ludis
⁊ turpibus lucris conſulendum eſt ⁊ pſua
dendum ad eroganduꝫ pauperibus ⁊ pre
cipue q̄ꝫtum ad illud quod remanet in lu
cro vltra perdita in eo ⁊ alia ſaltim paula/
tim ⁊ per interualla temporuꝫ. Non tamē
vt eſt dictum quis eſt ad hoc cogēdus. Sꝫ
diſcrete ſi fieri poteſt inducēdus. Corrigāt
ſe itaqꝫ luſores ⁊ reuertātur ad dn̄m quia
ipſe dabit illis gratiā ⁊ tandē gloriaꝫ ſem
piternam Amen.

¶ Feria tertia poſt dominicam oliuarum.
De peccato odij.

Sermo q̄drageſimus quartus.

o **Derūt me gra**
tis. Scribunt̄ hec verba pſ. 34.
Suffocauit mentes phariſeorū
ardens odium quod ad chriſtum propter
ſuam iniquitatem habebant. Illo eniꝫ ex
cecati omnem iuſticiaꝫ peruerterunt oiſqꝫ
humanitatis obliti mortem crudeliſſimā
innocentis ieſu procurare conati ſunt. Si
miles autem illis efficiuntur pleriqꝫ chri/
ſtiani qui odio proximorum detenti nec cō
fiteri neqꝫ communicare volūt. Inuetera
ta quippe odia ⁊ inimicitias retinentes:
diabolo potius placere ſtudent q̄ꝫ chriſto.
Non mouentur ſtimulo conſcientie: non
preceptis eccleſie: non amicoruꝫ ſuaſione:
non doctrina predicatorum: non deniqꝫ
memoria chriſti ieſu pro nobis crucifixi.
Iccirco in preſenti ſmone decreui de odio

in generali loqui de quo redemptor noster dicit verba proposita: affirmans q iudei oderunt eū gratis idest sine causa. Distinguemus autē triplex odium.
¶ pm est odium dei.
¶ 2m est odium sui.
¶ 3m est odiuz p̄rimi.
¶ De odio dei qualiter. s. et ex qua causa pōt haberi odio: et q odiū dei est grauissimum peccator. Cap. pm.

P Rimum est odium dei summe fugiendū ad detestandum de quo consideremus tria. s.
¶ Possibilitatem.
¶ Causalitatem.
¶ Grauitatem.
¶ Primo consideremus de odio dei possibilitatem. Quomodo videlicet possit deus haberi odio. Quod sic declarat Tho. 22. q. 34. Odium inquit est quidam motus appetitiue potentie que non mouetur nisi ab aliquo apprehenso. Deus autem dupliciter apprehendi siue cognosci potest ab homine. Unomodo bm seipsum: puta cum per essentiam videtur. Aliomodo per effectus suos cum scilicet inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Deus autem per essentiam suam est ipsa bonitas quam nullus odio habere potest quia de ratione boni est quod ametur. Et ideo impossibile est q aliquis videns deum per essentiam illum odio habeat. Unde Dionysius libro de diui. nominibus. c. 4. ait. Omnibus amabile et diligibile est primum bonum et pulchruz. Est autem ipse deus ipsa bonitas et pulchritudo. Inquantum autem deus cognoscitur per effectus suos sciendum q aliqui effectus dei sunt qui non possunt vllo modo contrariari voluntati humane vt esse viuere et intelligere. Quodlibet autem horum est appetibile et amabile omnibus. vnde bm q deus apprehenditur vt actor horū effectuum videlicet inquantuz est creator benefactor veritas et huiusmodi non potest odio haberi. Ideo Dionysius ait q deus omnia conuertit ad seipsum inquantū scilicet est omnibus principium essendi qr omnia inquantum sunt tendunt in dei similitudinem qui est ipsum esse. ¶ Secundo consideremus de odio dei causalitatez. Nam sunt quidam effectus dei qui ex malicia hominum sunt ipsis causa vt deū odiant: quia repugnant inordinate humane voluntati. Hij sunt prohibitio peccatorū. Inflictio aduersoruz. Et denegatio desideratorum. Ex hoc enim q deus prohibet aliqua mala que aliqui vellent facere. Sz conscientia remordet et non sinit ita libere agere sine stimulo remordente: vel etiam quia alij nō assentiunt male voluntati eorum ex prohibitione dei. Ideo odiunt deū qui talia prohibuit. Aliqui vo odiunt deum propter aduersa que sustinent a deo: et numero istoruz sūt damnati de quibus in ps. dicitur. Superbia eoruz qui te oderūt ascendit semper. Non tamen omnis qui odit penas odit deum. Nam multi tolerāt patiēter penas ex reuerentia diuina. Sed prorumpere in odium ipsius dei punientis tanq̄ iniuste puniat quod faciunt damnati: hoc est odire diuinam iusticiam. Alij vo odiunt deum cum non implet illorum desideria quod sepe facit pro ipsorum beneficio quibus dicere potest. Nescitis quid petatis. ¶ Tertio consideremus de odio dei grauitatem. Est quippe peccatū istud grauissimum: et vt inquit Tho. Omnium peccatorum pessimum quia opponitur dilectioni dei que est optimū hominis. Et bm philosophū. 8. ethicorum. optimo opponitur pessimuz. Insuper defectus peccati cōsistit in auersione a deo que auersio rationem peccati non haberet nisi voluntaria esset. vnde peccatum consistit in voluntaria auersione a deo. Sed hec voluntaria auersio per se importat in odio dei. In alijs vo peccatis participatiue et quasi p aliud. Sicut enim voluntas per se inheret ei quod amat ita et p se refugit id quod odit: vnde quando aliquis odit deuz auertitur ab eo bm se voluntas eius. Sz in alijs peccatis puta cuz fornicatur non auertitur a deo bm se sed bm aliud inq̄tum. s. appetit inordinatā delectationez que habet annexam auersionem a deo. Semp autē id qd est per se est potius eo quod est per aliud.
¶ De odio suiipsius: et quomodo vnus

gsq3 tenetur ex charitate diligere se ꝛ cor pus ꝓpriū ꝛ ꝙ peccatores non se diligūt.

Cap.2m.

Secundū est odiū suiipsius cū quis odit semetipsum. Sed vt clari9 hoc intelligatur tria hoc loco dubia sūt disputanda.

¶ pm vtrū homo teneatur diligere semetipsum ex charitate.

¶ 2m vtrū corpora nostra sint ex charitate diligenda.

¶ 3m vtrū peccatores diligāt seipsos.

¶ Ad pm dubiū respondet Tho.22.q.25. ꝙ cum charitas sit amicitia quedā dupliciter possum9 loqui de charitate. Unomodo sub communi ratione amicitie. Et ꝓm hoc dicendum est ꝙ amicitia proprie non habetur ad seipsum sed aliqd maius amicitia quia amicitia vnionem quandā importat. Dicit enim Dionysius ꝙ amor est virtus vnitiua vnicuiq3 autē ad seipsum est vnitas que est potior vnione. vnde sicut vnitas est principiū vnionis ita amor quo quis diligit seipsum est forma ꝛ radix amicitie. In hoc enim amicitiam habem9 ad alios ꝙ ad eos nos habemus sicut ad nosipsos. Dicitur enim. 9. ethicor. ꝙ amicabilia que sunt ad alterum venerunt ex hijs que sunt ad seipsum. Sicut autem de principijs non habetur scientia sed aliqd maius scilicet intellectus. Aliomodo possumus loqui de charitate ꝓm propriam rationem ipsius ꝓut. s. est amicitia hominis ad deum principaliter ꝛ ex consequenti ad ea que sunt dei inter que est etiam ipse homo qui charitatem habet sicut ꝛ inter cetera que ex charitate diligit. Quare homo diligit seipsum ex charitate ꝓm propriam rationem charitatis non ꝓm cōmunē: ꝓm quam dicit Gregori9 in homelia. Minus q3 inter duos charitas haberi non potest.

¶ Secundū dubium fuit vtrū corpora nostra sint ex charitate diligenda. Et quidā dicunt ꝙ non. ꝓ quia Joannis.12.c. scribitur. Qui amat animam suam perdet eam constat ꝙ anima non stat ibi nisi pro vita carnali ergo corpora non sunt diligenda. Secundo nihil est ex charitate diligendu3 quod impedit hominem ad assecutionem beatitudinis. Sed caro corporis nostri est huiusmodi. Ergo ꝛc. Ait enim Apl'us ad galathas. 5.c. Caro concupiscit aduersus spiritum ꝛ spiritus aduersus carnē. Et ad romanos. 7.c. Inuenio aliam legē in mēbris meis repugnantem legi mentis mee. Tertio ratio imaginis siue expressa assimilatio ad deum est illud quod facit creaturam diligi ex charitate. Sed in corpore cōmunicamus cum brutis nec perfectio imaginis repitur in nobis ex parte corporis quare ꝛc. Sed contrariū ostenditur ꝑ scripturas. Nam Aug9 li° ꝓ de trinitate ponit quatuor ex charitate diligenda inter que enumerat corpus. Et Apl'us ad ephesios 5.c. ait. viri diligere debent vxores suas sicut corpora propria. Respōdetur ergo ꝓ3 Bonauenturā in 3° di.28. ꝙ cu3 charitas sit pondus inclinans ad summū bonu3 et perfectam beatitudinem omne illud facit diligere quod est beatū vel btificabile. Cōtingit autem aliquid esse beatū tripliciť. s. per essentiā: ꝛ per primā influentiā: ꝛ per quandā redundantiā. Hinc est ꝙ oīa ista sūt ex charitate diligenda ꝓm prius ꝛ posterius: ꝓm magis ꝛ minus. beatū aūt per essentiam est solus deus. beatū per primā influentiam est spūs rationalis. beatū deniq3 per quandā redundantiā est corpus humanu3 in quod gaudiū glorie redūdat per coniunctionē sui ad animā beatā. Hic est ꝙ charitas facit nos diligere deū ꝛ rationalē spūm ꝛ etiā corpus nostr. ¶ Ad pm in contrariū adductū est dicendū: ꝙ in corpore nostro est viciositas concupiscentie ꝛ bonitas nature. Et quia viciositas cōcupiscentie inclinat ad malum ideo est odienda ꝛ siquis eam diligit odit animā suam. Quia ꝟo bonitas nature ordinata est ad summū bonum quodāmodo cōparticipādum: ideo est diligēda. Cū ergo deus hortatur ad odiendā aīam nr̄am siue carnalē vitā ex hoc non ꝯcludiť ꝙ corpora nr̄a nō sint ex charitate diligēda simpliciť s3 ꝙ nō sūt diligenda q3tū ad viciositatē concupiscentie. Et hoc patet responsio ad secundū obiectum ꝙ caro non repugnat spiritui: nec impedit ad assequendam beatitudinē ꝓpter bonitatē nature s3 ꝓpter viciositatē

concupiscentie contracte. ¶ Ad tertiuꝫ ꝟo dicit Bonauētura ꝙ lꝫ corpꝰ humanum non sit ad imaginem dei per se tamen vnitum est anime que est ad dei imagineꝫ vnitum inqꝫ in vnitate nature. Et ratione illiꝰ est btitudinis cōparticipabile. Ideo est ex charitate diligendum. ¶ Tertium dubiuꝫ fuit vtrum peccatores diligant seipsos. Et ꝙ non videtur ex verbis Dauid in ps̄ dicentis. Qui diligit iniquitatē odit animā suam. ¶ Sed contra arguit. ¶ p̊ qꝛ illud qđ est principiuꝫ peccati maxime in pctōribꝰ reperitur. Sed amor sui est principiū peccati: ergo maxime in pctōribus reperitur. Nā vt dicit Augꝰ li°. 14. de ciuitate. Amor sui facit ciuitatē bobylonis. ¶ 2° arguit: qꝛ peccatū non tollit nām. Sed hoc vnicuiqꝫ conuenit ex sui natura ꝙ diligat seipm. vnde etiā creature irrationales appetunt proprium bonum: puta ɔseruationē sui esse ⁊ alia huiusmodi. Ergo peccatores diligunt seipsos. ¶ 3° arguitur: quia ſm Dionym li° de diuinis nominibus. Oībus est diligibile bonum: sed multi peccatores reputant se bonos. Ergo multi peccatores diligunt seipsos. ¶ Respondet hijs Tho. 22. q. 25. Qđ amare seipsum vnomodo commune est oībus. Aliomodo proprium est bonoꝝ. Tertiomodo proprium est maloꝝ. Qđ eni aliquis amet id qđ seipsuꝫ esse existimat: hoc commune est oībus. Homo aūt dicit esse aliquod dupliciter. ¶ Unomodo ſm substantiam suam ⁊ naturā ⁊ ſm hoc omnes estimant ſm bonum commune se esse id quod sunt scilicet ex anima ⁊ corpore compositos ⁊ sic omnes homines boni ⁊ mali diligunt seipsos inqꝫtum diligunt sui ipsorum conseruationē quod naturale est vnde nec vicium. ¶ Ideo Cicero in p̊ de officiis ait. Principio generi animantiū omni est a natura tributum vt se vitā corpusqꝫ suum tueatur declinetqꝫ ea que nocitura videantur. ¶ Aliomodo dicitur homo aliquid esse ſꝫ principalitatē. Sicut p̄nceps ciuitatis dicitur esse ciuitas. vnde qđ principes faciunt dicitur facere ciuitas. Sic autē non oēs estimant se esse qđ sunt. Principale eni in hoīe est mens rationalis. Secūdariū est natura sensitiua ⁊ corporalis.

Quoꝝ primum apostolus nominat īteriorem hominē: 2m ꝟo hominem exteriorem 2e ad corinthios: 4. c. dicens. Lꝫ is qui noster est homo exterior corrumpatur. s. corpus: tamē is qui noster est homo interior renouatur de die in diē: idest mēs rationalis. Mali igitur estimāt principale esse in eis naturam sensitiuam vt corpus. vnde non recte cognoscētes non vere diligūt se ipsos: quia nō ſm id quod vere est principale in eis. Boni ꝟo cognoscētes vere se ipsos: vere seipsos diligunt: quia ſm id qđ vere est principale in eis idest ſm mentem rationalem. Et hoc ꝓbat philosophus. 9. ethicoꝝ per quinqꝫ que sunt amicitie propria vnusquisqꝫ eni amicꝰ. ¶ p̊ quidē vult suum amicum esse ⁊ viuere. ¶ 2° vult ei bona. ¶ 3° operatur bona ad ipsum. ¶ 4° conuiuit ei delectabiliter. ¶ 5° concordat cū ipso in eisdem contristatus ⁊ delectatus. Et ſm hoc boni diligunt seipsos qꝫtum ad interiorem hominem quia volunt ipsuꝫ seruari in sua integritate ⁊ optant ei bona q̄ sunt bona spiritualia. Et operantur diligēter spiritualia bona. Et delectabile ad cor proprium redeunt quia ibi inueniunt bonas cogitationes in presenti ⁊ memōriaꝫ bonorum preteritorum ⁊ spem future beatitudinis ex quibus delectatio causatur. Similiter etiam non patiunt in seipsis voluntatis discensionem quia tota anima eorum tendit in vnum. Econtrario autē mali non volunt conseruari integritatem interioris hominis neqꝫ appetunt spiritualia eius bona neqꝫ ad hec operantur neqꝫ delectabile est eis secum conuiuere redeundo ad cor quia inueniunt ibi mala ⁊ presētia ⁊ futura que ⁊ preterita que abhorrent neqꝫ etiam sibiipsis concordant propter conscientiam remordentem. Et sic concludendo respondet Tho. ad primuꝫ argm ꝙ mali amant semetipsos amore illo propō qui est ipsorum maloruꝫ perueniens vsqꝫ ad contemptum dei: quia sic inclinātur ad exteriora bona ꝙ spiritualia contemnunt. ¶ Ad secundū autē argm dicit Tho. ꝙ naturalis amor nō tollit a malis sed puertit mō iā dicto. ¶ Ad 3m ꝟo argm dicendū ꝙ mali q se reputant bonos decipiūt seipsos

⁊ ita amor eo[illegible] ad se est apparens quo-
niam qui faci[illegible] iniquitatem hostes sunt
anime sue. Pr[illegible]erea Christus dixit Jo
annis. 12. c. Qui amat animam suam per-
det eam. Et qui odit animam suam in hoc
mundo in vitam eternam custodit eam.
Amare animam in hoc mũdo est hec tem
poralia bona cum peccato velle ⁊ acquire
re. Et licet hoc videatur ex amore procede
re odio tamen magis est imputandum: q̄r
sic acqritur eterna perditio.

¶ Q̄ȯ odium proximi est graue peccatuꝫ
⁊ de originalibus eius causis atqꝫ tribus
pessimis fructibus ab odio ꝓcedentibus.
Cap̄. 3m.

Tertium est odiũ proximi. de quo cõ
sideremus tria videlꝫ.

¶ P̄ eius offensionem.
¶ 2° eius originationem.
¶ 3° eius fructificationem.

¶ Primo consideremus de odio proximi
offensionem. Est enim peccatum odiũ pro
ximi ab alijs distinctum ⁊ mortale quãdo
est ſm deliberationem rationis. Q̄ȯ pro-
batur. Nam Joannes pa sua canonica. c.
2. ait. Qui odit fratrem suum in tenebris
est. Et. 3. c. Qui odit fratrem suum homici
da est scilicet anime sue. Et de pe. di. pa. c.
Homicidiorum. Nam qui occidit et qui odit
⁊ qui detrahit pariter homicida est. ¶ Sꝫ
posset quis obicere q̄ non omne odiũ pro
ximi sit peccatuꝫ. Et p̄ probatur: quia nul
lum peccatum inuenitur in preceptis vel
in consilijs diuine legis ſm illud prouer-
biorum. 8. c. Recti sunt omnes sermones
mei vnde non est in eis prauuꝫ quid neqꝫ
peruersum. Sed Luce. 18. dicitur. Siquis
venit ad me ⁊ non odit patrem suum ⁊ ma
trem ⁊ vxorem ⁊ filios adhuc autem ⁊ ani
mam suam: non potest meus esse discipu-
lus. ¶ Secundo ꝓbatur q̄ odium proximi
non semper sit peccatum. Nam odire pec-
catores non est peccatuꝫ. Sed peccatores
sunt proximi nostri: quia vt dicit Augꝰ in
primo de doctrina christiana. Cum dicitur
diliges proximum tuum omnẽ hominem
noueris proximum esse putandum. ergo
⁊c̄. Q̄ȯ autem peccatores odio sint haben
di patet ex verbo Dauid sancti: qui dixit,
Iniquos odio habui ⁊ legem tuam dilexi
Insuper peccatoribus exoptabat mala in
quiens. Conuertantur peccatores in infer
num. ¶ Tertio probatur q̄ odiuꝫ proximi
non semper sit peccatum. Omne eniꝫ pec
catum repugnat nature: sed odire inimicũ
est naturale: ergo ⁊c̄. ¶ Respondet Tho.
22. q. 25. ⁊. q. 34. q̄ duo possunt in homine
considerari. Natura scilicet ⁊ culpa. ſm na
turam quã a deo habẽt capaces sunt bea-
titudinis super cuius communicatiõe fun
datur charitas: ⁊ ſm hoc omnes homĩes
diligendi sunt boni ⁊ mali ⁊ nullus odien
dus. Scd̄m culpam v̄o qua aduersantur
deo peccatores sunt odiendi etiam pater
mater ⁊ propinqui. Debemus eni in pec
catoribus odire q̄ peccatores sunt: sed di
ligere q̄ homĩes sunt. vnde Leo papa di.
86. c. Odio. Odio inquit habeantur pec
cata ⁊ non homines. Et sic soluuntur obie
cta. Nam parentes q̄ꝫtum ad naturam ⁊
affinitatem qua nobis coniunguntur ſm
preceptum dei ⁊ nature diligendi sũt ⁊ ho
norandi. Odiendi autem sunt q̄ꝫtum ad
hoc q̄ impedimentum prestant nobis ten
dendi ad perfectionem diuine iusticie. Sic
dauid odio habebat peccatores quia odie
bat illorum iniquitatem. Similiter inimi
ci habendi sunt odio non q̄ꝫtum ad natu-
ram ⁊ bona que habent a deo: sed quantũ
ad eorum culpam: ſm quã sunt nobis ini
mici. ¶ Secundo consideremꝰ de odio pro
ximi originationem. Scd̄m eni Durandũ
ordinis minorum in sũma sua ex triplici cau
sa oritur odium.

¶ pa est displicentia veritatis.
¶ 2a est displicentia bonitatis.
¶ 3a displicentia recepte penalitatis.

¶ Prima est displicentia veritatis. Aliq
enim sunt ita peruersi q̄ odio habent dili-
gentes se ⁊ amant odientes se idest qui re
re nocent sibi inducentes ad mala ⁊ econ-
tra retrahentes a malis per admonitionẽ
odiunt: ⁊ hoc propter displicentiam verita
tis. vnde Terentius ait. Veritas odiuꝫ pa
rit. De numero horum fuit achab rex isra
el qui dicebat de Michea propheta. Ego
odi eum quia non prophetat mihi bonum
sed tm̃ malum: vt scribitur tertij Regum

22.c. Quia enim dicebat sibi veritatem re/
prehendens eum ⁊ prenuncians que icur
reret cum populo ꝓpter peccata sua ⁊ nõ
adulabatur regi: vt pseudo prophete qui
prenunciabant sibi ꝓspera: ideo ipsũ mi/
cheam odiebat. ¶ Secunda causa ex qua
nascitur odium est displicentia bonitatis.
Mali enim eoipso ꝙ mali sunt bonos vi
dere vel bona de eis audire non possunt.
Quod ꝓcedit ex inuidia vel quia virtus bo
norum confundit ⁊ obscurat malitiam ini
quorum. Sicut genesis. 37. c. dicitur de io
seph. ꝙ oderant eum fratres sui nec pote/
rant ei quicꝗ pacifice loqui. quod erat ꝓ/
pter singularez bonitatem eius. vnusquisqz
eni ait Hiero⁹ moribus suis fauet. Sicut
enim ouis delectabil'r conuersatur cuz oue
⁊ lupus cum lupo: ita ⁊ malus delectatur
⁊ amat malos similes sibi: ⁊ bonos contra
rios moribus suis odit. ¶ Tertia causa ex
qua oritur odiuz est displicentia concepta
ex aliq̃ iniuria recepta. Sicut absaló odie/
bat amon fratrem suuz propter oppressio
nez sororis sue thamar simulauitqz displi
centiam quousqz vindicaret iniuriam fra
tre occiso. vt scribitur secundi Regum. 13.
c. Sic esau oderat fratré suum iacob ⁊ mi
nabatur occidere quia abstulerat ius pri/
mogeniture ⁊ paternam benedictioné: vt
patet genesis. 27. c. quod tamen iacob iu/
ste fecerat. Est autem peccatum istud mul
tum generale ⁊ satis multiplicatum. Naz
vix homines odium semel conceptum no
lunt dimittere quasi licitum eis videatur.
Nec aduertunt ꝙ dum in odio manét nõ
tm̃ vnum peccatum mortale committunt
sed totiens quotiens iniuriam receptã ad
memoriam reuocantes actualiter illis op
tant mala quos odiunt. Qd̃ autem dictũ
est antiquis. Odio habebis inimicum tu
um. Mathei. 5. c. Non erat illa sententia
in lege dei: sed falsa glosa quam faciebant
legis doctores super illud Leuitici. 16. c°.
Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ex
hoc arguebant a contrario sensu dicentes
Ex quo amicus diligi precipitur: ergo per
contrariũ inimicus odiri mandatur. Sed
tale arguméntum est validum quando con
trarium non habetur in lege. Sed expres/
se mandabat deus contrarium in ipsa le/
ge statuens ꝙ siquis transiens per viam
videret iumentum inimici sub sarcina in
terram lapsum non pertransiret sed iuua
ret ad leuandum ipsum. Ideo christus ta
lem falsam expositioné reprobãs ait. Ego
aũt dico vobis diligite inimicos vestros.
¶ Tertio ꝯsideremus de odio ꝓximi fru/
ctificationez. Producit eni tres pessimos
fructus.

¶ p⁹ est cordis obduratio.

¶ 2⁹ crudelitatis actio.

¶ 3⁹ dãnificationis malignatio.

¶ Primus fructus est cordis obduratio
Odiuz enim inter cetera peccata indurat
cor terribiliter vt merito possit de odiente
verificari illud qd̃ dicitur Job. 41. Cor ei⁹
indurabitur quasi lapis. Conditiones au
tem duri cordis ponit Bernardus in li°
de consolatione ad eugenium dicens. Cor
durum est quod nec compunctione scindi
tur: pietate non molitur: precibus non fle
ctitur: minis non cedit: flagellis obdurat.
Cor durum ait sapiés male habebit in no
uissimo. Nec oĩa impleri videntur in odié
te. Nam cor eius non potest habere contri
tionem. vnde nec in confessione absolutio
nem nec veniaz nec communioné. Expres
se enim dicitur de pe. di. 5. c. Falsas. ꝙ ta/
lis qui odium tenet in corde admitti nõ de
bet ad penitétiam: scilicet ꝙ absoluatur a
confessore: ⁊ q̃ztomagis permanet in odio
tantomagis induratur. Pietate non mo/
litur talis quia ⁊ si videat inimicum in ad
uersitate nõ compatitur sed appetit ei ma
iora mala vsqz ad cõsumptioné. Sic iudei
odientes christum non fuerunt moti pieta
te ad ipm cum viderét eum terribiliter fla
gellatum quod fecerat pilatus ad flecten/
dum eos ad pietatem erga eum sed volue
runt eũ oĩno crucifigi vt satiarent' de penis
acerbissimis ei⁹ ⁊ obprobrijs. Nec flectit'
ꝓcibus odiés. Nã si amici vicini ⁊ religio/
si ⁊ ꝓlati deꝓcentur tales vt odia dimittãt
⁊ inimicitias non acquiescunt. Non cedit
minis odiés: q2 ⁊ si fiant ei cõminationes
a predicatoribus multoꝝ malorũ que de⁹
pro odio suo inferret ⁊ ꝓcipue damnatiõis
eterne non videtur curare. Flagellis obdu

ratur. Nam incurrit in damna ⁊ infirmita
tes morté familie sentit ⁊ tamé odium te/
net. vnde ⁊ in nouissimo male habebit q̄r
in morte cum odio transiés a demonibus
cruciandus ad inferna descendet. ¶ Scd̄s
pessimus fructus odij est crudelitas. Cayn
ex odio ita crudelis factus est vt nó parce
ret germano abel innocéti. Genesis. 4. c°.
Egyptij qui oderant hebreos: vt habetur
Exodi p̄. c. affligebant eos multis modis
vsq3 ad subuersionem paruulorꝝ nascétiu3
in flumine. ¶ Tertius fructus odij est dá/
nificatio. Nam odiens querit in exoso se/
ptem genera damnorꝝ vel simul vl' separa
tim ⁊ in quolibet committit̄ mortale. ¶ p̄ᵐ
damnum in substantia appetés q̄ ipsam
amittat vel diminuat ⁊ ad hoc operatur si
potest per se vel per alios. ¶ 2ᵐ damnum in
fama quia detrahit sibi ⁊ bona audita de
exoso peruertit. ¶ 3ᵐ damnum in patria q̄r
querit quomodo expellatur de ciuitate vl'
saltem hoc desiderat. ¶ 4ᵐ damnū in fami/
lia quia appetit infirmitatem vel morté fi
liorū vel damnationé ⁊ iniurias eius. ¶ 5ᵐ
damnum in libertate quia appetit q̄ icar
ceretur, ꝓpter debita ⁊ similia. ¶ 6ᵐ damnū
in corpore quia cupit illum ifirmari vl' mo
ri vnde ⁊ si ipse non occidat desiderat q̄ de
us vel alius id faciat. ¶ 7ᵐ damnum est in
anima quia vellet animam eius ad iferna
descédere. Sed econuerso deponétibꝰ odia
ꝓpter christum ⁊ inimicis veniam petéti/
bus ob eius amorem indulgétibus abun
dantissime gratia eius infunditur. Gran/
dis é vtiq3 hec elemosyna cordis ⁊ deo be
nedicto acceptissima mirꝝ in modum. Di/
xit eni dn̄s iesus xp̄s Mathei. 6. c. Si eni
dimisitis hoibus peccata eorꝝ dimittet vo
bis pater vester celestis peccata v̄ra. Et vt
nos moneret exéplo: existés in cruce: post
vincula: post flagella: post sputa: post liuo
res: post coroná spineá: pédés in medio la
tronū pro suis ꝑsecutoribus orauit dicés.
Pr̄ ignosce illis q̄r nesciūt q̄d faciūt. O piū
verbū. O ardés deꝑcatio. O deniq3 inau
dita mášuetudo. Non ꝯquerit̄ benignꝰ ie
sus. Nó imꝑcat̄ malū iudeis crudelissimis
sed veniá quá tū non meruerūt. Idcirco q̄
suo amore odia deserunt sibi admodū có/
placét ipsi sq3 sese quodámodo reddit obli
gatū. ¶ Vn̄ extat exemplū de sancto Joan
ne gualberto. Hic cū miles foret ⁊ inimici
tias hr̄et mortales cum quodam qui eius
auunculū interfecerat: vna dierꝝ cū esset ar
mis accinctus ⁊ inuenisset inimicū suu3 so
lum ⁊ inermé aggressus est eū vt iterficeret.
At ille, ꝓstratꝰ in terrá rogauit eū ob amo
ré illius qui tali die pro nobis oibꝰ passus
fuerat vt sibi ignosceret. Erat eni sexta fe/
ria. Ad cuius preces subito emollitum est
cor eius. Et odio deposito dixit. Ob amo/
ré crucifixi non possum tibi nó indulgere:
cū ipse pro nobis inimicis suis morté gu/
stauerit ista die: vade igitur securus ⁊ bn̄
fac quia ego tibi omné iniuriam remitto.
Post quod cū accessisset ad ecclesiá sancti
miniatis prope florentiam in monticulo
vbi nunc morantur monachi montis oli/
uarum oranti ipsi ante imaginem crucifixi
ipsa imago inclinauit sibi caput quasi gra
tias agens de iniuria remissa inimico pro
pter eum. Et adhuc osténditur ibi talis ima
go. Et ita conuersus est ille Joannes gual
bertus ad deū q̄ dimisso seculo ordiné isti
tuit specialé. s. vallis vmbrose ⁊ miraculis
multis claruit canonizatus ab eccl̄ia. De
ponantur ergo odia ⁊ cessent discordie: vt
sic digne suscipiétes viuificū sacr̄3 dignos
nos faciamus gr̄a xp̄i qui est benedictus
in secula seculorum Amen.

¶ Feria 4ª post dn̄icam oliuarum. De mi
randa ꝯuersione latronis pédétis in cruce
Sermo quadragesimus quintus.

Mé dico tibi
hodie mecu3 eris in paradiso.
Piissimi iesu ad latroné loq̄n
tis. V̄ba sūt ista original'r Luce. 23. c°. ⁊ in
euangelio hodierno. Dū pédebat in cruce
iesus xp̄s filius dei pro salute hoibus affe
réda exhibuit misericordiá suá latroni qui
crucifixꝰ erat a dextris eius. In illo q̄ppe
fiducia dat̄ oibus peccatoribꝰ q̄ ad pn̄iam
redire disponūt vt securi currát ad pedes
saluatoris mūdi q̄ neminé abicit ad se ꝯfu
giété. Et vt inq̄t deuotꝰ Bernardus hoie3
alloq̄ns pctoré. Caput habet xp̄s iclinatū

ad te salutandum. Os clausum ad te oscu
landum: pedes crucifixos ad tecuȝ perma
nendum: brachia aperta ad te amplexan
dum: latus apertuȝ ad te diligendum: ⁊ to
tum corpus in cruce extensum ad se totuȝ
tibi largienduȝ. Propterea vt ardēs cha
ritas filij dei ad latronem conuersū ⁊ quos
libet humiliatos pctōres noscat: in presēti
sermone de illo latrone tria mysteria decla
rare studebimus.

¶ pᵐ erit de ipsius merito.

¶ 2ᵐ de ipsius premio.

¶ 3ᵐ de ipsius priuilegio.

¶ De septē virtutibus latronis a spū scō sibi īfusis in q̄bus apparet amplitudo meriti eius. Cap. pᵐ.

P Rimum mysterium declarandum
erit de illius latronis merito. Naȝ
pleriqȝ mirātur: quomodo ille qui
pro suis sceleribus publico supplicio con/
demnatus fuit in extremo vite sue que si/
bi auferebatur violentia passionis mereri
potuit vitam eternam. Quibus responde
mus ꝙ peccata preterita etiam grauia et
enormissima adhuc in extremo deleri pos/
sunt per penitentiam vnde ⁊ sic penitēs fit
dignus eterna requie. Hinc Hieronymus
ad damasum papam. ¶ Et de pe. di. pª. cº.
Importuna. ait. Christus de cruce in para
disum latronem tulit: ⁊ ne quis aliquādo
seram conuersionem putaret fecit homici
dij penam martyriū. ¶ Et. 26. q. 6. c. Si pre
sbyter. scribitur. Uera confessio in vltimo
tempore potest esse quia dominus non so
lum temporis: sed etiam cordis inspector
est sicut latro vnius momenti tempore me
ruit esse in paradisum in hora vltime con
fessionis. ¶ Et eadem causa ⁊ questione. c.
Agnouimus. Celestinus dixit. Perdidis
set latro in cruce premium ad christi dexte
ram pendens si illum hore vnius peniten
tia non viuisset. Cum esset in pena penitu
it ⁊ pro vnius confessione sermonis habi/
taculum paradisi eo penitēte ꝓmeruit ve
ra ad deum conuersio in vltimis positorū
mente potiꝰ est extimanda q̄ȝ ipse prophe
ta hoc taliter asserente: cum conuersus in
gemueris tunc saluus eris. ¶ Et eadem ad
huc causa ⁊ questione. c. Hijs qui. Leo pa
pa sic asserit. Misericordie domini nec mē
suras possumus ponere nec tempora diffi
nire: apud quē nullas patitur venire mo/
ras conuersio dicēte spiritu dei per prophe
tam. Cum conuersus ingemueris saluus
eris. ¶ Penituit ergo latronem illum pre
terite sue vite male acte ⁊ penitētiam suaȝ
septem virtutibus decorauit: tribus scilȝ
theologicis: fide: spe: ⁊ charitate. Et quatu
or cardinalibus videlicet: prudentia: iusti
cia: fortitudine: ⁊ temperantia. que virtu/
tes infuse sibi fuerūt a diuina grā. ¶ Pri
ma latronis virtus fuit fides vtiqȝ admi/
rabilis. Cum christo eniȝ nunq̄ȝ fuerat cō
uersatus nec forte ante nouerat eum. Nō
fuerat secutus doctrinam eius nec etiam
vitam sed in operibus impietatis se exer/
cens iuste patiebatur exitiuȝ mortis: vide
bat autem christum derisum ab omnibus
derelictum: publice cōdemnatum: afflictū
infirmum: obprobrijs ⁊ contumelijs satu
ratum: ⁊ iaȝ morti vicinum ⁊ ipse vicinus
morti a nemine doctus: a nullo premoni/
tus dei filius credidit. Et illi qui eiꝰ doctri/
naȝ audierant miracula viderant ⁊ paulo
ante de manibus suis sanctissimis in cibū
corpus illius sumpserant fugiendo nega/
bant. Iste solus cum tacēte virgine ipsum
vere dei filiū indubitata fide in animo suo
credebat. ¶ Secunda latronis virtus fuit
spes: que tanta in illo fuit ꝙ ab illo spera/
bat salutem queȝ in corpore proprio vide
bat omni salute priuatum. ¶ Tertia virtꝰ
fuit charitas. Nam totum quod habuit ip
si iesu in amoris perfecti signum imolauit
Manibus enim ⁊ pedibus crucifixus nō
valuit seruire sibi nisi tm̄ cum duobus mē
bris. ¶ pº corde. ¶ 2º lingua. ¶ Primo eniȝ
corde sibi timiama perfecti odoris ardēti
charitate sacrauit. ¶ Secundo vero lingua si
bi obtulit verificatū illud quod dicit Ma/
thei. 12. cº. Bonꝰ homo de bono thesauro
cordis sui profert bona. Proinde quatu
or amores ardētissimos lingua sua de cor
de expressit.

¶ pꝰ fuit amor confessionis.

¶ 2ꝰ compassionis.

¶ 3ꝰ correctionis.

¶ 4ꝰ perfectionis.

¶ In quibus

¶ In quibus quidem amoribus aperte monstrauit quia in quatuor dimensioni/bus crucis christo per amorem crucifixus erat in cruce. ¶ Primus ergo fuit amor confessionis qui fuit sue crucis profundū: dum sua propria ac totius humani gene/ris scelera confessus est asserēs nos pena/libus angustijs digne plecti cū ait. Et nos quidem iuste scilicet patimur. Naz digna factis recipimus. In magnis quidem co/gnitiōibus ferebatur qui se iuste digneqz pati profitebatur. Magna pars est venie apud deum hec cognoscere similiter ⁊ fate/ri. ¶ Secundus fuit amor compassionis: qui extitit latitudo crucis sue dum angu/stias iesu christi pie excusabat asserens il/las sine culpa propria sustinere. Et lz christus a pilato iudice ordinario acclamante populo fuisset condemnatus ad mortem. Hic tamē latro subdidit. Hic ṽo quid ma/li fecit. Cognouit equidez innocentiā chri/sti qui peccatum non fecit nec dolus inuen/tus est in ore illius: ⁊ hoc ipso illuminante quem latro publice fatebatur innocentez. ¶ Tertius fuit amor correctionis: qui exti/tit longitudo sue crucis dum blasfemantē latronem impium charitatiua responsiōe compescuit dicens. Neqz tu times deum: vide feruorē huius latronis qui ligno cor/pore pendens corporalium penarum obli/tus sodalem arguere ⁊ instruere non vere/tur. Neqz inquit tu times deum qui in ea/dez dānatione es scilicet mortis. ¶ Quar/tus fuit amor perfectionis qui extitit la/titudo sue crucis dum toto mentis affectu atqz benigno lingue affatu cum inexplica/bili cordis humilitate ⁊ contritione necnō cum tota mentis deuotione ⁊ q̄ztum per/misit acerbitas ipsa supplitij cum conuer/sione faciei benigna ad dominū iesum stu/pende admirationis breuem orationez ef/fudit dicens. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. In qua omnis consumata perfectio mirabil'r continetur: si deuota mens nouerit explicare. Sed vt id aliqualiter patefiat. ¶ Primo cōsidera in quāta fide ille latro fundatur qui in mo/riente credit vitam eternam. ¶ Secūdo vi/de quāta spe firma ad eterna erigitur qui ab illo qui ab omni mundo eicitur spera celeste regnum. ¶ Tertio pondera in quan/ta excessiua charitate locatur qui sola dile/cti iesu memoria est contentus. ¶ Quar/ta virtus huius latronis fuit prudentia: quia nulla postulauit caduca. ¶ Quinta virtus fuit fortitudo que fecit euz superfer/ri super omnia scelera sua. ¶ Sexta ṽtus fuit temperantia que in sola volūtate dei ⁊ saluatoris iesu christi premij mensuram reliquit. ¶ Septima virtus fuit iusticia bz quam reddidit sibi confessionem precedē/tis culpe proximo correctionem et christo honorem laudem compassionem ⁊ totalē sue voluntatis immolationem. Quare nō sine causa christum ita sibi propritium in/uenit.

¶ De septem dulcoribus seu cōditionib⁹ promissionis christi facte latroni cōuerso.

Cap. 2m.

[S]ecundum mysterium declarandū de latrone sancto dicitur premij. Fu/it enim a christo sibi largiflua chari/tate promissum premium dum sibi dixit. Amen dico tibi quia hodie mecum eris in paradiso. Lz vtiqz huius promissionis tā admirande de quolibet verbo perquirere sensum ⁊ tam ample gratie ⁊ amoris inue/stigare dulcores seu dulcedines. Septem nēpe dulcedīes huic latroni xps ampla mi/sericordia dispensauit.

¶ pᵃ dicitur iuramenti veritas.
¶ 2ᵃ annūciata pietas.
¶ 3ᵃ electiua charitas.
¶ 4ᵃ tpis breuitas.
¶ 5ᵃ diuina societas.
¶ 6ᵃ eterna stabilitas.
¶ 7ᵃ gliosa iocunditas.

¶ Prima dulcedo seu cōditio promissio/nis facte latroni de premio dicitur iuramē/ti veritas que notatur in hoc verbo. Amē que dictio significat ꝙ verum est: vt patet de con. di. 2. c. Reuera. in fine textus et in glosa. Et. 38. di. c. Sedulo. Et. 12. di. cᵒ. De hijs. Et extra de filijs presbyterorum non ordinandis. c. Proposuit. Et in rationali diuinorum officiorum liᵒ quarto. Quod enim christus promisit in veritate promi/sit. Et vt ipse dixit Luce. 21. c. Celum ⁊ terra

transibunt verba autem sua non preteri/
bunt. Quasi dicat sm Nicolauz de lira su
per Matheū.22.c.q3 lz transire debeat ce/
lum ⁊ terra non quia corrumpentur quan
tum ad substantiā: sed quia cessabit mot⁹
celi ⁊ fiet transmutatio in elementis tamē
non preteribit verbum christi quod est ip
so mundo stabilius. ¶ Secunda dulcedo
seu cōditio promissionis premij facte latro
ni dicitur annunciata pietas. Ille eniz qui
ex pietate venerat saluos facere pctōres la
troni dicebat. Dico scilicet ego iesus dei fi
lius qui veni saluum facere quod perierat
qui veni vocare peccatores ad penitentiā
qui veni perquirere ouez perditam vt illā
imponens humeros meos reducaz ad pa
scua vbertatis in regno celorum. Ego in/
q̄3 qui sanguie proprio redimere volui ge
nus humanum. ¶ Tertia dulcedo siue cō
ditio promissionis facte latroni dicitur ele
ctiua charitas que exprimitur cum christ⁹
subdit. Tibi quasi dicat q3 non obstantib⁹
sceleribus precedentibus a te commissis:
tamen propter penitentiam ⁊ conuersionē
tuam ego te elegi vt sis in numero electo/
rum meorum. Habet nāq3 penitentia tan
tam efficatiam vt ex impio homine faciat
iustum. Ego dico tibi iam iustificato ⁊ recō
ciliato patri meo ac numero electorū ascri
pto. ¶ Quarta dulcedo siue conditio illi⁹
promissionis dicitur temporis breuitas:
quia subiunxit christus hodie. O felix ver
bum retroactis temporib⁹ amicis dei pro
phetis ⁊ patriarchis clausum qui per tot
annorum curricula a paradisi gaudijs exu
lare compulsi sunt. Fleuit adaz propter in
obedientiam commissam: desiderauit chri
stum illūq3 coluit ac dilexit venturuz: ⁊ ta
men cum vixisset annis nongentis trigin
ta vt dicitur Genesis.5.c. in extremo vite
christuz inuocans nō audiuit. Hodie eris
in paradiso: sed post exactos annos qnq3
milia. Noe iustus inuentus est in conspe/
ctu domini qui diluuij tēpore in archa sal/
uatus est nihilominus in vltimo vite cōsti
tutus non audiuit: Hodie eris in paradi
so. Quinimo ad limbum descendens ibi
sedit in tenebris vsq3 ad completam pas/
sionem christi. Sic abraham: sic ysaac: sic

iacob: sic prophete: sic deniq3 iusti omnes.
latroni xpo dictum est: hodie idest stati post
anime ⁊ corpore tuo separationem eris in
paradiso. Hic autem latro exemplū est ma
nifestum q3 illi qui nihil habent purgabile
decedētes in charitate stati euolant. ¶ Si
aūt aliquis q̄reret quis potest eē adeo mū
dus vt moriens nihil purgabile retineat.
Ad quod respondemus hoc fore possibile
quinq3 rationibus.
¶ pᵃ di martyrij tolerationis.
¶ 2ᵃ baptismalis purificationis.
¶ 3ᵃ intense compunctionis.
¶ 4ᵃ virtualis perfectionis.
¶ 5ᵃ plenarie remissionis.
¶ Prima ratio quare potest quis absq3
aliq̄ purgabili ex hac vita discedere ⁊ stati
euolare dicitur martyrij tolerationis. Qui
enim martyriū patitur purgatur ab omni
labe ⁊ mox regnum celorū ingreditur. vn
de Cyprianus in quodam sermone ait. O
delicata passio ⁊ gloriosa confessio. Absol/
uitur per martyrium anima a vinculo car
nis ⁊ in celo cum triumpho eleuat ab an/
gelis. Et extra de celebratione missaru3.c.
Cum marthe. dicitur q3 iniuriaz facit mar
tyri qui orat pro martyre. quia videlicet in
dubitāter creditur ad celū euolasse. ¶ Se
cunda ratio dicitur baptismalis purifica/
tionis. In baptismo debite suscepto mūda
tur anima. Et mox baptizat⁹ moriens euo
lat: vt patet extra de baptismo.c. Debitū.
Et ad hoc ostendendum baptizato christo
aperti sunt celi. Mathei.3.c. ¶ Tertia ra/
tio dicitur intense compunctionis. Dum
enim contritio feruida est ⁊ intēsa satis au
fert omnem culpam ⁊ debitam penam. Et
de huiusmodi intensa compunctione intel
ligitur dictum Augustini. q3 vera peniten
tia ad puritatez baptismi conatur adduce
re penitentem. ¶ Quarta ratio est virtuo
se perfectionis. Dum enim aliqui perfecte
viuunt florentes virtutibus heroicis sicut
fecerunt benedictus dominicus frāciscus
⁊ alij morientes statim euolant. vnde Gre
gorius liº.4. dialogorum ait. Iustorū ani
me mox vt huius carnis claustra exeunt:
in celestibus sedibus recipiuntur. ¶ Qui
ta ratio est plenarie remissionis. Scdm do

ctores Raymundū Hostiensem et alios. Boni christiani qui lucrantur indulgentias plenarias ab omnibus peccatis purgātur ⁊ morientes stati euolant. Que omnia satis credibilia facit exemplum latronis. ¶ Quinta dulcedo siue cōditio promissionis facte latroni dicit͛ diuina societas. Hec notificatur in illo verbo mecum. ¶ Sexta conditio eterna stabilitas. Ideo subditur Eris. scilicet in eternū permanebis. Quicquid enim est in illa sanctorum beatitudie eternum erit ⁊ semper permanebit. Eterna pax: eterna requies: eterne diuitie: eterna deniq; vita. Hoc iesus benedictus sepissime reserauit. Nam Joannis. 3. c°. ait. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret vt omnis qui credit in illu; non pereat sed habeat vitam eternam. Et 10. c. Oues mee vocem meam audiunt et ego do eis vitam eternam. Et Mathei. 25. c. Ibunt hij in ignem eternum. Justi aute; in vitam eternam. ¶ Septima conditio illius promissionis dicit͛ gloriosa iocūditas que exprimitur cum dixit christus. In paradiso. Scōm Nicolau; de lira non accipitur hic paradisus pro orto voluptatis nec pro celo empireo: sed pro fruitione beata: quā habuerūt sancti patres in morte christi qui erant in limbo detenti. Statim cu; eius aīa descendit ad eos ⁊ eade; die illuc descendit aīa illi⁹ latronis facta particeps beate fruitionis.

¶ De quinq; singularissimis p̄uilegijs latronis ad xp̄m conuersi. Cap. 3m.

T Ertium mysteriu; declarandum de sancto latrone est de ipsi⁹ priuilegio Fuerunt quippe in eo quinq; priuilegia singularissima.

¶ p̄m dr̄ assimilationis.
¶ 2m associationis.
¶ 3m predicationis.
¶ 4m petitionis.
¶ 5m figurationis.

¶ Primū fuit priuilegium assimilatiōis. Solus enim ipse inter membra christi assimilabatur christo in crucifixione ⁊ crucifixus crucifixo assimilatus est. Nec obstat ꝙ crucifixus fuit pro sceleribus suis: quia post conuersionem fuit legitimum membrum christi ⁊ ex tunc pena sua configurata fuit similitudini mortis eius. ¶ Secundum priuilegiu; fuit associationis. Solus ipse virginem matrem associauit in lamētatione dolorosa moriētis filij dei. Factus est enim socius ei in fide atq; dolore. Nulla autem alia creatura presentis vite matrem associauit in istis: l; enim Joannes ⁊ magdalena amare deflerent morientem iesum non tamen vt deum pro redemptione humani generis morientem. vnde eorum lamenta multum fuerunt informitate insipida. Solius istius latronis simul cum maternis fuerunt accepta lamenta: quia deum credidit desuper īfusa fide quē cum incredibili dolore hominem ante suos oculos morientē vidit. ¶ Tertium fuit priuilegium predicationis. Nam iesū condemnato a iudeis impijs tanq̄; reo latro iste publice predicauit saluatorem suum ⁊ armis quibus potuit tanq̄; suus collateralis miles strenue defensauit. Non fuit iste tanq̄; s͛uus fugitiuus qui dimittit dominum suum in bello mori ⁊ fugit ⁊ debet capite puniri. ff. de re militari. l. Des͛torē. Sed fuit tanq̄; seruus fidelis obsequens domino suo vt potuit vsq; ad mortem. Et probabiliter credi potest ꝙ latro iste increpauerit proteruos iudeos ac phariseos et scribas qui sic impie exultabant pro moriente iesu. ¶ Quartum priuilegiu; fuit petitionis. Iste latro solus postulauit salute; quando saluator mundi eam pro omnib⁹ faciebat. vnde ⁊ abundanter eam recipere debuit sicut ⁊ fecit. ¶ Quintum fuit priuilegium figurationis. Nam ipse figuram tenuit et quasi vicem omnium electorum. Ut eni inquit Leo papa in s͛mone de passione. Duo latrones vnus ad dexteram ⁊ alius ad sinistram cum christo crucifiguntur: vt in ipsa patibuli specie demonstraretur illa que in iudicio illius omniu; hominum est facienda discretio. Ipsa enim crux tribunal fuit in medio cuius iudice constituto vnus qui credidit liberat⁹. Alter qui insultauit damnatus est. Per illum ergo latrone; figurantur oēs electi qui in die iudicij stabunt a dextris xp̄i quibus dicetur. Uenite bn̄dicti p̄ris mei possidete paratū

vobis regnum. Ad quod nos ipse perdu/
cat: qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum
Amen.
¶ Feria quinta in cena domini. De myste
rijs sacri eucharistie ꝯtétis i epl'a hui⁹ diei.
Sermo quadragesimus sextus.

P Robet autez seipsuz homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Docto/ris gentium verba sunt ista prime ad co/rinthios. xi. c°. ⁊ in epistola hodierna. Cunctorum fidelium deuotio isflammari debet hoc tempore maxime ad sacratissimuz corpus domini nr̄i iesu christi. Statuit náqz sancta mater ecclesia vt in sancto pascha/te ad min⁹ omnes vtriusqz sexus qui peruenerunt iam ad annos discretionis reuerenter suscipiant eucharistie sacramétum. Veruntamen quia multi sunt imitatores corinthiorum qui irreuerenter ⁊ impudice frequentare presumunt dominicam men/sam. Ideo in presenti sermone sm ea que in epistola recitantur de ipso altissimo sa/craméto verba faciemus. In quo tria mysteria ab Apostolo tradita declarabimus.

¶ p^m est de sacri eucharistie irreuerétia.
¶ 2^m de illius excellentia.
¶ 3^m de eius frequentia.

¶ Qualiter Apostolus reprehendit co/rinthios: quia irreuerenter se habebant ad sacramentum eucharistie. Cap. p^m.

P Rimum mysterium declarandum est de sacramenti eucharistie irreuerentia. Reprehésibiles quippe sũt ⁊ non parum illi qui irreuerenter se habét ad istud ineffabile sacramentũ: quod Apostolus ostendit in prima parte epistole: vt enim inquit Nicolaus de lira Apostolus arguit corinthios de hoc ꝙ male se habe/bant circa sacramentum eucharistie quá/tum ad cibum: quia aliqui eorum sumpto cibo recipiebant corpus christi sumentes argumentum ex hoc ꝙ christus post cená hoc sacramentum instituit ⁊ discipulis dedit. Quod tũc fuit rationabile quia ibi debuit inchoari veritas vbi cessauit figura. Huius autem sacramenti figura fuit imolatio agni paschalis. Et ideo post ill⁹ agni esum christus instituit hoc sacramentum. Postea rationabiliter statuit ecclesia in reuerentiam tanti sacramenti ꝙ non suma/tur nisi a ieiunis. Ieiunio nature quod soluitur per omne illud qđ sumitur per modicum cibi ⁊ potus. Dies autez incipit a media nocte. Et ideo qui post mediam noctez aliquid sumpserit dicto modo redditur inhabilis ad sumendum hoc sacramentum excusantur tamen infirmi. Idem dicit Ricardus in quarto. di. 8. Dicit ergo Apostolus. Conuenientibus vobis in vnum scilicet ad participandum eucharistie sacramétum iam non est idest non licet vobis dominicam cenam máducare. Et subdit causam cui dicit vnusquisqz enim suam cená presumit ad manducandum. Ante enim sumptionem sacramenti preparabant sibi sua cibaria ⁊ portabant ad ecclesiaz comedentes anteqz sumerent sacramentum et sic diuites laute comedebant ⁊ bibebant: pauperes autem esuriebant. Ideo sequi/tur Apostolus. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. ¶ Notádum ṽo hoc loco sm Petrum de tarantasia super epistolas pauli. ꝙ duplex est cena scilicet bo/na et mala. ¶ Cena bona quatruplex est. ¶ Quedaz corporalis in qua pauperes reficiunt. de qua Luce. 14. c. Cuz facis prandium aut cenaz voca pauperes. ¶ Alia est cena spiritualis in qua donis dei anime satiantur. Et de hac dicitur apocalypsis. 3. c. in persona dei. Ego sto ad ostium et pulso: siquis mihi aperuerit itrabo ⁊ cenabo cuz illo ⁊ ille mecum. ¶ Tertia cena bona est sacramentalis qua fideles in altari pascun/tur. Et de hac dicitur Luce Homo quidam fecit cenam magnam. ¶ Quarta cena bona est celestis qua beati fruuntur. Et de ista dicitur apocalypsis. 19. c. Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sũt. ¶ Cena ṽo mala quatruplex est. ¶ Prima est voluptatis in qua hoies inebriátur. Et de ista Judith. 12. c°. scribit. Holophernes fecit cenam seruis suis et inebriatus est. ¶ Secunda cena est crudelitatis in qua iusti opprimuntur. Sicut fuit cena herodis. De quo di Marci. 6. c. Cũ dies oportun⁹

accidisset herodes natalis sui cenam fecit et in ea ioannem occidit. ¶ Tertia est cena ambitionis in qua superbi extolluntur. Et de hac dicit Matthei. 23. c°. Amant primos accubitus in cenis. ¶ Quarta est cena supstitionis et erroris sicut est cena idolatrarum de qua p° ad corinthios. 10. c. Siquis infidelium vocat vos ad cenam et vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogantes propter conscientiam. In quibus verbis concedit Apostolus licentiam comedendi cum infidelibus hijs qui infidelibus prodesse possunt. Seqtur Apostolus loquens corinthijs. Nunquid domos non habetis ap manducandum et bibendum idest domos non consecratas: in quibus debent exerceri talia conuiuia. Aut ecclesiam dei contemnitis et confunditis eos qui non habent. Quid dicam vobis: laudo vos: In hoc nō laudo immo scilicet vitupero. Et minus dicēdo plus significat. Sz hodie xpiani multograuius errāt q̄ corinthi circa sacrū istud venerabile. Et hoc triplici rōne.

¶ P° rōne incredulitatis.
¶ 2° rōne culpabilitatis.
¶ 3° rōne tepiditatis.

¶ Primo aliqui errant ratione incredulitatis quia nolunt credere realem existentiam corporis christi in sacramenco altaris vellent enim altitudinem tanti sacramēti attingere vi nature et ingenij proprij. Sz in hoc nihil est inuestigandum sm nature regulas cum omnia que veracissime predicantur de hoc sacro referēda sint ad oipotentiam dei. De quo Cicero in lib° de natura deorum refert. Nulli est nature subiectus aut obediens deus. Omnem ergo regit ipse naturam. Credere itaqz debemus pure et simpliciter audientes doctrinaz sanctorum et ecclesie confessionē ac verba christi. Quorum sententias distincte positas videre poteris in quadragesimali de penitentia in sermone de veritate sacramenti.

¶ Secundo errant cum irreuerentia circa sacramētū alij et quidem multi ratione culpabilitatis qui presumunt in mortali culpa suscipere corpus christi. ¶ Tertio errāt pleriqz ratione tepiditatis: quia absqz feruore deuotionis compunctionis et meditationis ad altare sanctum accedunt qui notare debent ea que scripsimus in quadragesimali de penitentia in sermone de communione.

¶ Qd sacramentū eucharistie est excellentissimū qd declarat eius nomē: et qr supat alia: et qm fuit a xpo solēniter institutum.

Cap. 2^m.

Secundū mysterium declarandū est de sacramenti eucharistie excellētia Hanc explicat Apostolus cum ait Ego enim accepi a dño quod et tradidi vobis etc. qr videlicet que scripserunt de hoc euangeliste ipse accepit a dño reuelāte: qr dñs iesus hoc memoriale sacrū istituit sub duplici specie in memoriam sue passionis et mortis. Quanta vo sit huius sacri excellentia colligere possumus principaliter ex tribus.

¶ P° ex nominatione.
¶ 2° ex superatione.
¶ 3° ex institutione.

¶ Primo colligitur huius sacri excellentia ex nominatione. Nam sm franciscū de mayronis in suo. 4. di. 8. Quatuor sūt huius sacri nomia. ¶ P^m nomē est eucharistia vt p^a. q. p^a. c. Multi secularium. Et de con. di. 2. c. Quotidie. Et de pe. et re. c. Ois. sm vo Dionysium li° de angelica ierarchia eucharistia dicitur ab eu qd est bonum et charis gratia quasi bona gratia: qr ibi est bona gratia non inherens sed subsistens: vt dicit Landulph9 in 4° di. 8. ¶ 2^m nomen est viaticum: vt. 2. q. 2. c. Siquis in infirmitatē qr est viator cibus et solidatio. ¶ 3^m nomē est hostia: vt de con. di. 4. c. Sacrm. et c. Semel. Et dicitur hostia qr passionē xpi significat quā patri obtulit. ¶ 4^m nomē est sinasis grece sm Diony^m de ange^ca ierarchia: et latine idem est q̄ cōmunio: qr est oium fidelium cois vnio. dr etiā sacrū altaris: de cō. di. p^a. c. Sacra. ¶ Scdo colligitur excellentia sacri eucharistie ex superatione. Supat eni nobilitatē oium aliorum sacrorum. vñ Hieronym9 p^a. q. p^a. c. Multi. ait. Quid enim melius corpore et sanguine dei nri. Quasi dicat nihil. Et de con. di. 2. c°. Nihil. Nihil in sacrificijs maius esse potest q̄ corpus

⁊ sanguis christi nec vlla oblatio hac poti or: sed hec omnes precellit. Notandum tamen ſm Landulphū in. 4. di. pª. ꝙ vnuz sacramentū potest dici nobilius alio multipliciter. ¶ p̄ effectu. Et sic baptismus est ceteris nobilius. di. 24. c. Uerum. ¶ 2º ministri dignitate vt cōfirmatio. de con. di. 5. c. De hijs. ¶ 3º vt re cōtenta sicut eucharistia. di. 25. c. Ecce. ¶ 4º significatione vt matrimonium. 27. q. 2. c. Societas. ¶ 5º gradus dignitate vt ordo: status necessitate: vt pnia ⁊ extrema vnctio. ¶ Nobilitas etiā in sacris potest accipi penes status ecclesie: baptismus eni est sacrm intrantiū. di. 22. c. Preter. ¶ Cōfirmatio pugnātiū. ¶ Eucharistia ꝓgredientiū: vnde ⁊ viaticum dicitur. 26. q. 6. c. Qui recedunt. ⁊ c. De hijs. ¶ Penitentia est errantium ⁊ deficientium. ¶ Matrimoniū incontinentiū. ¶ Extrema vnctio exeuntium. 26. q. 7. c. Ab infirmis. Sacramentū ergo eucharistie superexcellit reliq̄ q̄ʒtum ad rem contentam que est corpus christi verꝫ. de con. di. 2. c. Reuera. c. Nia.

¶ Tertio colligitur excellentia sacri eucharistie ex institutione quia institutuz fuit ab ipso redemptore nostro dn̄o iesu christo. In qua institutione cōsiderande sunt tres circunstantie.

¶ pª loci.

¶ 2ª diei.

¶ 3ª modi.

¶ Prima circunstantia est loci. Instituit nanqʒ christus hoc sacrm in hierusalē vbi fuerunt instituta q̄tuor sacramenta. ¶ pm penitentie quando xp̄s post resurrectionē apparens discipulis insufflauit ⁊ dixit eis Accipite spiritum sanctum. Quoꝝ remiseritis peccata remittuntur eis. Joānis. 20. c. ¶ 2m fuit sacramentum baptismi. quādo Marci vltimo. c. dixit. Euntes in munduz vniuersum: predicate euangelium omni creature baptizantes in nomine patris: et filij: ⁊ spiritus sancti. ¶ 3m fuit sacramentuz ordinis qn̄ dixit apostolis Luce. 22. c. Hoc facite in meam commemorationē. Tūc eni vt dicit Ricardus in. 4. ordinauit xp̄s apostolos sacerdotes. ¶ 4m fuit sacramentū eucharistie. ¶ Secūda circūstantia consideranda dicitur diei. Nam institutū fuit hoc sacrmʒ feria. 5. que quatruplici mysterio fuit consecrata. p̄ piscium creatione in mari et auiuz in aere: vt patet Genesis p̄. c. Ad designandū ꝙ duo genera hominum ad sūptionē huius sacramenti sunt apta scilicet actiui qui in amaritudine penitentie commorantur sicut pisces in mari: ⁊ contēplatiui qui designantur per aues. 2º dies ista fuit consecrata mysterio dominice oblationis. Nam beata virgo feria. 5. obtulit filiū suum in templū: vbi datur intelligi ꝙ suscipientes. S. eucharistie pleni debent esse humilitate sicut fuit beata v̄go. 3º dies ista fuit consecrata mysterio dominice ascēsionis. Ex quo datur intelligi ꝙ volentes cōmunicare debent habere mentez eleuatā ad celos. ¶ Tertia circunstantia considerāda dicitur modi. Exprimitur eniʒ p̄mus modus in canone beati Petri: vbi dicitur Eleuatis in celum oculis. vnde sumit documentum ꝙ illi qui sumunt hoc sacramētum debent habere oculos mentis eleuatos ad deū ⁊ nō ad inferiora depressos: teste ꝓpheta q ait. Oculi mei semꝑ ad dn̄m. Secūdus modus fuit gratiaruʒ actio. Et de hoc dicit Apl'us. Accepit panem et gratias agens. Unde trahitur argumentum ꝙ illud sacramentū sumentes debent esse deo grati. ⁊ precipue de tam mirabili beneficio. Tertius modus fuit benedictio quia benedixit ⁊ nos etiam debemus deum benedicere. Quartus modus fuit diuisio qr fregit: insinuans ꝙ sumētes christi corpꝰ debent proximis qn̄ possunt elemosynas dare. iuxta illud Ysaie. Frange esuriēti panem tuum.

¶ Qualr monet Apostolus fideles vt cū deuotione suscipiāt sacramētū eucharistie ostendens punitionē illoꝝ qui ꝯtrariū fecerunt.

Cap. 3m.

t Ertium mysteriuʒ declarandum est de sacramēti eucharistie frequētia. Frequentandū quippe est hoc sacramentum in memoriā passionis christi. vnde apostolus refert verba christi qui dixit. Hic calix nouum testamentū est in meo sāguine. Que v̄ba sic exponit Nicolaus de lira. Hic calix idest contentum in hoc calice nouum testamentum est: vetus enim te

stamentum pmittebat bona temporalia. Nouum autem pmittit bona spiritualia: vt dicitur in. c. Cum marthe. Extra de celebratione missarum. Et glo. in. c. Translato sacerdotio. Extra de constitutionib⁹. Et vt dicitur in dicto. c. Cum marthe. Non solũ scriptura sed etiam promissio dicitur testamentum. Uetus autem testamentum fuit confirmatum per aspersioné sanguinis victime brutalis: vt habetur Exodi. 24. Nouum ꝟo testamentuz sanguinis christi effusione: vt dicitur ad hebreos. 9. c. Subdidit christus: hoc facite quotienscũqz bibitis in meam commemorationem. Quotienscunqz enim manducabitis pané hunc ⁊ calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat: scilicet ad iudicium. Per quod datur itelligi ꝙ celebratio huius sacramenti nõ deficiet in ecclesia vsqz ad finem mundi. Sed Apostolus ostendit periculum indigne sumentiũ cum sequit. Itaqz quicunqz manducauerit pané idest corpus christi sub specie panis vel biberit calicem dñi indigne reus erit corporis ⁊ sãguinis dñi. ¶ Ubi glo. punietur ac si christum occiderit. Quod non est intelligendũ ꝯm equalitatem: sed ꝯm quandam similitudinez. Et ideo sequitur textus. Probet autem seipsum homo: scilicet propriaz cõscientiam diligenter examinando ⁊ emundãdo. Et sic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Et fit métio hic de duplici specie: quia in primitiua ecclesia sic dabatur fidelibus Sed propter periculum effusionis sanguinis modo datur tm̃ sub specie panis. Sacerdos tamen celebrans debet accipe sub vtraqz specie. Qui enim mãducat ⁊ bibit indigne iudicium sibi manducat ⁊ bibit: idest ad suam damnationem sumit. Non diiudicans corpus domini: idest nõ discernens ab alijs cibis sumens eodem modo sicut alios cibos. ¶ Sed contra hoc arguitur quia christus dixit Jo. Qui manducat me ipse viuit propter me. ¶ Respondenduz ꝙ hoc intelligitur de manducante digne. Sequitur Apostolus loqués corinthys. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles ⁊ dormiunt multi. ¶ Pro quorum verborum declaratione dicit Nicola⁹ de lira: ꝙ lz deus multa reseruet puniẽda vltimo iudicio tamen in presenti aliq̃ punit maxime circa principiuz legislationis: vt ex terrore alij inducantur ad obseruantiam legis. Sicut Exodi. 32. c. dicitur. Qđ post legislationez immediate multa milia hominum occisa fuerunt in vituli conflatilis adoratione. Et similiter in primitiua ecclesia. Post lationé legis noue per christum ananias ⁊ saphira puniti fuerunt subitanea morte pro peccato furti ⁊ mendacij: vt ex terrore alij a similibus cauerent. Actuum quinto. c. Similiter in primitiua ecclesia multi puniti fuerunt propter indignã susceptionem sacri. vñ Aplus dicit. Ideo idest pꝑter indignã eucharistie sumptionem. Inter vos multi infirmi idest puniti diuinitus infirmitate corporali. Et imbecilles longa valitudine laborantes. Et dormiunt multi somno mortis corporalis a deo subito interfecti. Qđ si nosmetipsos diiudicaremus cõscientias. s. nostras bene purgãdo nõ vtiqz iudicaremur idest puniremur a dño per talé modum. Notandũ ꝙ Apl's in hoc iungit se alijs nõ quia esset culpabilis sed ostendens se iunctum esse cum eis charitate. Duz iudicamur autem a dño idest punimur dicto modo corripimur quia talis pena ad correptionez inducitur: vt non cum hoc mundo idest cum hoib⁹ mũdane viuentib⁹ dãnemur. Dicta sũt oia hec vt pparent se fideles ad sacram cõmunioné: ob quã digni efficiant grã xpi qui est bñdictus in secula seculoꝝ Amen.

¶ Eadem die scilicet in cena domini. De sacramento confirmationis.

Sermo quadragesimus septimus.

q

Ui lotus est

non indiget nisi vt pedes lauet ⁊ est mundus totus. ꝟba sũt redéptoris nr̃i Joãnis. 13. c°. ⁊ in euãgelio hodierno. Post susceptũ sacrĩz baptismi opus est pficere de virtute in virtuté. ¶ Uñ Hiero⁹ in pᵃ ad palmachium ⁊ oceanũ ait. Ibũt de ꝟtute in ꝟtuté de bonis scriptũ é xpianis. Nescio qualr placeãt parétib⁹ ifantes illi q sũt annoꝝ. 5. vł

decez si in ea qua nati sunt modicitate perdurent. Propterea dn̄s iesus christus instituit alia sacramenta quibus humane indigétie posset subeniri. Inter que est sacramentuz confirmationis: quod dr̄ chrisma ratione materie: confirmatio ratione effectus: ⁊ manus impositio ex modo dandi. Quia xp̄o a plerisqz hoc sacramentū contēnitur ideo in pn̄ti sermone de ipso dicturi erimus: qm̄ illud reuerēter suscipiētes confirmantur ⁊ roborantur vt xp̄z publice cōfiteri non erubescant. Videam⁹ itaqz de illo tria mysteria pn̄cipalia.

¶ p^{m} dr̄ institutionis.

¶ 2^{m} obligationis.

¶ 3^{m} regulationis.

¶ Qd̄ sacr̄m confirmationis fuit imediate a christo institutuz. In quo datur robur ad confitendum publice christum quod ecclesia pficit ex determinata materia ⁊ forma.

Cap. p^{m}.

Primuz mysteriū videndū de sacr̄o ɔfirmationis dr̄ institutionis. Et in hoc declaranda sunt tria.

¶ p^{m} a quo istud sacr̄m fuit institutū.

¶ 2^{m} quare fuit institutū.

¶ 3^{m} qualiter consumatur.

¶ Primū quod est declarandū a q̄ sacramentū confirmationis fuit institutū. ¶ Et ad hoc intelligendū dicit Ricardus in 4° di. 2. Qd̄ aliqui dixerunt quedā sacramēta fuisse a christo immediate instituta. Quedaz mediantibus aplīs sicut confirmatio ⁊ extrema vnctio. ¶ Alij dicūt omnia a xp̄o immediate omnia instituta fuisse: qz cum ex sua institutione habeant virtutem cōueniens fuit ea institui ab illo solo immediate a quo habent sanctificandi virtutē que eis dare non potuit ab aliquo homine puro. ¶ Thomas xp̄o dicit: ꝙ christus omnia sacramenta īstituit sed quedam magis necessaria ⁊ explicite: quedam alia figuratiue ⁊ implicite, ꝓmulgationem ⁊ exp̄ssionē maiorez relinquens apostolis. ¶ Petrus etiam de palude idez dicit: asserens ꝙ oīa sacramenta a xp̄o immediate fuerunt instituta lz non ꝓmulgata nisi que erant necessitatis vt baptismus. de quo dixit Joānis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spu sancto non potest introire in regnum dei. Et penitentia cum dixit Mathei. 3. Penitentiam agite. vel cum dixit leprosis. Ite ostēdite vos sacerdotibus. Et eucharistia cum dixit Joannis. 6. c. Nisi manducaueritis carnē filij hominis ⁊c. ¶ Instituit christus extremam vnctionem cum misit apostolos predicare ⁊ oleo vngere infirmos. Confirmationem quādo benedicebat pueros eis manus imponens. Ordines in cena vltima. Matrimoniū quādo nuptias miraculo vini consecrauit. Sed confessionem ⁊ extremam vnctionez promulgauit expresse per Jacobum. 5. c. Cetera per doctrinam apostolorum. ¶ Sacramentum ergo confirmationis a christo fuit institutuz ƀm Petrum de palude lz non sit scriptū: quoniam vt etiam in precedentibus diximus videlicet in ƀmone de superbia hereticorum. Multa tā de verbis q̄z de factis dominicis inuenimus in euāgelistis omissa que apostoli vel suppleuisse verbo vl̄ facto expressisse leguntur: vt dicitur extra de celebratione missaꝝ. c. Cum marthe. Apostoli autem chrismati fuerunt die pentecostes sine chrismate. vt eni dicit Magister sententiaꝝ in 4°. Deus non alligauit potentiam suam sacramētis: quin ⁊ per modos alios sibi placitos posset conferre gratiam. Quod ergo alijs confert gratiā ƀm legem communem per sacramentū confirmationis hoc apostolis cōtulit sine eo plenitudo spiritus sc̄i fecit tamen apparē̄ sup̱ eos aliqd correspondens materie chrismatis scilicet linguas igneas. ¶ Apostoli etiā chrismabant per impositionē manuum et descendebat visibiliter sp̄us sāctus: vt scribitur actuum. 8. c. ¶ Scd̄z quod est declarandum quare sacramentū confirmatiōis fuit institutum. Et dicūt doctores in 4° di. 7. ꝙ fuit institutū ad hoc vt p̱ gratiā operantē roboretur ⁊ fortificetur aīa ad confitendum cum fiducia fidē christi. ¶ Notandum tn̄ ꝙ potest quis tripliciter roborari seu confirmari.

¶ p^{o} per iuriū firmationē.

¶ 2° per armoꝝ additionē.

¶ 3° per membroꝝ vigorationē.

¶ Primo roboratur ⁊ confirmatur quis

per iurium firmationem. Cum enim quis
eligitur ad aliq̄ʒ dignitatem acquiritur ei
ius ad rem illam: sed cum a superiore con
firmatur firmatur sibi magis illud ius vt
non ita de facili possit sibi auferri. Sicut di
citur de salomone rege ꝙ eo confirmato in
regno regnum ei adhesit fortius. Sic ad
propositum per baptismū assumitur quis
spiritualiter ad dignitatem regiam ⁊ acq/
ritur ei ius ad omnia sacraméta vt admit
tatur ad ea: sed per cōfirmationis sacramē
tum magis firmatur sibi illud ius. ¶ Se/
cundo confirmatur quis per armorum ap
positionem. Quāuis enim quis sit fortis
corpore si cum hoc addantur sibi arma si/
cut fit militi cum accedit ad bellum: inde
confirmatur ⁊ magis roboratur. Per ba/
ptismum autem recipit quis gratiaʒ vigo
rantem eum ad bene agendum. Sed per
chrismationem recipit maius robur spiri/
tuale ad pugnandum pro fide vt non ter/
retur nec erubescat publice fidem christi
confiteri. vnde Petrus apostolus qui ad
vocem vnius ancille ita timuit ꝙ christuʒ
negauit. Et ipse cum alijs apostolis q̄ʒuis
gratiam haberent ⁊ essent baptizati: vt di
cit Aug. tamen stabāt clausi in domo pro
pter metum iudeorum. Sed postq̄ʒ fuerūt
confirmati in die pentecostes ita fuerūt ro
borati ꝙ exeuntes domuʒ ceperunt publi
ce predicare magnalia dei ⁊ sine aliquo ti
more fidem christi. Et quātūcunqꝫ fierent
eis mine ⁊ flagellarentur non dimittebāt:
quin publice predicarent. Unde christus
dixerat eis Luce vltimo. c. Sedete in ciui/
tate quousqꝫ induamini virtute ex alto idest
armis fortitudinis. ¶ Armantur ergo illi
qui chrismātur signo crucis per episcopū
in fronte ⁊ inunguntur sicut ⁊ pugiles an
tiquitus inūgebantur ad hoc vt tanq̄ʒ for
tes milites christi facti non timeāt nec eru
bescant publice christum fateri. ¶ In hui⁹
figuram dauid vnctus a samuele preliās
cum golia terribili gigante preualuit con
tra eum ⁊ in funda ⁊ lapide occidit. primi
regum. 16. c. ¶ Hinc Melchiades papa de
con. di. 5. c. Spiritus sanctus. ait. Quia in
mundo tota etate victuris inter visibiles
hostes ⁊ pericula nobis gradiendum est.

In baptismo regeneramur ad vitā. Post
baptismum confirmamur ad pugnaʒ. In
baptismo abluimur: post baptismuʒ robo
ramur. Et q̄ʒuis continuo transituris suffi
ciat regenerationis baptisma: victuris ta
men sunt necessaria confirmationis insi/
gnia. Regeneratio saluat mox i pace bea
ti seculi recipiendos. ¶ Confirmatio armat
⁊ instruit ad agones mundi. ¶ Tertio con
firmatur quis ⁊ roboratur per membrorū
fortificationem. Cum puer nascitur viuit
vtiqꝫ sed multum est debilis nec ad opera
aptus adultorum. Ex sensibilibus autem
⁊ corporalibus deuenire possumus in no
ticiam spiritualium per similitudines eo/
rum. Nascitur enim homo in esse spiritua
li per baptismum ⁊ viuit vtiqꝫ vita gratie
sed adhuc est quasi debilis in vita spiritua
li. Unde apostolus Petrus in prima sua
canonica. c. 2. baptizatis ait. Quasi modo
geniti infantes lac concupiscite vt in salu/
tem crescatis. Sed per confirmationem vł
chrismationem confirmatur homo quasi
perueniens per hoc ad etatem robustam:
vt possit bellare ⁊ fortia agere. ¶ Tertiuʒ
quod est declarandum qualiter hoc sacra/
mentuʒ consumatur: idest que sit materia
eius ⁊ que forma. Et quantum ad materi
am dicit Ricardus ꝙ materia huius sa/
cramenti determinata est chrisma conse/
cratum ab episcopo: quod componitur ex
oleo oliuarum quod designat nitorem con
scientie ⁊ balsamo quod designat odorem
bone fame: vt patet extra de sacra vnctio/
ne. c. Uno. Nec obstat quia christus non
fuit vsus ista materia: quia credenduʒ est
ꝙ ipse hanc materiam determinauit inspi
ratione vel precepto. vnde Damascenus
libro. 4. c. 4. ait. Multos ritus seruat nūc
ecclesia qui lʒ in scriptura non inueniātur
expresse instituti: tamen per sanctos spirit⁹
sanctus instituit ⁊ reuelauit. ¶ Dicit tamē
Landulphus ꝙ chrisma consecratum ab
episcopo est materia remota. S. confirma
tionis: sed vnctio est materia propinqua
Forma xᵒ huius sacramenti est Cōsigno
te signo signo crucis ⁊ cōfirmo te chrisma
te salutis. In nomine patris: ⁊ filij: ⁊ spūs
sancti Amen. Hanc formam vt inqt Pe/

trus de palude non habemus ab euangelistis sed a traditione romane ecclesie que eam accepit ab apostolis qui eam a christo acceperunt. Et si apostoli non fuerunt vsi hac forma dispensatiue factum est sicut tunc forma baptismi. Magis tamē vsi creduntur lꝫ non legatur quia occultabāt formas sacramentorū propter irrisiones gentilium ⁊ quia in signo crucis omnia sacramenta perficiuntur de con. di. 5. c°. Nunquid.

¶ Qđ omnes fideles obligantur suscipe ꝯfirmationē ab epis ex ꝑcepto ecclesie pro loco ⁊ tpe. Cap. 2^m.

s Ecundum mysterium videndꝫ de sacramento confirmationis dicitur obligatio. vbi queritur. An fideles obligētur ad istud. S. de necessitate. Et ad hoc respondet Ricar. in. 4. ⁊ Petrus de palude. Qđ hoc sacramentum non est simpliciter necessariꝫ nec ex institutione propter effectum eius qui est robur spirituale quia de facto ⁊ meritorie potest homo confiteri fidem tempore persecutionis per fortitudinem ⁊ charitatem que datur in baptismo cum minima charitas sufficiat ad resistendum cuiqꝫ tentationi. ¶ Item non est necessarium ex institutione christi quia christus nō promulgauit hoc sub comminatione damnationis: vt baptismꝫ ⁊ penitentiam. Nec precepit illud sicut eucharistiam: propter quod ista tria dicuntur necessitatis. Sed videtur hoc esse necessariū ex ordinatione ecclesie: que statuit vt oīs fidelis semel in vita confirmetur si potest: vt patet de cō. di. 5. c. Omnes fideles. vbi dicitur ꝙ omnes per impositionē manus episcoporum recipere debēt spiritū sanctū post baptismꝫ vt pleni christiani inueniātur. ¶ Et de con. di. 5. c. Spiritus sanctus. dicitur. Victuris necessaria sunt confirmationis auxilia. ¶ Et in. c. Vt ieiuni. dicitur. Nunqꝫ erit christianus scilicet plenarie q non fuerit episcopali confirmatione chrismatus. ¶ Et Rabanꝰ de con. di. 5. ait. Nouissime a summo sacerdote idest episcopo per manus impositionem paraclitus datur baptizato vt roboretur per spiritū sanctum. ¶ Et Hugo libro. 2. de sacramentis. Timendum est hijs qui per negligentiam omittunt episcopi presentiam ⁊ non suscipiunt manus impositionem ne forte ꝓpterea damnentur. ¶ Quāuis ergo paruulus post baptismum moriens vadat ad gloriā etiam non chrismatus: tamen non habet illam plenitudinem seu augmentum gratie. vnde nec glorie sicut confirmatus. Et adultus qui contemneret hoc sacramentū suscipere saluari non posset. ¶ Sed hoc loco queritur vtrum soli episcopi possint confirmari. Et ꝙ sic ꝓbatur. Nam scribitur extra de sacra vnctione. c. Unico. Cum ceteras vnctiones simplex sacerdos vel ꝑsbyter valeat exhibere hanc non nisi summꝰ sacerdos idest episcopus debet conferre. ¶ Item de cō. di. 4. presbyteri baptizatos infantes signare in frontibus sacro chrismate non presumant. Et idem hētur de cōsecratiōe di. 5. c. Manus. ⁊ c. De hijs. Et 68. di. c. Quāuis. ¶ Sed contra arguunt aliqui: quia vt recitat Magister sententiarum in. 4. ⁊ habetur. 95. di. c°. Peruenit. Gregoriꝰ scripsit ianuario episcopo in grecia ꝙ sacerdotes possent inungere in fronte chrismate sicut antea faciebant. Prohibuerat enim eos cōfirmare. Sed quia populus fuit de hoc scandalizatus concessit ꝙ possent confirmare sicut ante. ¶ Respōdet Landulphus in suo. 4. ꝙ circa hoc varie diuersi dicunt. ¶ Alij enim tenēt ꝙ Gregorius cōcessit vngere in fronte oleo ⁊ nō chrismate ad sedandum scandalum populi. Sed contra hoc obicit glo. quia tunc illum pplm decepisset ⁊ ita vno sacramēto defraudasset quod non est presumendum de sancto gregorio. ¶ Quidā ṽo tenent ꝙ gregorius fecit illos sacerdotes qui erant sub ianuario episcopo quo ad actum cōfirmandi epos: ita ꝙ quilibet eoꝝ in ordine epatus sibi in hac ptāte collata ꝯfirmabat. ¶ Ricar. ṽo dič ꝙ lꝫ soli epi ꝯfirmare possint ex ordiaria ptāte tñ simplex sacerdos ꝯfirmare posset ex cōmissiōe pape. vñ glo. i. c. Qñ. extra de cōsuetudine ait. Papa potest delegare auctoritatem chrismandi simplici sacerdoti ⁊ non laico. Epi ṽo licet ipsi possint chrismare non possunt tamen alijs inferioribus demandare qui ex offi-

tio hoc facere non possunt. Sed alij epi vel archiepiscopi possunt hoc facere in diocesi alterius epi de licentia ipsius episcopi. Epi enim ea que sunt iurisditionis vt iudicare excõmunicare ⁊ similia committere possũt etiam alijs non habentibus iurisditionez. Ea vero que sunt ordis ⁊ episcopalis auctoritatis nõ possunt demandare aut delegare alijs qui sunt inferioris gradus. Et de consecratione ecclesie vel altaris. c. Aqua. dicit text⁹. Licet eps cõmittere valeat que iurisditionis existunt que ordinis tamen episcopalis sunt non possunt iferioris gradus clericis demandare. ¶ Ubi glo. iurisditionis: puta iudicare cognoscere de causis beneficia conferre ⁊ omnia alia que assecutus est episcopus in consecratione: hec oĩa committere potest ⁊ delegare vnicuiqꝫ maiori vel minori. Sed ea que sunt ordinis scilicet clericos ordinare: virgines cõsecrare: chrisma conficere ⁊ similia non potest. Ergo vt redeamus ad nostra obligãtur fideles ad sacramentum cõfirmationis qd̃ epi conferunt. Et vt fideles ecclesia alliciat ad deuotionem tanti sacramẽti statuit iter cetera ꝙ lꝫ quandoqꝫ ciuitas sit supposita excommunicationi et interdicto: potest eps conuocare populum cũ sibi videbitur expedire apud aliq̃ꝫ ecclesiam ⁊ predicare insuper ⁊ chrismare: vt patet ex̃ de snia excõmunicationis. c. Responso.

¶ De regulis que obseruari debent circa sacr̃m ꝯfirmationis. Cap. 3m.

t Ertium mysterium videndum de sacramento confirmationis dicitur regulationis. In quo notãde sunt alique regule circa vsum eius. ¶ Prima regula ſm doctores in 4°. ꝙ hoc sacramentum debet dari omnibus fidelibus baptizatis non autem non baptizatis ⁊ mulieribus sicut ⁊ viris; quia etiam mulieres ꝓ christo dimicauerũt. vnde Criso⁹ in homelia sup Matheũ ait. In mundanis agonibus etatis ⁊ forme generisqꝫ dignitas requirit: ⁊ ideo seruis ac mulierib⁹: senibus ac pueris ad eos aditus denegatur. In celestibus aũt oĩ persone ⁊ etati ⁊ sexui indiscreta facultate stadiũ patet. Et in homelia de militia spũali dicit. Apud deũ femineus etiam militat sexus. Multe nanqꝫ femine animo virili spiritualem militiã gesserunt quedã enim interioris hoĩs virtute viros equauerunt in agonibus martyrij: quedã etiam fortiores viris extiterunt. ¶ Secunda regula ꝙ paruuli etiam possunt confirmari quia si non tunc tamen postea habebunt forte cõfiteri christũ ⁊ minus habẽt de fictione. Tñ quia hoc sacramentũ iterari non debet ⁊ non sic presumitur de cõuersato inter christianos ꝙ sit chrismatus sicut ꝙ sit baptizatus. Ideo non expedit ꝙ paruuli confirmentur ante septennium vt possint melius recordari postea ꝯfirmati: qb⁹ etiã ꝓpter hoc solet dari alapa. Saluãtur tamen paruuli baptizati etiã sine ꝯfirmatione. ¶ Tertia regula ꝙ ille q chrismatur debet teneri ab aliq̊ ſm Tho. 3a par. q. 72. Nec tñ ista tẽtio est de necessitate sacramẽti quia ⁊ sine ipsa daretur: sed est ex precepto ecclesie si adsit facultas. Cõgruit autem tentio huic sacramento quia ꝯfirmandus vt debilis confirmari petit ⁊ ideo ab alio vt a baculo sustentatur quasi infirm⁹ ⁊ mulier etiã tenere põt. ¶ Quarta regl'a ꝙ non confirmatus non debet tenere ꝯfirmandũ. argm de conse. di. 4. c. In baptizãte. Item nec vir vxorem nec vxor virum. Alioquin iure petendi debitum carebunt si scienter facerent: secus si ignoranter. 30. q. ꝓa. c. De hys. Item consanguinei vel affines non debent se mutuo tenere quia sufficit vinculũ carnale vel naturale. ¶ Quinta regula ꝙ in confirmatione contrahitur cognatio spiritualis non solum impediẽs matrimonium contrahendũ sed etiam dirimens contractum. Et hec cognatio contrahitur inter ꝯfirmatum ⁊ eum vel eos q tenent ad confirmationem. Inter ipm confirmatum ⁊ filios naturales ⁊ inter alios de quibus diximus in sermone de luxuria incestuosoꝝ. ¶ Sexta regula ꝙ adulti monendi sunt premittere confessionem ante confirmationem. vt de con. di. 5. c. Ut ieiuni. Et hoc in omni susceptione sacramenti post baptismum obseruandũ est ab eo qui post baptismũ peccauit mortaliter. ¶ Sexta regula ꝙ sacramentũ cõfirmationis ieiunis ⁊ a ieiunis dari debet vt patet de cõ.

di.5.c.Ut ieiuni.Et.c.sequenti. quod & de
omni sacramento intelligendum est.vnde
sine causa post prandium ministrari non
debet:puta si eps non potest mane cōmo/
de chrismare. ¶Septima regula ꝙ in oi
loco dum tamen decenti & honesto potest
episcopus confirmare sine peccato non so
lum in ecclesia sed extra:lz chrisma solum
in ecclesia confici debeat:& hoc intellige in
diocesi sua subditos suos nisi ex commis/
sione vel licentia confirmaret alios.Et no
ta ꝙ si episcopus confirmaret non subdi/
tos absqz sui superioris episcopi licentia:
vere prestaret sacramentuz lz peccaret.Et
non efficeretur irregularis neqz suspēsus.
¶Octaua regula ꝙ vnctio chrismatis fa
cienda est in fronte.Extra de sacra vnctiōe
c.Uno.quia vt magis audacter & sine ru/
bore homo confiteatur christum datur cō
firmatio:& ideo potius in fronte fieri debet
vbi magis apparēt huiusmodi passiones.
Cōfirmat ista Tho.in tertia parte asserēs
ꝙ ista cōsignatio fit in fronte propter duo
¶Primo quidem quia chrismatus isigni
tur signo crucis sicut miles signo ducis:
quod quidem debet esse euidens & manife
stum.Inter omnia autē loca corporis hu
mani maxime manifest⁹est frons qui qua
si nunqz obtegitur.Et ideo linit chrisma/
tus chrismate in fronte vt in manifesto de
monstret se esse christianum sicut & aposto
li post receptum spiritum sanctuz se mani
festauerunt qui prius in cenaculo latebāt.
¶Secundo quia aliquis impeditur a libe
ra confessione christi propter duo. scilicet
propter timorem & propter verecundiam:
vtriusqz autem horum signū maxime ma
nifestatur in fronte propter propinquitatē
imaginationis.Et propter hoc spiritus a
corde directe ad frontem ascendunt.vnde
verecundati erubescūt timentes autē pal
lescunt:vt dicitur in 4° ethicorum. Et ideo
in fronte signatur chrismate vt neqz ꝓpter
timorem neqz propter erubescentiam no/
men christi cōfiteri pretermittat.¶Nona
regula ꝙ debet frons ligari quousqz chris
ma deficcetur.Non oportet autem ꝙ pan
nus septem diebus ligato capite portetur
sed ꝙ septem diebus caput a lotione serue
tur:& hoc propter reuerentiam chrismatis
& propter septem dona spiritus sancti.Sit
ergo christiani diligentes vt confirmatio/
nis sacramentum cum deuotione ac reue
rentia suscipiant:vt sic fortificati iesū xpm
dominū & saluatorem seculi confiteantur.
cui sit laus & gloria per infinita secula secu
loꝝ Amen.

¶Feria sexta magna de flebili morte sal/
uatoris nostri iesu christi.

Sermo quadragesimus octauus.

i Nclinato ca
pite tradidit spirituz.Scribū
tur h verba Joannis.19.c°.&
in euangelio hodierno. ¶Si
omnium nostrum oculi fierent fōtes aque
viue vt lachryme profluentes ex illis sup
excederent abundantiam fluminū stagno
rum lacuum & maris oceani non sufficerēt
ad satisfaciendū pietati quam debem⁹ pijs
simo redemptori nostro dño iesu christo.
Nihil enim excogitari potest aut enarrari
flebilius & commiseratione dignius qz ei⁹
acerba passio & mors crudelis ab eo ꝑ no
bis vermiculis tolerata.¶Sed pleriqz as/
serunt non conuenire grauitati viroꝝ sa
pientum vt se ad lamenta inclinent et la/
chrymas.Quos nos facile conuincimus
exēplo coꝝ qui propter planctum suoꝝ ca
rorum de benignitate laudantur. ¶Sicut
ioseph qui fleuit & deosculatus est faciē pa
tris sui defuncti vt dicitur Genesis.50.c°.
¶Et Dauid qui planxit super saul & iona/
tha interfectos in prelio:vt scribitur secun
di regū p̄.c.¶Et super tumulum abner in
terfect⁹a ioab & abisai:vt habetur secundi
regū.3.c.ac pro amon filio quem interfecit
absalon:vt patet secundi regū.13.c.et de/
niqz nunciata morte absalon flebat dicēs
Absalon fili mi:fili mi absalon.& versa fuit
victoria illius viri in luctum omni populo
vt patet secūdi regū.18.c.¶De alexandro
insup qui magnus cogminatus est refert
Quitus curti⁹ ꝙ audita morte vxoris da
rij fudit lachrymas.Sic & alij plurimi ꝗs
omittere libet.¶Cur igit nō debeat vnus
quisqz faciē lachrymis madefacē cū narrat

mors illius qui fuit a patribus desidera/
tus: a prophetis prenunciatus: a decez ſi
billis vaticinatus: ab angelo annunciatꝰ:
a virgine matre conceptus: ab heliſabeth
benedictus: a multitudine angelorũz lau
datus: a paſtoribus inuētus: a ſtella mon
ſtratus: a magis adoratus: a ſymeone iu
ſto ⁊ ſene in brachijs ſuſceptus. Ipſe vtiqz
dei eſt ⁊ virginis filius. Ipſe de ſpiritu ſan
cto conceptus. Ipſe omni gratia ⁊ veritate
repletus. Ipſe qui peccatum non fecit nec
dolus inuentus eſt in ore eius. Ipſe ſpecio
ſus forma pre filijs hominum: in quez de
ſiderāt angeli proſpicere. Ipſe deniqz qui
dilexit ⁊ lauit nos a peccatis ſanguie ſuo.
Currite igitur gentes vndiqz ⁊ venite ho
die ad locum caluarie ⁊ dum in cruce poſt
dira tormenta mortuum inſpicitis aucto/
rem vite flebilibus vocibus aera comple
te. Plangite ⁊ vlulate ſuper ieſu in cruce
pro nobis extincto. Plangite o virgines
virginem de virgine natum. Plangite
o nupte ⁊ coniugati matrimonij precipu/
um cultorem: qui vt illud extolleret aquā
in vinum conuertit in nuptijs. Plangi/
te o vidue ieſum qui viduas honorauit:
⁊ adoleſcentem filiuz qui mortuus erat ſu
ſcitatum reſtituit vidue matri. Plangite
viri docti ſummum doctorem lumē mun/
di qui ſemper docuit veritatem. Plangi/
te turbe ⁊ populi omnes chriſtum qui tur
bas bis miraclo panū refocillauit. Plan
gite o matres filium virginis innocentem
decorum affabilez trigintatres annos ha
bentem etatis quem iudei peſſimi hodie
crucifixerunt: hodie vulnerauerunt: hodie
illuſerunt: hodie deniqz occiderunt. Sz cū
ad hoc non ſufficiat ibecillitas noſtra men
te ad deum eſt recurrendum orandunqz:
vt gratiam largiatur qua mediante recor
dari tante rei cum cordis teneritudine va
leamus. Quare ⁊ vos aſtantes genuflexi
in ſilencio dicite pater noſter. Ego vō voce
publica referam orationem quam facit ec
cleſia. Reſpice queſumus domine ſuper
hanc familiam tuaz pro qua dominus no
ſter ieſus chriſtus nō dubitauit manibus
tradi nocentium ⁊ crucis ſubire tormentū
Amē. Implorato iam ex ſuperis preſidio:
omnes ingenij vires excitabimus ad con
templandam mortem vnigeniti filij dei:
quā tulit vt nos viuificaret ac recōciliaret
eterno pr̄i. ¶ De ipſa itaqz morte ieſu chri
ſti locuturi tria myſteria proponimus con
templanda.

¶ Pͫ dī veritatis.
¶ 2ͫ penalitatis.
¶ 3ͫ pietatis.

¶ Qđ modus liberandi genus humanū
per paſſionem chriſti fuit conueniens. Et
ꝙ xp̄s occiſus fuit a iudeis ac vere mortu
us. Cap. pͫ.

Primum myſterium contemplan/
dum de morte chriſti dicitur verita
tis. In quo tria dubia pijſſima de/
claremus.

¶ Pͫ vtrum fuit conueniens modus libe
rationis humane per paſſionem ⁊ mortez
chriſti.
¶ 2ͫ vtrū xp̄s fuit ab alio occiſus.
¶ 3ͫ vtrū xp̄s fuit vere mortuus.

¶ Pro primi dubij declaratione audien
da eſt ſentētia Auguſtini qui liº. 14. de tri
nitate ait. Sanande noſtre miſerie nullus
alius modus cōuenientior fuit q̄z per paſ
ſionē chriſti. Ratio eſt ſm Tho. tertia par
te. q. 46. quia tanto aliquis modus conue
nientior eſt ad aſſequendum finem quāto
per ipſum plura concurrunt expedientia
fini. Per hoc autē ꝙ homo per chriſti paſ
ſionem eſt liberatus multa occurrunt ad
ſalutē hoīs ptinētia p̄ter liberationē a pec
cato que ſūt precipue tria.

¶ Pͫ eſt cognitio diuine charitatis.
¶ 2ͫ exempluz virtuoſitatis.
¶ 3ͫ ꝯſeruatio puritatis.

¶ Primuz eſt cognitio diuine charitatis
Per hoc enim homo cognoſcit quantum
a deo diligatur. Ideo Ioannis. 3. cº. Chri
ſtus dixit. Sic deus dilexit mundum vt fi
lium ſuum vnigenitum daret. Et Eccleſia
dicit illud verbum Gregorij. O inextima
bilis dilectio charitatis vt ſeruum redime
res filiū tradidiſti. ¶ Et Hieronymus i epi
ſtola ad damaſum papā inquit. Que ma
ior poteſt eſſe clementia q̄z vt dei filius fili
us hominis putaretur decem menſium fa
ſtidia ſuſtineret partus: expectaret aduen

tuꝫ: per singulas adolesceret etates: ⁊ post
contumelias vocum alapas ⁊ flagella cru
cisqꝫ pro nobis fieret maledictum vt nos
a maledicto legis absolueret. ¶ Et Pau/
lus ad romanos. 8. c. ait. Propꝛo filio suo
non pepercit deus sed pro nobis omnibꝰ
tradidit illum. ¶ Si autem aliquis obice
ret quia magna iniquitas est innocentem
passioni ⁊ morti tradere. Sed sicut dicitur
deuteronomij. 32. Deus fidelis est ⁊ absqꝫ
vlla iniquitate. Ergo filium innocentē nō
debuit tradere passioni ⁊ morti. ¶ Respō
det Tho. tertia parte. q. 47. ꝙ deus pater
tradidit christum passioni. ¶ Uno quidem
modo ſm ꝙ sua eterna voluntate preordi
nauit passionē christi ad humani generis
liberationem ſm illud quod dicitur Ysaie
53. cᵒ. Dominus posuit in eo iniquitatem
omnium nostrum. ¶ Secūdo inq̄ꝫtum in/
spirauit ei voluntatem patiendi pro nobis
infundendo ei charitatē. ¶ Tertio non pro
tegendo eum a passione sed exponēdo per
sequentibus. vnde vt dicitur Mathei. 27.
clamauit in cruce. Deus meus cur me de
reliquisti. quia scilicet ſm Augustinū po/
testati persequentium eum exposuit ⁊ sub
traxit protectionem non tamē soluit vnio
nem. ¶ Quod predixerat Dauid in p̄s il/
lo. 20. loquēs in persona christi. Deus de/
us meꝰ quare me dereliquisti ⁊c̄. cuius ex
positionem scripsimus in sermone de pas
sione in alio quadragesimali. Et ꝙ de chri
sto Dauid loquebatur ostendit Lactantiꝰ
libro. 4. ex hoc quia in illo p̄s dicitur. Fo/
derunt manus meas ⁊ pedes meos. Ubi
sic ipse sequitur. Que vtiqꝫ propheta non
de se locutus est fuit enim rex ⁊ nunq̄ꝫ illa
perpessus est. Spiritus dei per illū loque/
batur qui fuerat illa passurus post annos
mille ⁊ quinquaginta. Tot enim colligun
tur anni a dauid vsqꝫ ad crucē christi. Hec
ille. ¶ Dicimus ergo ꝙ iniquum est ⁊ cru/
dele hominem innocentem morti tradere
contra eius voluntatem. Sed deus pater
non sic tradidit filium qui obediēs in sua
oratione paterne se subdidit voluntati ter
tio replicans: Pater mi si possibile est trās
fer a me calicem: verūtamen non sicut ego
volo sed sicut tu fiat volūtas tua. ¶ Et nota
de hoc possibili ſm Tho. 3ª parte. q. 46. ar
ticulo. 2. Qđ aliq̄d potest dici possibile vel
impossibile dupliciter. ¶ Unomodo simpli
citer ⁊ absolute. ¶ Aliomodo ex suppositio
ne. Simpliciter ⁊ absolute loquendo possi
bile fuit deo aliomodo hominē liberare q̄ꝫ
per passionem filij. Quia non est impossi/
bile apud deū omne verbum. Sed ex aliq̄
suppositione facta fit impossibile: quia enī
impossibile est dei prescientiaꝫ falli ⁊ eius
voluntatem siue dispositionem cassari sup
posita prescientia ⁊ ordinatione dei de pas
sione christi non erat simul possibile chri/
stum non pati ⁊ hominē aliomodo q̄ꝫ per
eius passionem liberari. ¶ Et si rursus ali/
quis quereret: an si deus liberasset hoiem
absqꝫ omni satisfactione fecisset contra iu
sticiam. ¶ Respondet Tho. ꝙ non. Quia
ille iudex non potest salua iusticia culpā si
ne pena dimittere qui habet punire culpā
in alium commissam. puta vel in aliuꝫ ho
minem vel in totam rempublicam siue in
superiorem principem. Sed deus non ha
bet aliquem superiorē. Sed ipse est supre/
mum ⁊ commune bonum totius vniuersi
Et ideo si dimittat peccatum quod habet
rationē culpe ex eo ꝙ contra ipsum cōmit
titur nulli facit iniuriam. Sicut quicunqꝫ
homo remittit offensam in se commissam
absqꝫ satisfactione misericorditer ⁊ non in
iuste agit. Tamen hoc non obstante no/
luit peccatum sine pena dimittere. Et cum
hoc sufficienter satisfacere non posset per
aliquam penam quaꝫ pateretur ei satisfa
ctorem dedit charitatēqꝫ suam generi hu
mano exhibuit. ¶ Secūdum quod occur/
rit pertinens ad salutē hominis est exem/
plum virtuositatis. In hoc enim ꝙ xp̄us
moriendo redemit humanum genus exē/
plum dedit hominibus obedientie: humi/
litatis: constantie: iusticie ac ceteraꝝ virtu
tum in passione christi ostensarum que sūt
necessarie ad humanā saluteꝫ. Ideo dī pᵃ
Petri. 2. c. Christus passus est pro nobis
vobis relinquens exemplū vt seq̄mini ve
stigia eius. ¶ Tertiū qđ facit ad salutē ho
minis est conseruatio puritatis. Ex eo aūt
ꝙ xp̄s passus est pro nobis idicitur nobis
necessitas seruandi nos a peccato imunes

Hinc Paulus p^e ad corinthios. 6. c°. ait. Empti enim estis precio magno valde: glorificate et portate deū in corpore vro. Et sic patet q passio christi p° attrahit et inflammat cor humanū ad dilectioné dei nos diligentis. vnde Bernardus ait. Super oia reddit te mihi amabilé bone iesu calix qué bibisti opus redemptionis nostre. ¶ 2° passio christi dat exemplū virtutū potissimū patientie et humilitatis: vt dicitur. 93. di. c. Dñs. ¶ 3° inducit homines vt a peccatis abstineant cum táte sit anima nobilitatis vt pro ea redimenda sanguiné xps effuderit. ¶ Unde Hugo in li° de arra sponse ait. Amplius mihi vilis esse non debeo que tátū deo placui vt mori dignaretur pro me: ne perderet me. ¶ Et Bernardus in meditatióibus. Sublime est aie preciū que nó nisi sanguine christi redimi potuit. Quam ergo cōmutationē pro aia tua dabis qui pro nihilo das illá. ¶ Scdm dubiū declarádū vtr xps fuit ab alio occisus. Et q sic pz quia ipse predixerat Luce. 18. Postq flagellauerint occident eum. ¶ Sed cótra arguunt pleriq. p° quia xps dixit Joánis. 10. c. Nemo a me tollit aiam meā sed ego pono eam. Ille aūt dicitur aliquem occidere qui aiā eius tollit. Non est ergo christus ab alijs occisus sz a seipso. ¶ 2° arguūt qr illi qui ab alijs occiduntur paulatim debilitata natura deficiunt et maxime hoc apparet in crucifixis. In xpo auté hoc non accidit. Nam clamans voce magna emisit spiritum: vt dicitur Mathei. 27. c. Non ergo fuit christus ab alijs occisus sed a seipso. ¶ Ad solutionem horum obiectorum dicit Tho. 3^a parte. q. 47. q aliquid potest esse causa alicuius effectus dupliciter. ¶ Uno modo directe ad illud agendū. Et hoc modo persecutores christi eum occiderunt: qr sufficientem ei causam intulerunt cum intentione occidendi eum et effectu subseqnte quia scilicet ex illa causa est mors subsecuta. ¶ Aliomodo di aliqd causa alicui⁹ indirecte scilicet quia non impedit cum impedire possit. Et hoc modo ipse christus fuit causa passionis et mortis sue. Poterat eni suam passionem et mortem impedire. ¶ P° quidem aduersarios reprimendo vt eum aut non vellent aut non possent iterficere. ¶ 2° quia spiritus eius habebat potestatē conseruandi naturam carnis sue ne a quocūq lesiuo inflicto opprimeretur qd quidem habuit anima christi. quia erat vnita verbo dei in vnitate persone: vt docet Augustinus in. 4. de trinitate. Quia ergo anima christi nó repulit a proprio corpore nocumentum illatū: sed voluit q natura corporis illi nocumento succumberet dicitur suam aiam posuisse vel voluntarie mortuus fuisse. Et sic intelligitur illud qd inducebatur p°. Nemo tollet a me aiam meā scilicet me inuito. ¶ Ad 2^m pro arg^m dicit Tho. q vox illa magna a christo emissa nó fuit naturalis sed miraculosa: et iter alia miracula mortis xpi computatur. Quádiu eni xps voluit natura corporalis eius conseruata est in suo vigore etiam in extremis. Sic et qñ voluit subito cessit illato nocuménto. ¶ Tertiū dubiū declarádū vtr xps fuit vere mortuus. Et q sic, pbádū est ɔtra icredulos triplici via.

¶ P^a di, pphetice prenunciationis.

¶ 2ª auctentice testificationis.

¶ 3ª iudaice, pcurationis.

¶ Prima via dicitur, pphetice prenūciationis. Prenunciata quippe fuit expresse mors xpi per multa secula anteacta. ¶ Unde Jacob patriarcha genesis. 49. c°. dixit. Symeō et leui fratres vasa iniqtatis bellántia. In consilio eor non veniat aia mea: et in cetu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virū et in voluntate sua suffoderunt murū. Maledictus furor eorum quia pertinax et indignatio eorum quia dura. Nicolaus de lira super. 12. c. Joannis asserit q pontifices iudeorū de tribu leui et pharisei pro magna parte fuerūt de tribu symeon: Ideo, pphetico spiritu illustratus iacob dixit verba predicta. ¶ Sz iudei hoc negant referétes q iacob ita locutus est de symeone et leui propter bellū quod fecerunt contra sichimitas propter raptum dine sororis eorum de quo fit méntio Genesis. 34. c. Quos nos conuincim⁹ primo quia bellum illud iam preteritum erat. Et Jacob filijs annunciabat futura. ¶ Ideo vt patet Genesis. 49. caplo. dixit.

Congregamini vt annunciem que futura
sunt vobis in diebus nouissimis cõgrega
mini ⁊ audite. ¶ Secundo bellum illud cõ
tra sichimitas fuit bellum iustum : quare
non debebat dici Maledictus furor eoꝝ.
Ergo Jacob prophetice annunciauit mor
tem christi procurandam per pontifices ⁊
phariseos. ¶ Et Sibilla de qua mentioneʒ
facit Lactanti⁹ libro quarto ita locuta est.
Inierunt consilium detestandum vt priua
rent eum vita qui vt iustificaret eos vene
rat. ¶ Et Salomon preuidens passionem
christi Sapientie.2.c.ait. Dixerunt impij
cogitantes apud se non recte. Circũuenia
mus iustum quoniam inutilis est nobis ⁊
contrarius est operibus nostris ⁊ impro/
pat nobis peccata legis ⁊ diffamat i nos
peccata discipline nostre. Promittit se sci
entiam dei habere ⁊ filium dei se nomiat.
Factus est nobis in traductionem cogita/
tionum nostrarum. Grauis est nobis etiã
ad videndum quoniam dissimilis est alijs
vita illius ⁊ imutate sunt vie eius. Tanq̃ʒ
nugaces idest nullius veritatis homines
estimati sumus ab illo ⁊ abstinet se a vijs
nostris tanq̃ʒ ab immunditijs:et prefert
nouissima iustorum:idest bona a iustis ex
pectata prefert omnibus bonis vite presẽ
tis. Et gloriatur patrem se habere deum.
Videamus ergo si ſmones illius veri sũt
⁊ tentemus que ventura sunt illi ⁊ sciem⁹
que erunt nouissima illius. Si enim est ve
rus filius dei suscipiet illum ⁊ liberabit il
lum de manibus contrariorum. Cõtume
lia ⁊ tormento interrogemus eum vt scia/
mus reuerentiam eius ⁊ probemus patiẽ
tiam illius. Morte turpissima condemne
mus eum. Hec ille. ¶ Et Ysaias.53.c. Tra
didit in mortem animam suam ⁊ cum sce
leratis reputatus est: ⁊ ipse peccata multo
rum tulit ⁊ pro transgressoribus rogauit.
¶ Et Daniel.9.c. Post hebdomadas sexa
gintaduas occidetur christus : et non erit
eius populus qui eum negaturus est:scili
cet iudei coram pilato ipsum negabunt di
centes. Non habemus regem nisi cesarẽ.
Et ciuitatem ⁊ sanctuarium idest templuʒ
dissipabit populus scilicet exercitus roma
nus cum duce venturo idest tito. Et finis
eius scilicet hierusalem vastitas quia scili
cet fuit vastata ꝑ romanos. ¶ Et cayphas
cum esset pontifex anni illius ita prophe/
tauit de christo vt scribitur Joannis.xi.c.
Expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ
populo ⁊ non tota gens pereat. Et ipse dñs
iesus sepe discipulis predixit moriturum.
¶ Unde scribit Mathei.16.c. Cepit iesus
ostendere discipulis suis quia oportet euʒ
ire hierosolymã ⁊ multa pati a senioribus
⁊ scribis ⁊ principibus sacerdotum ⁊ occi
di ⁊ tertia die resurgere. ¶ Et Mathei.17.
c. post transfigurationem dixit illis tribus
quos admiserat ad tam stupendum spe/
ctaculum. Nemini dixeritis visionem do/
nec filius hominis a mortuis resurgat. Et
Mathei.10.c. Dum iret hierosolymam di
xit secreto duodecim discipulis. Ecce ascen
dimus hierosolymaʒ ⁊ filius hominis tra
detur principibus sacerdotum ⁊ scribis et
condemnabunt eum morte. ¶ Secundo
probandum est ꝙ christus vere fuit mor/
tuus per auctenticam testificationẽ. ¶ Cã
tat quippe sic de christo mater ecclesia. Ip
se enim verus est agnus qui abstulit pec/
cata mundi qui mortem nostram morien
do destruxit ⁊ vitaʒ resurgendo reparauit.
¶ Et in vtroqʒ symbolo apostolorum scili
cet Patrem christum passum ⁊ mortuuʒ
ꝯfitetur. Idem habetur in symbolo Atha
nasij. ¶ Et de summa trinitate ⁊ fide catho
lica.c.ꝑ. ¶ Et Joannes in euangelio.c.19.
ait. Ad iesum autem cum venissent vt vi
derunt iam mortuũ non fregerũt eius cru
ra. ¶ Et Paulus ad romanos.5.c°. Pro
impijs mortuus est iust⁹ pro iniustis. ¶ Et
iterum ibi. Cum adhuc peccatores essem⁹
christus pro nobis mortuus est. ¶ Et codẽ
c°. Reconciliati sumus deo per mortem fi
lij eius. ¶ Et.8.c. Christus mortuus est et
resurrexit qui est ad dexteram dei. ¶ Et.14.
c. Christus mortu⁹ est ⁊ resurrexit vt ⁊ vi/
uorum ⁊ mortuorum dominetur. ¶ Et pri
me ad chorinthios.15.c. Christus mortu⁹
est pro peccatis nostris ſʒ scripturas. ¶ Et
secũde ad corinthios.5.c. Pro omnibus
mortuus est christus. ¶ Et pͤ ad thessaloni
censes.4.c. Credimus ꝙ iesus mortuus
est ⁊ resurrexit. ¶ Et Petrus ꝑma canoᶜᵃ

3.c.Christus

3.c. Chriſtus ſemel pro peccatis nr̃is mor
tuus eſt iuſt⁹ pro iniuſtis. ¶ Et Ambroſius
ſuper epiſtolam ad romanos. Tantum fu-
it peccatum noſtrum vt ſaluari non poſſe
mus niſi vnigenitus dei filius moreretur
pro nobis debitoribus mortis. ¶ Et Au-
guſtinus li°. 4. de trinitate. Una mors no
ſtri ſaluatoris duab⁹ mortib⁹ noſtris ⁊ ani
me ⁊ corporis ſaluti fuit. ¶ Et de con. di. 2.
c. Semper chriſti mors per ſe
culi vitaȝ poſteris eſt nuncianda vt diſcāt
qua charitate dilexit ſuos qui pro eis mo
ri dignatus eſt: quia ad hoc prior dilexit
nos cum eſſemus gehenne filij vt eum di
ligeremus a morte iam liberati. ¶ Tertio
probandum eſt ꝙ chriſtus fuit vere mor
tuus ex iudaica procuratione. Judei nem
pe impij ſolicitiſſime procurarunt vt chri-
ſtus moreretur. ¶ Nam vt dicitur Joānis
xi. Cogitauerunt vt interficerent euȝ. ¶ Et
Mathei. 26. Cōgregati ſunt principes ſa
cerdotum ⁊ ſeniores populi in atrium pͥn
cipis ſacerdotum qui dicebatur cayphas:
⁊ conſilium fecerunt vt ieſum dolo tenerēt
⁊ occiderent. Et coram pilato clamabant.
Nos legem habemus et ſm̄ legem debet
mori. Et tandem cum vidiſſent euȝ in cru
ce mortuum ⁊ poſtea ſepultum adierūt pi
latum dicētes. Domine recordati ſumus
quia ſeductor ille dixit adhuc viuens poſt
tres dies reſurgam. Jube ergo cuſtodiri ſe
pulchrum vſqȝ in diem tertiuȝ ne forte ve
niant diſcipuli eius ⁊ furentur eum ⁊ dicāt
plebi ſurrexit a mortuis ⁊ erit nouiſſimus
error peior priore. Ait illis pilatus: habe-
tis cuſtodiam: ite cuſtodite ſicut ſcitis. Jl
li autem abeuntes munierunt ſepulchruȝ
ſignantes lapidem cuȝ cuſtodibus. Qua
re nullus ambigere debet chriſtum paſſū
⁊ mortuum pro ſalute mundi. ¶ Et vt in-
qt Tho. 3ª par. q. 50. ꝯueniēs fuit xp̄m mo
ri. ¶ p° quidem ad ſatiſfaciendū pro huma
no genere quod erat morti adiudicatum.
¶ 2° vt nos a timore mortis liberaret. ¶ 3°
vt a mortuis reſurgendo virtutem ſuam
oſtenderet qua mortē ſuperauit: et nobis
ſpem reſurgēdi preberet. Quis igitur nō
videt quanta ſit hominum ad chriſtū obli
gatio cum ipſe qui via veritas eſt ⁊ vita ꝓ

ipſis mori dignatus ſit. Nec ſolum mor-
tem tulit ſed ad illam vt in ſequenti myſte
rio patebit tātis cruciatibus doloribuſqȝ
peruenit.

¶ Qd̄ mors xp̄i fuit penoſa valde ex eo ꝙ
paſſio eius fuit diuturna ⁊ gnālis ⁊ igm̄i-
nioſa. Cap. 2m.

Secundum myſterium contemplan
dum de morte chriſti dicitur penali
tatis. Fuit quippe mors illa pēoſa
⁊ doloroſa valde maxime propter tria.
¶ p° ꝓpter paſſionis diuturnitatem.
¶ 2° ꝓpter paſſionis gnālitatem.
¶ 3° ꝓpter paſſionis qualitatem.
¶ Primo fuit mors chriſti grauis ⁊ dolo
roſa propter paſſionis diuturnitatem. Nā
lȝ omnibus diebus penalem duxerit vi-
tam: peregrinando: orando: ieiunādo: pre
dicando: ⁊ futuram paſſionem pie preme
ditando: ob quod vt inquit Lentulus iu-
dee preſes in epiſtola ad tiberium: nunq̄ȝ
ridere viſus eſt flere auteȝ ſic. Tamē quis
explicet quāta chriſtus paſſus fuerit quā-
toqȝ merore anima eius confecta quando
colendam illam carāqȝ genitricem relin-
quens diſceſſit a bethania profectuſqȝ eſt
hieruſalem vt cenaret ibi cuȝ diſcipulis ſu
is. Que ⁊ quanta in illa cena peracta ſūt:
vtiqȝ non ſine labore ibi chriſtus prodito
rem caute admonuit vt ſe corrigeret. Jbi
diſcipulorum pedes ⁊ proditoris inde hu
militer lauit. Jbi ſacramentum ſui corpo-
ris ⁊ ſanguinis in memoriam ſue mortis
inſtituit. Jbi ſermonem ad diſcipulos ha
buit quem Joannes ſcripſit. c°. 13. 14. 15.
⁊ 16. Poſt cenam xp̄o non ad quieſcendū
ſed ad orādum ſe contulit. Et priuſq̄ȝ oraſ
ſet aſſumptis petro iacobo ⁊ ioanne cum
ſuſpirijs ⁊ vultu meſto animam ſuam tri-
ſtem vſqȝ ad mortem dixit. Poſtea xp̄o cū
ter oraſſet ad patreȝ longo ſpatio in tertia
oratione factus in agonia ſudorem emiſit
ſanguineȝ. Excitatis ex poſt diſcipulis tur
be militum ⁊ miniſtris iudeorum occurrit
a quibus v̄bera ⁊ percuſſiones paſſus tā
dem ⁊ vinctus ductus eſt ad domuȝ anne
vbi in faciem alapa percuſſus eſt. Jnde ve
nit vt latro detentus ad domum cayphe:
vbi examinatur iudicaturqȝ reus mortis

⁊ poſtea miniſtris viliſſimis traditus deri
ſus eſt ab eis: ⁊ colaphis ceſus contume/
lijs affectus vſq₃ mane. Nec dormiuit nec
quieuit nocte illa tantum įquieta atq₃ mo
leſta. Hora ſ̃o prima ductus eſt ad pilatū
Accuſatur a principibus ſacerdotum exa
minatur a pilato: mittitur ad herode₃ qui
eum ad pilatum redire fecit: flagellať ad
columnam ⁊ ſpinea corona coronatus eſt.
Et tandem ſententia in eum data ad mon
tem caluarie cu₃ latronibus properare cō
pellitur: vbi crucifixus eſt ⁊ felle ⁊ aceto po
tatus. Poſt que omnia hora nona tradi/
dit ſpiritum. ¶ Secundo mors chriſti fuit
doloroſa nimis ꝓpter paſſionis generali/
tatem. verificatum quippe fuit in eo illud
Yſaie p̊.c. A planta pedis vſq₃ ad verticē
non eſt in eo ſanitas. ¶ Caput eni eius ſan
ctiſſimum gazophilatium ſapientie dei. et
vt įquit Bernardus: angelicis ſpiritibus
tremebundum denſitate ſpinarum pun/
ctum ⁊ perforatū fuit. ¶ Oculi pijſſimi fue
runt afflicti inundātia lachrymarum. ¶ Fa
cies eius decora deturpata eſt ſputis ⁊ ſan
guine ita vt videretur leproſus: ſ̃m illud
Yſaie. 53. c. Nos vidimus eu₃ quaſi lepro
ſum. Gene eius candide ac rubicunde ala
pis percuſſe ſunt. ¶ Aures ille ſāctiſſime
replete ſunt blaſfemijs clamoribus odio/
ſis ⁊ contumelijs atq₃ conuicijs. ¶ Nares
eius fatigate ſunt fetoribus ſputoru₃ ⁊ ca
dauerum caluarie loci. ¶ Capilli eius capi
tis ⁊ barbe violentia tracti et euulſi ſunt.
¶ Os eius quod tam ſanam tam ſapidiſſi
mam tam vtiliſſimam ⁊ veriſſima₃ doctri
nam protulerat percuſſum eſt. ¶ Collum
eius ſuauiſſimum colaphis attritum eſt ⁊
fune tractum. ¶ Manus eius que ſuo ta/
ctu viuifico ſanabant infirmos clauis du/
riſſimis cruci affixe ſunt. ¶ Pedes eiꝰ quo
rum terra ſcabellum eſt quiq₃ diſcurren/
tes per ciuitates villas ⁊ caſtra tantum la
borauerunt pro hominum ſalute in cruce
extenſi ſunt. ¶ Totum corpus illud dulciſ
ſimum flagellis multis ⁊ diris ceſum dila
ceratum ⁊ ſanguine cruentatum fuit: lin/
gua eius aceto ⁊ felle amaricata eſt. vnde
⁊ eo mortuo latus eius lancea apertū eſt.
Itaq₃ paſſus eſt in omnibus membris et
in omnibus ſenſibus delicati ſui corporis
¶ Tertio fuit paſſio chriſti doloroſā ꝓpter
paſſionis qualitatem. Paſſus quide₃ eſt
ignominioſe. p̃mo ratione populi. ſ. iudai
ci cui tot mirāda ꝯtulerat beneficia. ¶ Vn
de eccleſia cantat lamentando ita die ī per
ſona chriſti illud Michee. 6. c. Popľe me
us quid feci tibi aut in quo moleſtus fui:
reſpōde mihi. Quaſi dicat: patres tuos ia
cob cum filijs in egypto per ioſeph enutri
ui famis tempore ne perires. Et poſt tem/
pora multiplicatos ſupra numerum de du
ra ſeruitute egyptiorum te eduxi. A flagel
lis quibus egyptum totam percuſſi te li/
berum feci. ¶ Mare rubrum tibi aperui vt
per eum ſicco veſtigio tranſires. ¶ Pha/
raonem autem cum exercitu ſuo ſubmerſi
¶ Per quadraginta annis te paui manna
de celo preſtito. ¶ Aqua₃ tibi de petra edu
xi. ¶ Inſurgentes contra te hoſtes proſtra
ui. ¶ Terram fluentem lac ⁊ mel patribus
tuis a me promiſſa₃ exterminatis inde tri
ginta regibus et plurimi nationibus tibi
largitus ſum. ¶ Et prius in montem ſynai
legem ſeruandam tibi tradidi. ¶ A captiui
tate ſeptuaginta annorum propter ſcelera
tua in babylone te liberās ad propria ſub
heſdra ⁊ neemia ⁊ zorobabel reduxi. Ecce
quid feci tibi. Reſponde ergo mihi ſi tāta
beneficia a me tibi collata hanc tale₃ retri
butionem meruerint vt me crucifigeres.
Ego ex genere tuo carnem ſumens deſcen
di de celo vt tibi fr̃ eſſē. Ego ſemper docui
in ſynagoga ⁊ in templo ea que te ſaluum
facere poſſent. Ego cecos tuos illuminaui
leproſos mundaui. Claudos erexi: obſeſ/
ſos a demonibus liberaui: ſurdis auditu₃
reſtitui: mutis loquelam: infirmis varijs
ſanitatem: mortuis vitā. Nunquid in hijs
moleſtꝰ fui. Precepta declaraui: errores
confutaui: vicia reprehēdi. Quid vltra fa/
cere potui ⁊ non feci. ¶ Secundo paſſus
eſt chriſtus ignominioſe ratione temporis
Erat enim tunc ſolemnitas paſche ſeu azi
moru₃ que erat precipua ſuper omnes ali

as. In qua tenebantur ex lege iudei veni/re de quibuscunqz ciuitatibus et locis in hierusalem ad templuz ad sacrificium offe/rendum nisi legitimum haberent impedi/mentum. Et quia per varias captiuitates eorum erant satis dispersi per orbem et in italia ꝛ in asia ꝛ in africa vt patet actuum 2.c. de omni natione conuenerant in hierusalem ad illud festum. Quanto autē quis condemnatur ad mortem propter malefi/cium concurrente multitudine populi tanto maior ei insurgit pena cōfusionis ꝛ erubescentie. Considerat enim ꝙ quilibet vi/dens narrat alijs ꝛ si peregrinus est reuersus in patriam suam refert ꝛ diuulgat ciuitati sue de illo malefactore ꝛ ignominiosa punitiōe ꝛ sic vbiqz isfamia diuulgat. Propterea inscriptus fuit titulus super crucē: Jesus nazarenus rex iudeorum. Litteris grecis hebraicis latinis. Quasi dicat hec est causa passionis huius quia vsurpauit sibi regnum iudeorum faciendo se regem ꝛ prohibendo tributa dari cesari. ¶ Tertio ratione est christus ignominiose ratione loci: quia crucifixus est in loco vilissimo scilicet in mōte caluarie qui sic nominatus est quia ibi erant ossa mortuorum ꝛ caluarie ꝛ alia cadauera ꝛ ibi occidebantur vilissi/mi homies ꝛ malefactores. Et vt dicit Nicolaus de lira. Non est nominatus locus ille caluarie a caluaria Ade ibi sepulti vt dicunt quidam: quia adam fuit sepultus in hebron: vt habetur Josue. 13. c. propter quod hebron dicebatur antiquitus caria thanbrer idest ciuitas quatuor: quia quatuor magni patriarche fuerunt ibi sepulti cum vxoribus. Adam ꝛ eua. Abraham et sara. Isaac ꝛ rebeca. Jacob ꝛ lia. ¶ Quarto christus passus est ignominiose ratio/ne consorcij: quia cum latronibus ꝛ scele/ratis. ¶ Quito passus est ignominiose ratione supplicij: quia crux suppliciū erat latronum: vt Crisostomus dicit:

¶ Qꝫ omnes creature inducunt animos hoium ad flendū ꝑ morte xp̄i necnon ꝛ pie mulieres atqz ipse iesus crucifixus.

Cap. 3m.

Tertium mysterium contemplādum de morte Christi dicitur pietatis. Multa equidem sunt hodie que humana corda ꝛ corporeos oculos ad pietatem et fletum inducunt. Id facit sancta mater ecclesia in officijs diuinis: in cerimonijs: in altarium nudatione: tabularum percus/sione: ꝛ similibus. Sed preter hoc tria sūt que emollire debent mentes quascunqz duras.

¶ Pm est insensibilium creaturarum com/motio.

¶ 2m mulierum lamentatio.

¶ 3m christi iesu dulcis inuitatio.

¶ Primum est insensibilium creatura/rum commotio. Obscuritas quidem so/lis ꝛ defectio supernaturalis quasi quidaz fletus fuit: quia in cruce obscuratus est sol iusticie: sic et terremotus ille de quo dicit Matheus ꝙ terra mota est. Idem ꝛ petrarum scissio que per se scisse sunt: de qui/bus omnibus dixi in sermone de passione in quadragesimali de penitentia. ¶ Secūdum quod emollire potest mentes duras ad fletum pro morte christi est mulierum lamentatio. Fleuerunt quippe hodie mu/lieres. Nam vt dicit Lucas. Sequebatur illum multa turba populi ꝛ mulierum que plangebant ꝛ lamentabantur eum. Et vt scribitur Joannis. 19. c. Stabat iuxta cru/cem iesu mater eius et soror matris eius maria cleophe ꝛ maria magdalene. Ma/theus autem ait. Erant autem mulieres multe a lōge. s. priusqꝫ virgo mater ꝛ que predicte sunt appropinquassent iuxta crucem que secute erant iesum a galilea mi/nistrantes ei. Inter quas erat maria magdalena ꝛ maria iacobi ꝛ ioseph mater. Et mater filiorum zebedei. O quis posset si/ne lachrymis harum mulierum audire lamenta. Dum forte vna dicebat. O iesu sanctissime fons omnis bonitatis: tanqꝫ reus cuz sceleratis es crucifixus. Alia sub debat. O speciose forma pre filijs hoiuz ꝛ vbi est pulchritudo tua: vbi elegātia vultui. Factus iā es deformis tanqꝫ leprosus

¶ Altera clamabat suspirando ⁊ eiulando O care mi nepos filij sororis mee predi(le)ctissime qui filios meos iacobum ⁊ ioan/nem vnice dilexisti cuius verba in auri(bus) meis dulciora semper fuerunt super mel ⁊ fauum: heu me cur ad hoc deueni vt te vi/deam vulneribus liuidum morientem in cruce. ¶ At ⁊ discipula illa cara magdale/na quid referebat: quid referendo clama/bat: Pie contemplari possumus ꝙ iesum inspiciens manus ↄstringebat inde pectora contundebat. Heu inquiens perdo magistrum meum dominum meum qui mihi peccata remisit: qui a phariseo me defédit qui me ad pedes eius sedentem tam benigne docebat. O me miseram. O me dolentem nimium. O magister benigne. Tu innocens. Tu sanctus. Tu impollutus. Tu segregatus ab omni sorde sine culpa pen/des in cruce. ¶ Uirgo autem mater vultu squalida: sparso crine voce qua poterat flédo dicebat. Heu q̄ȝ amara ⁊ flebilis est dies ista mihi misere: video filium meuȝ vnicum inter latrones pendenté. O fili mi sácte. O fili mi lumé oculoꝝ meoꝝ. O fili mi spes vnica vite mee. Et vbi sunt gaudia que tot annis suscepit cor meuȝ. vbi angelus gabriel qui me salutauit: vbi pastores qui te natum mox in presepio venerunt festinantes visuri: vbi magi cum muneri/bus ducatu stelle ad nos ꝑducti: vbi vox tua illa que trigitatribus annis vsqȝ núc auribus meis insonuit dum matrem reuerenter me nominabas: vbi dulcia colloq(ui)a tua: vbi miracl'a tua: vbi pulchritudo tua: vbi splédida fama tua: vbi familiares tui. Omnes te reliquerunt. Ego hys paucis cómitata mulieribus ⁊ ioanne non te de/serui fili mi. O amátissime iuuenis. O cor de corde meo. Quid faciam: quo me ver/tam: video te morientem quem noué mensibus vtero meo sine labore portaui: queȝ peperi sine dolore: quem ablactaui vbere de celo pleno. Plangite mecú angeli mo/do vestro ⁊ omnes beati spiritus. Plangite celi ⁊ cuncta celestia corpora. Plangi/te elementa ⁊ omnia que fecit deus: plágite petre dure. Plangite iuuenes plangite senes. Plangite viri pariter ⁊ mulieres plangite o matres mecum et non sinatis me solam plangere. o fili mi iesu hodie pro salute mundi in cruce mori dignatus es. Hijs ⁊ (sim)ilibus querelationibus deflebat virgo filium. ¶ Tertium quod emollire potest mentes duras ad fletuȝ pro morte christi dicitur ipsius iesu ducis iuitatio. vt eniȝ deuotus ait Bernardus. Clamat de cruce christus dicens: Uide homo q̄ ꝓ te patior: ad te clamo quia pro te morior: vide penas quibus afficior: vide clauos quibus confodior. Nó est dolor sicut quo crucior. Cum sit tantus dolor exterior in/tus tñ dolor é grauior tam igratum dum te experior. Uide o anima quia non ꝓpter mea sed tua peccata patior: ita vt dicere possim. O quantus est dolor capitis mei puncti ⁊ perforati spinaruȝ aculeis: o quátus est dolor faciei mei: o quátus dolor colli mei: o quantus dolor oculorum meorú: o quantus dolor perforatarum manuum mearum: o quantus dolor brachioꝝ meorum: o quantus dolor totius corporis mei i q̄ nó est sanitas: o quátus dolor oris mei felle ⁊ aceto amaricati: o quátus dolor cordis mei propter voces ⁊ lamenta matris mee. O vos omnes qui transitis per viá attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor meus: verútamé o dura mens: o ferreum pectus vrgentiore dolore angustior dum te hominem tam ingratum reperio: fleui ego pro te vagiens in cuna: fleui ego pro te sepius in oratione: fleui ego pro te totiens a prima hora noctis vsqȝ nunc in horam nonam: fleui dum fui captus: fleui dum fui alapa percussus: fleui dum fui cesus ⁊ derisus: fleui dum fui flagellatus ad columnam: fleui dum fui crucifixus: fleui propter doloreȝ: fleui propter peccata tua. Et tu non vis flere. Plange anima: plan/ge o homo me tuum dominum: me tuum benefactorem: me tuum redemptoreȝ: me qui te tantum dilexi vt ⁊ mori non recusauerim. Si pie sic fleueris faciam te participé gfe mee: ⁊ tandem ad vitá sempiternaȝ te reducá Amen.

¶ Sabbato sancto. De conscientia.
Sermo quadragesimus nonus.

a Ccepto cor⸗
pore inuoluit illud in syndo⸗
ne munda. Scribuntur hec
verba Mathei.26.c. Diligit
summopere dominus iesus christus mun
ditiam ⁊ nitorem conscientie nostre quod
mystice designatᷓ in sepultura eius quādo
suum preciosum corpus munda syndone
inuolutum recondi voluit in monumento
nouo. Et lꝫ vnusqsqꝫ conari debeat omni
tempore sue vite nitidam ⁊ purā retinere
conscientiam. Id nihilominus permaxime
requiritur dum corpus christi sumendum
est in sacramento altaris. Tunc probet se⸗
ipsum homo ⁊ sic de pane illo edat ⁊ de ca
lice bibat. ¶ Quia vero pleriqꝫ conscien⸗
tiam presumptuosam habentes cum pec⸗
cato mortali communicare non erubescūt
Alij vero conscientia scrupulosa vexati faci
entes quod in se est. Illic trepidauerunt ti
more vbi non erat timor ⁊ sic communica
re omittūt. Idcirco in presenti sermone de
consciētia dicemus. De qua tria mysteria
proponimus declaranda.
⸿ p^m^ dī ligationis.
⸿ 2^m^ cognitionis.
⸿ 3^m^ remediationis.
⸿ Qualiter cōscientia obligat ad faciēdū
vel non faciendū: ⁊ de septē causis erroris
conscientie. Cap. p^m^.

p Rimum mysterium declarandum
de conscientia dicitur ligationis.
In quo videre debemus: Ad quid
conscientia liget vtrum videlicet liget ad
omne quod dictat. Et ad hoc intelligendū
notanda sunt tria. ⸿ Primum notandūꝫ
ḃm Tho. in secundo sententiarum. ꝙ con⸗
scientia habet ortuꝫ ex naturali iudicio ra
tionis quod dicitur lex intellectus ⁊ ab eo
est deducta ⁊ deriuata vt quedam conclu⸗
sio: verbi gratia fit in anima vel in mente
hominis quasi quidam sillogismus. Cu⸗
ius maiorem premittit sinderesis dicens.
Omne malum esse vitandum. Minorem
huius sillogismi assumit ratio superior di
cens adulterium esse malum quia prohi⸗
bitum est a deo. Ratio vero inferior dicit
adulterium esse malum: quia vel est iniu⸗
stum vel quia est inhonestuꝫ. Conscientia
vero infert conclusionem dicens ⁊ conclu⸗
dens ex supradictis. Ergo adulteriū est vi
tandum. Propterea dicitur conscientia:
quasi concludens scientia eo ꝙ consciētia
ratione supradictorum scilicet sinderesis
rationis superioris ⁊ rationis īferioris cō
clusionem infert. vnde Hugo libro.2°.de
anima ait. Conscientia est cordis scientia.
vnde dicitur conscientia quasi cum alio sci
entia. ⸿ Secundum notandum ꝙ triplex
est actus conscientie. ¶ Primus est testifi
cari in preterito inquantum cōscientia pro
hibet testimoniuꝫ sicut illud in quo est scri
ptum aliquid illud testificatur siue bonuꝫ
sit vel malum. vnde Apostolus ad roma⸗
nos.2.c. Testimonium reddente illis con⸗
scientia eoruꝫ. ¶ Et Augustinus.xi.q.3.c.
Custodi. Quando deus iudex erit alius te
stis qꝫ conscientia tua non erit inter iustū
iudicem ⁊ conscientiam tuam noli timere
nisi causam tuam. ¶ Secundus actus con
scientie est accusare ⁊ excusare: reprehende
re ⁊ remordere de malo commisso ⁊ bono
omisso. vnde Augustinus.xi.q.3. In cun⸗
ctis. Quem consciētia defendit liber est in
ter accusationes. Et liber sine accusatione
esse non potest si sola conscientia intus ac
cuset. Iste actus potest dici examinatio in
quantum conscientia examinat que iaꝫ fa
cta sunt an sint recta vel non recta. an be⸗
nefacta vel malefacta. Et quando per exa⸗
minationem inuenitur id quod factum est
discordare a conscientia a qua examina⸗
tur dicitur conscientia remordere vel accu
sare. Quando inuenitur id quod factum
est processisse ḃm formam conscientie dici
tur conscientia defendere ⁊ excusare. ¶ Ter
tius actus conscientie est ligare vel solue⸗
re. Nam conscientia obligat ad peccatum
quia omne quod fit contra conscientiam
etiam si sit bonum peccatum est. ¶ Unde
Apostolus ad romanos.14.c^o^. Omne qđ
non est ex fide peccatuꝫ est. Super quo ver
bo Ambrosius in Glosa. Omne quod fit
etiam si in se ⁊ de se sit bonum ⁊ tamē non
sit ex fide idest contra conscientiam vt scili
cet credamus esse malum: peccatum est.

¶ Ex. 28. q. p^a. c. Omnes §. sequenti dicitur Omne quod contra conscientiam est edificat ad gehennam. vbi dicit Glosa contra conscientiam scilicet precepti vel prohibitionis hoc est proprie facere contra conscientiam idest facere contra illud quod conscientia dictat esse in precepto vel prohibitione. ¶ Tertium notandum secundum Bonauenturam di. 39. secundi. Quod conscientia aliquando dictat aliquid quod est secundum legem dei. Aliquando aliquid quod est preter legem dei. Aliquando aliquid quod est contra legem dei. Et loquimur hic de dictamine per modum preceptionis vel prohibitionis non per modum consilij siue persuasionis. In primis quidem conscientia simpliciter ligat et vniuersaliter pro eo quod ad illa homo ligatus est per legem diuinam et conscientia que illi concordat ligatum ostendit. In secundis vero conscientia ligat quamdiu manet. vnde vel tenetur homo conscientiam deponere: vel tenetur id quod dictat conscientia adimplere: vtpote si dictat necessarium est ad salutem festucam de terra leuare. In tertijs vero conscientia non ligat ad faciendum vel non faciendum: sed ligat ad se deponendum pro eo quod cum talis conscientia sit erronea errore repugnante legi diuine necessario quamdiu manet ponit hominem extra statum salutis: et ideo necesse est ipsam deponere: Quia siue homo faciat quod dictat siue eius oppositum mortaliter peccat. Si enim homo faciat quod conscientia dictat et illud est contra legem dei et facere contra legem dei sit mortale peccatum absque dubio mortaliter peccat. Si vero faciat oppositum eius quod conscientia dictat ipsa manente adhuc peccat mortaliter non ratione operis quod facit: sed quia malo modo facit. Facit enim in contemptum dei dum credit dictante sibi conscientia hoc deo displicere quamuis deo placeat. Nam non tantum attendit deus quid homo faciat: sed quo animo faciat. Et iste qui facit quod deus iubet credens facere contra dei voluntatem non facit bono animo sed malo et ideo peccat mortaliter. Et sic patet quod omnis conscientia aut ligat ad faciendum quod dictat: aut ligat ad se deponendum. Non tamen omnis conscientia ligat ad faciendum quod dictat sicut illa que dictat non esse faciendum illud ad quod homo alias tenetur: sed talis conscientia dicitur erronea. ¶ Sciendum tamen quod conscientia errat duobus modis: scilicet ex falsa assumptione et ex falsa applicatione. ¶ Et primo ex falsa assumptione: puta quando aliquis assumit aliquod malum tanquam bonum vel falsum tanquam verum. Sicut hijs qui occidebant apostolos dictabat conscientia quod ex hoc placerent deo. vnde Joannis. 16. c. dixit Christus. venit hora in qua omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo. ¶ Secundo errat conscientia ex falsa applicatione. Sicut cum ex aliquibus veris aliqua conscientia erronea formatur: verbi gratia vt ex hoc quod deus est super omnia diligendus aliquis format sibi hanc conscientiam: scilicet quod nihil potest simul diligi cum eo. Et sic est erronea conscientia. circa obligationem votorum. Nam per hoc quod dicitur vouete et reddite domino deo vestro. aliqui erroneam sibi formant conscientiam tenentes vota fore indispensabilia. Et cum multa vota que de facto non tenent aut quia stulta et irrationabilia. Aut quia ad implendum impossibilia dicunt fore de necessitate seruanda. Similiter habent conscientiam erroneam illi qui infirmi aut satis debiles volunt ieiunare diebus illis quibus ecclesia aut aliqua regula precipit ieiunia et similia. ¶ Et vt inquit Tho. in questionibus de veritate q. 17. Quedam conclusiones sunt in quibus ita relucent prima principia operandorum quod circa ea conscientia errare non potest. Sicut deum non esse diligendum: malum scienter esse faciendum et huiusmodi. Et quedam alia sunt circa que errare potest et errat: vt ex dictis patet. Exemplum etiam potest poni de eo qui facit id quod habet speciem mali licet non sit malum existimans sibi sufficere intentionem bonam quam habet non curans de scandalo pro

ximi. Sicut faciebant quidam in ecclesia primitiua fideles qui comedebant idolati ca licet non in venerationem idoli tamen coram simplicibus qui inde scandaliza/bantur illos imitantes: sed in veneratio/nem idoli quod estimabant alios facere: Quos reprehendit Apostolus ad roma/nos.14.c. ¶ Ad clariorem adhuc intelli/gentiam nota s͂m Tho. in secundo senten tiarū di.39. Q͂ conscientia non obligat in virtute propria: sed in virtute precepti diuini. Quod patet quia non dictat ali/quid esse faciendum vel non faciendum hac ratione quia sibi videtur vel non vide tur: sed sub hac ratione quia est a deo pre ceptum vel prohibitum. Nullus autem li gatur per preceptum aliquod nisi median te scientia illius precepti. Et ideo ille qui non est capax noticie precepti non ligatur precepto. Nec aliquis ignorans preceptū dei ligatur ad preceptum faciendum: nisi quatenus tenetur scire preceptum. Si au tem non tenetur scire nec scit nullomodo ex precepto ligatur. Tenetur autem quili bet habens vsum rationis scire precepta dei. Nec excusatur non faciendo illud ex ignorantia. ¶ Ad maiorem euidentiam predictorum: sciendum q̄ error conscien/tie causatur ex septē causis. ¶ Prima est ignorantia. ¶ Secunda negligentia. ¶ Ter tia inordinata affectio. ¶ Quarta pusilla/nimitas. ¶ Quinta superbia. ¶ Sexta per plexitas. ¶ Septima humilitas. ¶ Primo causatur error conscientie ex ignorantia: scilicet cum ratio apprehendit malum sub ratione boni vt est predictum: et bonū sub ratione mali. Et si ignorantia illa sit iuris naturalis aut diuini nullum excusat habē tem vsum rationis. ¶ Secundo error con/scientie causatur ex negligentia cum quis est negligens adiscere cum potest ea que pertinent ad reformationem anime. Un/de Augustinus.37.di.c°. finali dicit. Illis omnino ignosci non poterit qui habentes a quo discerent operā non dederūt. ¶ Ter tio causatur error conscientie ex inordina ta affectione. cum enim quis inordinate & satis ardenter afficitur ad huius seculi bo na & satisfacere cupit passionibus sensuali tatis precipitat conscientiam & sic falso et cum errore iudicat peccata non esse pecca ta: aut non satis grauia. Sicut faciunt vsu rarij: superbe & pompatice mulieres: adul teri & reliqui similes. Pro quibus Sene ca in prouerbijs ait. Perijt omne iudici/um cum res transit in affectum. Conscien tia quippe nimis diligentium temporalia ista est nimis larga. ¶ Quarto error consci entie causatur ex cordis pusillanimitate: qua quis timet non timenda s͂m rectum iudicium rationis & talis conscientia est ni mis stricta & periculosa. Nam facit de festu ca trabem: idest de leui peccato graue: ge/nerat desperationem: damnat saluandū. ¶ Quinto causatur error conscientie ex su perbia scilicet quando quis non humili/at intellectum suum vt velit melioribus: prudentioribus et superioribus credere. Nam conscientiam in indifferentibus te/netur s͂m discretionem prelati formare. Quanuis enim in hijs que sunt precepta vel prohibita a deo conscientia recta plus obliget q̄ preceptū superioris eo q̄ obli gat virtute precepti diuini: quod est ma/ius precepto prelati. vnde in talibus con/scientia recta est iudex immediate sub deo ¶ In indifferentibus tamen preceptum prelati plus obligat q̄ conscientia. Et sic conscientia subditi in huiusmodi non so/lum deum sed etiam prelatum habet su/pra se. Et ideo s͂m discretionem prelati for mari debet. Nam subditus non habet iu dicare de precepto prelati sed de impletio/ne precepti que ad ipsū spectant s͂m Tho. in questionibus de veritate. vnde secula/res sequi debent sententiam prelatorum in hijs que ad cathedram spectant. Iuxta illud Mathei.23. Quecunq̄ dixerint vo/bis facite & seruate. Religiosi tenētur seq̄ sniam p̄lato℞ vel mādato℞ eo℞ ī hijs q̄ nō sūt ꝯtra deū vl' ꝯtra regulā aut ꝯstitutiōes vel ꝯtra originatiōes capli gn̄alis. Cauere

tū debent prelati ne indiscrete precipiant
propter periculum conscientiarū subdito/
rum. Cōcordat hijs Alexāder in 2° sūme.
¶ Sexto causatur error conscientie ex per
plexitate idest ex quadā dubietate ex qua
quicquid fiat sequitur ieuitabilitas vel ne
cessitas peccandi. Puta cum videt quis
inter duo operabilia se positum quoruʒ al
terum oportet agere ⁊ quodcunqꝫ fecit im
possibile est non peccare. Super quo dici/
tur ex cōcilio toletano di. 13. c. primo. Duo
mala licet cautissime sint precauenda ta/
men si periculi necessitas vnuʒ ex hijs per
petrare compulerit id debemus resoluere
quod minori nexu noscitur obligare. Sed
hec perplexitas quantum ad rem nihil est
vt dicit ibi Glosa summaria. Qd̓ enim ali
quis possit esse perplexus inter duo mala
procedere potest ex stulta opinione illius
⁊ erronea conscientia vel ex presumptione
alicuius in quo vult manere firmus. Pu
ta iurauit aliquis occidere hominem. For
mat sibi conscientiam licet erroneam ꝙ si
nō occidit periurat: si occidit homicida est
Et sic est perplexus ex fatua extimatione.
Nam ⁊ non occidendo periurus non est.
Et ꝯm hanc perplexitatem dicitur in illo
c. ꝙ minus malum eligendum est. Item
tenetur quilibet communicare in pascha/
te. Aliquis habens odiuʒ non vult dimit
tere ⁊ hoc presupposito est perplexus: quia
si communicat cum odio peccat mortali/
ter: ⁊ si non communicat similiter. Sed di/
mittere potest ⁊ debet odium ⁊ sic non est
perplexus simpliciter. ¶ Septimo causā/
tur error conscientie ex humilitate et cor/
dis puritate. vnde Gregorius di. 5. c°. Ad
eius bonarum mentium est ibi culpam
cognoscere vbi culpa non est. vbi Glosa.
Agnoscere idest timere. Non auteʒ debet
quis se culpabilem dicere: vbi non est ꝯm
sui estimationem quia hoc pertinet ad mē
dacium ⁊ ironiam. In primis sex modis
error conscientie semper est reprehensibi/
lis ⁊ voluntas sequens conscientiam errā
tem semper mala. Septimo autem modo
est laudabilis. Cuius ratio est quia ad boni
tatem mentis pertinet vt homo ad iusticie
perfectionem tendat. Et ideo in culpam re
putatur non solum si deficit a communi iu
sticia quod vere est culpa sed etiā si deficiat
a perfectione iusticie quod quādoqꝫ culpa
non est.

¶ Qd̓ circa cognitionem conscientie pro
prie septeʒ differentie hominū inueniunt.
Cap. 2m.

Secundum mysterium declaranduʒ
de conscientia dicitur cognitionis.
¶ In quo queritur. An possit quis
cognoscere ⁊ scire se habere rectam consci
entiam lumine scilicet gratie illustratam.
¶ Ad quod respondet Alexander de ales
in secundo summe. ꝙ septem sunt differen
tie hominum circa huiusmodi attenden/
de. ¶ Aliqui enim putant se habere bonaʒ
conscientiam ⁊ gratiam seu charitatem et
neutrum habent. ¶ Alij sciunt ꝙ illam nō
habent. ¶ Alij dubitant de hoc. ¶ Alij opi/
nantur ꝙ habeant gratiam ⁊ bonam con
scientiam. ¶ Alij experiuntur sed non ha/
bent de hoc scientiam. ¶ Alij hoc sciunt tm̄
per reuelationē. ¶ Septimi hoc sciunt per
causam ⁊ certam visionem. ¶ Primi ergo
sunt infideles ⁊ heretici immo etiam chri/
stiani quidam tepidi: qui non lustrantes
conscientiam suam ex ignorantia crassa
mortalia crimina non credunt mortalia es
se. In tali cecitate fuit aliquando paulus:
vt ipse testatur. Nam vt scribitur Actuum
23. c. Captus a romana militia hierosoly/
mis iudeos ad quorum petitioneʒ captus
fuerat sic alloquitur. Ego omni conscientia
bona conuersatus sum ante deum vsqꝫ in
hodiernuʒ diem. Et tamen persecutus fue
rat ecclesiam putans bene facere. ¶ Secun
di sunt qui sciunt se non habere bonam
cōscientiam: vt hij qui sciunt se esse in mor
tali peccato actu vel proposito non peni/
tentes. ¶ Tertij sunt qui dubitant se habe
re bonaʒ conscientiam qui scilicet habent
rationes eque fortes ad hoc ꝙ sint in gra
tia putant cum vident se esse tepidos in
amando deum non habendo affectum ad
orationem ⁊ ad alia spiritualia. Et ex oppo

sito considerant nullam voluntatem se habere peccandi mortaliter: sed propositum abstinendi: detestari peccata commissa. ¶ Quarti opinantur se habere bonaz conscientiam ꝛ se esse in gratia etiam probabiliter: cum formidine tamen aliqua de opposito. Sicut illi qui vident se ferventes in amore dei ꝛ proximi ꝛ amare lugere offensas dei paratos ad sufferendum adversa: sentiunt tamen aliquando rebellionez carnis ad spiritum ꝛ fragilitatem. ¶ Quinti experiuntur se habere bonam conscientiam sicut illi qui sentiunt dulcedinem divine bonitatis i oratione ꝛ gustant ꝙ̄ suavis est dominus abhorrentes omnem delectationem mundi. ¶ Sexti sciunt se habere bonam conscientiam per revelationem dei. Sicut Abraham. Cui dixi deus per angelum Genesis. 22. caplo. Nunc cognovi ꝙ timeas deum scilicet timore filiali: qui sine gratia ꝛ conscientia bona esse non potest. ¶ Septimi sunt qui sciunt per causam rei vel ratione rei: vt hij qui clare viderunt divinam essentiam in vita presẽti sicut moyses in veteri testamento ꝛ paulus in novo.

¶ De scrupulo ꝯscientie quid sit ꝛ vñ causã ꝛ de septẽ regulis quibus pót deponi. Cap. 3m.

Tertium mysterium declarandum de conscientia dicitur remediatio. Sũt eni pleriqȝ conscientiã habentes scrupulosam omnem levem actum peccati venialis estimantes esse peccatũ mortale. ¶ Pro quibus tria sunt notanda. ¶ Primuz ꝙ scrupulus est vacillatio que dam consurgens cum formidine ex aliquibus coniecturis debilibus ꝛ incertis. vnde videtur esse scrupulus id quod apud alios dicitur pusillanimitas que est tedio seu timore rerum adversarum inhers ꝛ in considerata tracti animi deiectio. Et sic vtrunqȝ tam scrupulus ꝙ̄ pusillanimitas importat inordinatum timorem. Unde ipse scrupulus a quibusdam vocatur erronea conscientia. Ab alijs timor conscientie. Et ab alijs pusillanimitas. Sciendum autem ẽm Albertum in libro de quatuor coevis. ꝙ differentia est inter scientiam: fidem: opinionem: dubitationem ꝛ scrupulum seu suspitionem. Nam scientia prope est eorum que cognoscuntur per causam: ꝛ quia impossibile est aliter se habere. Fides autem est perfecta ꝑsuasio vnius partis seu conclusionis per multa probabilia vel auctoritatem dicentem. Et hoc etiam appellatur credulitas ꝛ conscientia. Opinio autem est acceptio vnius partis cum formidine alterius. Ita tamen ꝙ ad illam que formidatur non habetur ratio expressa. formidatur tamen propter debilitatem rationis alterius partis. Dubitatio vero est indeterminatus motus rationis super vtranqȝ partem contraditionis per equalia media. ita ꝙ nõ magis pẽdet ad vnaz partem ꝙ̄ ad aliam: ꝛ hec etiaz dicitur ambiguitas. Demum scrupulus ex levibus coniecturis seu medijs ꝛ multum debilibus movetur ad vnam partium. Et hic etiam dicitur suspitio ꝛ pusillanimitas spiritus que repellenda est: vt dicitur. 6. q. pa. c. Oves. Naz talis scrupulus inducit animam ad quoddam tedium ꝛ tristiciã agravantem vt nil boni ei agere libeat: ꝛ sic velud tempestas que descendit in egyptum consumpsit omne quod reperit viride: sic tristicia procedens ex scrupulo consumit vigorem ꝛ robur animi. ¶ Inducit etiam desperationem: a qua liberari se petebat psalmista dicens. Non me demergat tempestas scilicet desperationis. Quantuz vero hec scrupulosa consciẽtia noceat patet primi machabeorum. 2. c. vbi narratur. ꝙ quidam scrupulosi ex societate machabeorum quia noluerunt se defendere contra hostes bellantes adversus eos in die sabbati timentes ne propter hoc violarẽt sabbatum occisi sunt ab eis. ¶ Secunduz notandum ꝙ scrupulositas conscientie causatur quandoqȝ ex complexione ad timorem idonea vt est complexio frigida: puta in feminis vetulis ꝛ melancolicis. Timor enim naturaliter ẽm Damascenum cor constringit sicut: ꝛ frigida constringunt ꝛ

cóngelationem faciunt. Ad quem motum cótractionis imaginatio mouetur a timoris dispositione ita vt concipiat quis aliqđ esse futurum malum ⁊ per consequens fugiendum. ¶ Quandoqꝫ causatur pusillanimitas ⁊ scrupulus ex egritudine manica vel melancolica que est infirmitas capitis per quam leditur imaginatio et quandoqꝫ ratio. vnde Galienus ⁊ Auicéna dicunt ꝙ mania est infectio anterioris cellule capitis cum diminutione imaginationis. Melancolia ꝟo est infectio medie cellule capitis cum diminutione rationis. ¶ Quandoqꝫ insuper causatur scrupulus ex tentatione diabolica. Potest enim diabolus deo permittente mouere humores melancolicos in homine per quos imaginatio vel errare potest aut turbari ad timorem inordinatum. Aliquando adhuc procedit scrupulus conscientie ⁊ pusillanimitas ex regiminis corporalis negligentia: scilicet per nimiam abstinentiam ⁊ vigilias. vnde Hieronymus ad nepotianum dicit ꝙ tales immoderatis ieiunijs vertuntur in melancoliam: et magis hipocratis fomentis: qꝫ nostris indigent monitis. Et de con. di. 5. c. Non mediocriter. Idem Hieronymus asserit ꝙ tales indiscrete ieiunantes ⁊ orantes incurrunt notam melancolie. ¶ Multotiens ꝟo causantur scrupuli ex societate timidorum: vnus enim scrupulosus facit aliū scrupulosum. ℭ Tertium notandū ꝙ septem sunt regule quaꝝ adminiculo cósciencia scrupulosa seu erronea potest deponi.

ℭ pͣ regula debita ad gratiam dei preparatio.

ℭ Secunda solicita scripture sancte indagatio.

ℭ Tertia orationis deuota continuatio.

ℭ Quarta opinionis alicuius tuta electio.

ℭ Quinta Obedientie humilis imitatio.

ℭ Sexta Scrupulorum animosa obiectio.

ℭ Septima preceptorū discreta epicheza tio: idest interpretatio.

ℭ Prima regula est vt quis se preparet ad gratiam dei quantum potest seruando mandata dei: de peccatis perpetratis dolendo ⁊ confitendo. Nam quicunqꝫ facit quod in se est deus īfallibiliter īfundit gratiam ⁊ lumen doni sapientie ⁊ consilij et intellectuꝫ tribuit: quibus iuuari potest ad depositionem erronee conscientie. vnde ipse dicit per hieremiam. c. 3. Conuertimini filij reuertentes scilicet quantum in vobis est ⁊ ego saluabo auersiōes vestras. ℭ Secunda regula est sacre scripture indagatio vt enim inquit psalmista. Declaratio sermonum tuorum illuminat: ⁊ intellectum dat paruulis idest humilibus. ℭ Tertia regula orationis continuatio. vnde Jacobi primo. c. dicitur. Siquis vestrum indiget sapientia postulet a deo ⁊ dabitur sibi affluenter. ¶ Et Sapientie. 7. c. Inuocaui et venit in me spiritus sapientie. ℭ Quarta regula est opinionis alicuius tuta electio. Sunt enim aliquando de aliquibus materijs moralibus doctores opinionuꝫ contrariarum. Et tunc scrupulosi dubitant quam partem possunt cum bona conscientia eligere. Quibus dicimus ꝙ cum bona conscientia potest quis tenere vnam opinionem ⁊ ſm eam operari: excluso saltim scandalo que scilicet pars vel opinio habeat pro se nobiles doctores dummodo talis opinio non sit contra auctoritatem expressam sacre scripture. Nec contra determinationem ecclesie catholice. Et ꝙ etiam ex contrarietate talium opinionum non inducatur ad dubitandum: sed bonam sibi conscientiam ⁊ credulitatem formet de eo quod credit tanqꝫ de probabiliore parte: ⁊ precipue quando quis adhibet diligentiam inquirendo an liceat. Nec inuenit aliquid quod eum sufficiēter moueat ad hoc ꝙ sit illicitum. Qđ sint doctores varij in multis opinionibus patet de resurrectione mortuorum: de quibus dicit Matheus. 27. c. Multa corpora ⁊c̄. Nam aliqui tenent ꝙ surrexerūt ante christum iterum morituri. Alij ꝙ post christum non iterum

morituri. ¶ Similiter de dispensatione in
voto cõtinentie aliqui tenẽt ꝙ in illo dispẽ
sari non potest. Aliqui ꝙ potest. Immo sã
ctus Tho. in. 4. tenet vnam opinionem.
Et in summa dicit contrarium. ¶ Qđ au/
tem dicit beatus Tho. in quolibeto. 3. q.
4. articulo secundo. Qđ quando due sunt
opiniones contrarie de eodem oportet al/
teram esse veram ⁊ alteram falsam: intelli
gendum est de hijs vbi manifeste patet ex
scriptura vel ecclesie determinatione ꝙ sit
contra legem dei. Hostiensis vero dicit su
per. c. Si vir. Extra de cognatione spiritua
li. Qđ vbi sunt diuerse opiniones ⁊ diuer
sa iura semper humanior est preferenda ⁊
equior. Et ad idem facit quod ait Augusti
nus di. 9. c. Sana. ¶ Solet autem mouere
scrupulosos ⁊ detinere illud dictum Au/
gustini de pe. di. 7. c°. Nullus. c°. Siquis.
Tene certum ⁊ dimitte incertum. Sed vbi
in eadem materia morali sunt contrarie
opiniones doctorũ illa videtur tutior que
est rigidior: ⁊ sic potius amplectenda. Sz
ad hoc respondetur ꝙ Augustinus loqui
tur in dicto casu proprie de eo qui differt
penitentiam vsqz ad extremum vite: cu/
ius saluatio dubia est ⁊ incerta: non quia
vera penitentia nõ possit esse in extremis:
Sed quia incertum est vtrum talis peni/
tens vere peniteat. ¶ Quinta regula con
tra conscientiam scrupulosam est obedien
tie humilis imitatio: vt scilicet scrupulo/
sus captiuet intellectum suum dictis sapi
entum ⁊ obedientie superiorūz quantum
cunqz scrupulosus dictet sibi aliud. vnde
prouerbiorum. 3. Sapiens ait. Ne inita/
ris prudentie tue. ¶ Sexta regula est ani
mosa pugnatio scrupulorum. vnde Ysaie
35. c. dicitur. Confortamini pusillanimes:
confortamini et nolite timere. Ecce enim
deus vester scilicet adiuuans et illustrans
Et cancellarius parisiensis in quodam tra
ctatu de regulis moralibus ait. Consiliuz
salubre est frequenter agere contra scrupu
los leues ⁊ trepidos vitando eos ad alio/
rum iudicium quatenus ex consuetudine
fiat: homo robustus: solidus: et tranquil
lus in exercitio spirituali. Sicut etiam si/
quis vellet ligamentum distortum ad re/
ctitudinem ducere oporteret ꝙ retorque/
ret ipsum ex parte opposita curuando: et
sic reduci posset ad rectitudinem. ¶ No/
tandum etiam ƀm eundem Cancellarium
in quodam suo tractatu: ꝙ aliqui docto/
res tenent quibus assentit: aliquando
non tam meritorium esse credere sicut vel
le credere. Nec dolere sensualiter de pecca
tis sicut velle dolere ⁊ non posse. Sunt au
tem alique auctoritates non bene intelle
cte ex quibus scrupuli oriũtur. Sicut illa
que habetur extra de sponsalibus. In du
bijs tutior via est eligenda propter quod
scrupulosus eligit viam rigidiorem. Sed
ad hoc respondetur ꝙ eligere viam tutio/
rem consilij est non precepti. Alias oporte
ret multos ingredi religionem in qua tu/
tius viuitur q̄z in seculo. Non ergo de ne
cessitate oportet viam tutiorem eligere:
quando etiam alia via potest eligi tuta.
¶ Septima regula pro scrupulorum de/
positione est preceptorum discreta epiche
zatio idest interꝑtatio vel declaratio. Equi
tas enim quaz philosophus nominat epi
cheyam preponderat iuris rigori ƀm iuris
peritos. Est autem equitas iusticia pensa
tis omnibus circunstantijs particulari/
bus dulcore misericordie temperata. Et
Sapiens ait. Noli esse nimis iustus. Naz
nimis iustus est qui perit in iusticia sua.
¶ Pertinet autem ad virtutem epicheye cõ
siderare non nudum preceptum de se: sed
circunstãtias omnes particulariter ipsum
concernentes. vnde Philosophus quin/
to ethicorum dicit. Epicheya interpretati/
ua legum est melior q̄z iusticia legalis. Et
ƀm hanc virtutez epicheye possumus pre
cepta dei et ecclesie prelatorum seu iudi/
cum benigne interpretari. ¶ Et ƀm Joan/
nem de amberto triplex regula per virtu/
tem epicheye dari potest conscientie scru/
pulose. ¶ Prima ꝙ nec deus nec ecclesia
per sua precepta intendit obligare ad vix
possibile alicui. Cum enim ƀm regulam iu
ris ad impossibile nemo possit obligari:

de regulis iuris in. 6°. Non solum dicitur impossibile quod absolute non est possibile: sed etiam videtur interpretandum sm virtutem epichye in lege noua esse impossibile quod vix est possibile idest habens nimiam difficultatem. ¶ Secunda regula est q nec deus nec ecclesia intendit suis preceptis aliquem obligare ad hoc q sit fatuus. Idest talia precepta loco et tempore nõ obligant quibus eorũ obseruantia fieret ridiculosa. Sicut patet de obseruantia votorum stultorum que nullus obligatur implere lz dicatur vouete &c. ¶ Tertia regula est q in hijs que solum sunt mala qz prohibita: vt communiter positiua precepta multum excusat vel in toto vel in tanto cõsuetudo si sit prescripta vt dictum est in sermone de consuetudine. Etiam necessitas absoluit ab obligatione preceptorum positiuorum vt tactum est in precedentibus. ¶ Proponat igitur vnusquisqz velle saluari et deo suam voluntatem commendet faciatqz bonum quod ferre potest humana fragilitas cui auxilium exhibet deus: doleatqz se peccatorem et defectuosum iuenire et sic in domino confidens confessione premissa sumat cibum suauissimũ eucharistie: per cuius assumptionem deuotaz acquiritur salus eterna: ad quã nos pducat iesus dei filius bñdictus per oia secula seculorꝝ Amen.

¶ Dominica resurrectionis. Sermo de ipsa mirabili resurrectione iesu christi: quinquagesimus in ordine.

s Urrexit. Scribũtur hec verba Marci vltimo. c°. et in euãgelio huius iocundissime solemnitatis. Summa cum gratulatione audienda sunt a nobis et commemoranda ea que de resurrectione iesu christi domini nostri ab euangelistis predicantur. Quid en m dulcius: quid suauius: quid deniqz delectabilius excogitari potest qz christ⁹ a mortuis suscitatus tertia die. In hoc equidez spes nostra erigitur vt de futura vita et resurrectione generali ventura nullatenus dubitemus. Ecce iaz dux electorum qui morte destructa gloriosus resurgens exemplum prefulgidum nobis prebet resurrectionis nostre fiende. Qua de re in pñti sermone de ipsa resurrectione christi miranda dicere statui. In quo tria mysteria proponimus contemplãda.

¶ pm̃ di temporalitatis.

¶ 2m̃ veritatis.

¶ 3m̃ qualitatis.

¶ De tempore resurrectionis christi: scilicet de die mense et anno.

Cap. pm̃.

p Rimum mysterium contemplandum de resurrectione christi dicitur tpalitatis. In quo ɔsideremus tps resurrectionis xpi tripliciter.

¶ p° respectu mensis.

¶ 2° respectu diei.

¶ 3° respectu anni.

¶ Primo consideremus tempus resurrectionis christi respectu mensis quo scilicet mẽse christus resurrexerit. Et dicitur q de mense marcij. vt enim inquit Augustinus li°. 18. de ciuita. dei. c. 55. Mortuus est christus octauo calendas aprilis duobus geminis consulibus. et vt patet in calendario in. 8. cal's aprilis est dies. 25. marcij. Et sm Augustinum eadez die christus fuit annũciatus et passus. Ex quo die. 27. marcij surrexit. Hic autem mensis satis conuenit resurrectiõi christi. ¶ Primo quia iste est primus mẽsis anni de quo dixit dominus ad moysen Exodi. 12. c. Mensis iste vobis pncipium mensium primus erit in mensibus anni. Unde iudei incipiunt annum suum in marcio asserentes mundum fuisse factũ in marcio: quod tenet Rabbi iosue: licet Rabbi heliseor et sui sequaces dicãt q in mense septembris: quando fructus sunt maturi quod etiam affirmant arabes et egyptij qui incipiunt annum in calendis septembris. Sed prima opinio cõmunior est. ¶ Sicut ergo in mense marcij fuit mundus primo creatus. Sic hoc mẽse christus resurrexit vt ostenderet se esse primogenitum mortuorum quia nullus ante eum resurrexit semper victurus. ¶ In isto etiã mẽse marcij fuit egyptus expoliata ab hebreis qui asportauerunt vasa preciosa eis

cōmodata ſm dei preceptū. Sic ⁊ in chri ſti reſurrectione fuit infernus expoliatus ⁊ paradiſus reſtauratus. Inſuper in iſto menſe fuit celebratum paſcha agni: ſicut nunc celebratur paſcha chriſti. ¶ Secundo conſideremus tempus reſurrectionis chriſti reſpectu diei. Nam reſurrexit dominica die vt ait Joannes damaſ. ⁊ idem habetur de con. di. 3. c. Sabbato. ⁊. 75. di. c°. Qđ die dominico. Jſta autem dies habet ſeptem priuilegia quibus correſpondent ſeptem myſteria reſurrectiōis chriſti. ¶ P^m quia dominica dies eſt prima dierū omniū ſicut eccleſia cantat ⁊ colligitur ex primo geneſis. Sicut ergo illa fuit prima dies veteris teſtamenti: ita fuit prima in nouo teſtamento. ¶ 2^m priuilegium diei dominice quia in ipſa fuit creata lux corporalis. Sic in die reſurrectionis chriſti producta fuit lux ſpiritualis que eſt fides illuminans intellectum in mentibus apoſtolorum. ¶ 3^m priuilegium diei dominice quia in ipſa fuit creata angelica natura. Sic in die reſurrectionis plurimum letificata ex victoria chriſti reſurgentis. ¶ 4^m priuilegium quia in ipſa die fuit creata materia ꝑma ſꝫ Bedam. Sic in die reſurrectionis materia corporis chriſti fuit ſingulariter ſublimata ꝑ reunionem anime ⁊ glorioſam conditionē corporis. ¶ 5^m priuilegium illius diei dominice quia in illa fuit creatū tempus nature ſic in die reſurrectiōis chriſti fuit creatum tempus gratie. ¶ 6^m priuilegiū quia tunc fuit celum empireum de nouo productum. Jta in die reſurrectionis fuit nouiter dedicatū in diſpoſitione propinqua quia ipſum eſt locus ſpirituum ⁊ corporū glorificatorum. Nunc autem chriſti corpus primo fuit glorificatum. ¶ 7^m priuilegiū quia in illa die deus oſtendit magnitudinem ſue potentie in creando: ita nunc i reſurgendo: quia ſicut in morte patientiā: ita in reſurrectione potentiam declarauit. ¶ Tertio cōſideremus reſurrectionē chriſti reſpectu anni quo videlicet anno etatis ſue reſurrexerit. Ad quod ſciendū ꝙ chriſtus quādo fuit baptizatus erat quaſi annorum triginta: vt dicitur Luce. 3. c. Et poſtea triennio docuit. Jta ꝙ fuit mortuus ⁊ reſuſcitatus in etate trigintatrium annorum ⁊ pauloplus: quam etatem dicit Auguſtinus li°. 22. de ciuitate dei perfectiſſimam eſſe quia vſqꝫ ad iſtam etatem natura humana proficit ⁊ exinde incipit deficere. Jn hac autem etate ⁊ nos reſurgemus ſm illud apoſtoli ad epheſios. 4. c. Donec occurramus omnes in virum perfectum: in menſuram etatis plenitudinis chriſti.

¶ Qđ ex teſtimonio angelorum ⁊ apoſtolorū ⁊ aliorum qui viderunt xp̄um poſt reſurrectionem probatur ꝙ vere ſurrexit. Cap. 2^m.

[S]ecundum myſterium contemplandum de reſurrectione chriſti dicitur veritatis. Surrexit nāqꝫ dominus vere. Que ꝟitas probatur triplici teſtimonio ſcilicet.

¶ Angelorum.
¶ Apoſtolorum.
¶ Uiſionum.

¶ Primo probať veritas reſurrectionis chriſti teſtimonio angelorum. Quatuor enim angeli in die reſurrectionis chriſtum ſurrexiſſe teſtificati ſunt. ¶ Primus fuit q apparuit extra ſepulchrum de quo ſic dicit Matheus vltimo. c. Ecce terremotus factus eſt magnus angelus autem domini deſcendit de celo ⁊ accedens reuoluit lapidem ⁊ ſedebat ſuper eū. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur: veſtimenta autē ei⁹ ſicut nix. Pre timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes ⁊ facti ſūt velut mortui. Reſpondens autem angelus dixit mulierib⁹ Nolite timere ſcio enim ꝙ ieſum qui crucifixus eſt queritis. Nō eſt hic: ſurrexit enī ſicut dixit: venite ⁊ videte locum vbi poſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius quia ſurrexit. Ecce precedet vos in galileā. ¶ Jn quibus verbis deſcribuntur quatuor iſtius angeli conditiones inſignes. ¶ Prima eſt ꝙ ipſe fuit virtuoſus in deſcēſu quia terremotus factus eſt magnus dum deſcendit. ¶ Secūda quia fuit glorioſus i ſuo aſpectu eo ꝙ erat aſpectus eius ſicut fulgur ⁊c. ¶ Tertia quia fuit terribilis in ſuo effectu. Nā pre timore eius exterriti ſunt cuſtodes. ¶ Quarta qr fuit delectabilis in ſuo affatu. Nā ſermo

ne blando dixit mulieribus. Nolite time/
re ⁊c̈. ¶ Secundus angelus apparuit ea/
dem hora intra sepulchrum. de quo dicit
Marcus vltimo. c. Et mulieres introeū
tes in monumentum viderunt iuuenē se
dentem in dextris coopertum stola candi/
da ⁊ obstupuerunt. Qui dixit illis. Nolite
expauescere. Jesum queritis nazarenum
crucifixum. Surrexit: nō est hic. ¶ Tertius
⁊ quartus angelus fuerunt illi duo quos
vidit maria magdalena intra monumen/
tum sola: quorum vnus erat ad caput: ali
us ad pedes sepulchri: vt dicitur Joannis
20. c. Qui dixerunt. Mulier quid ploras.
Cum ergo isti angeli forent in gratia cōfir
mati non potuerunt peccare venial'r neqꝫ
mortaliter ⁊ per consequens nec potuerūt
mentiri. ¶ Secūdo ꝓbatur veritas resur/
rectionis christi testimonio apostolorum:
de quibus dicitur actuum c°. Uirtu
te magna reddebant apostoli testimoniū
resurrectionis iesu christi. ¶ Nam ipsā die
resurrectionis apparuit discipulis congre
gatis in vnū absente Thoma: vt dicit' Jo/
annis. 20. c. ¶ Eadem die apparuit discipu
lis euntibus in emaus: vt scribitur Luce
24. c. ¶ Apparuit etiam simoni. ¶ Octaua
vero die apparuit discipl'is presente thoma.
¶ Postea apparuit discipulis piscantibus
vt dicitur Joannis vltimo. c. Jtem appa/
ruit eis in monte thabor Mathei vltimo
c. ¶ Tandē in die ascensionis apparuit eis
in cenaculo ⁊ exprobrauit incredulitatem
illorū ⁊ duritiam cordis Marci vltimo. c.
¶ Deinde apparuit eis in monte oliueti et
tunc videntibus illis ascendit in celū: vt
patet Luce vltimo. c. ⁊ actuum p°. c. ¶ Ter
tio probatur veritas resurrectionis christi
testimonio visionum. visus nāqꝫ fuit chri
stus multipliciter a multis quibꝰ fides ad
hibenda est. ¶ Uidit eum stephanus stan/
tem a dextris dei: vt scribitur actuum. 6. c.
qua visione confortatus pro lapidātibus
exorauit: ⁊ lapides torrētis illi dulces fue
runt atqꝫ vt christus suum spiritum acci/
peret postulauit. ¶ Uidit illū Marcus euā
gelista postq̄ꝫ vulneratus repositus fuit in
carceribus. Jbi enim dominus iesus visi/
tauit eum dicens. Pax tibi marce euāge
lista meus. Noli timere quia ego tecū sū.
¶ Uidit illum paulus qui eū in suis disci
pulis atrociter ꝑsequebatur quare vt scri/
bitur actuum. 26. c. dum loquebatur cum
agrippa dixit: ego quidem existimaueram
me aduersus nomen iesu nazareni debere
multa contraria agere. Quod ⁊ feci hiero
solymis ⁊ multos sanctorum ego in carce
ribus inclusi a principibus sacerdotū po
testate accepta. Et cum occiderentur detuli
sententiam. Et per omnes synagogas fre
quenter puniens eos compellebam blasfe
mare nomen eius. Et amplius insaniens
in eos persequebar vsqꝫ in exteras ciuita
tes. Et dum irem damascum cum potesta/
te ⁊ permissu principum sacerdotū die me/
dia vidi rex de celo supra splendorem solis
circunfulsisse me lumen ⁊ eos qui mecum
erant. Omnesqꝫ nos cū cecidissemus in
terram audiui vocem dicentē mihi hebrai
ca lingua. Saule saule quid me perseque
ris. Durum est tibi contra stimulum calci
trare. Ego autem dixi: Quis es domine.
Dominus autem dixit. Ego sum iesus na
zarenus quem tu persequeris. Sed exur/
ge ⁊ sta super pedes tuos. Ad hoc enim ap
parui tibi vt constituam te ministrum ⁊ te
stem eorum que vidisti. Et in epistola pri/
ma ad corinthios. c°. 15. ait. Tradidi enim
vobis in primis quod ⁊ accepi: quoniam
christus mortuus est pro peccatis nostris
ſm scripturas et quia sepultus est et quia
resurrexit tertia die ſm scripturas: ⁊ quia
visus est cephe ⁊ post hoc vndecim. Dein
de visus est plusq̄ꝫ quingentis fratribus
simul ex quibus multi manēt vsqꝫ adhuc
Quidam autem dormierunt. Deinde vi/
sus est iacob: deinde apostolis omnibus.
Nouissime autem omnium tanq̄ꝫ aborti/
uo visus est ⁊ mihi. Glosa in. c°. Cum mar
the. extra de celebratione missarum dicit.
Paulus appellat seipsum abortiuum qꝛ
sicut fetus abortiuus cum labore ⁊ angu/
stia ad lucem trahitur: ita paulus cum at/
tractione venit ad fidem. 23. q. 4. c. displi/

cet.c. Quis vos. ¶ Grande est testimoni/um pauli & in nullo suspectum quippe qui postq̄ vidit christum factus est defensor validissimus & predicator ardentissimus nominis eius: immo qui clamabat. Ego in hierusalem paratus sum alligari & mori pro nomine eius & tandem in vrbe pro christo mori truncatione capitis non recusauit. ¶ Sed reuera singulare & precellentissimum testimonium christi suscitati fuit diebus nouissimis consignatio miraculosa sancti francisci. biennio quippe signa visibilia & miraculosa tulit in suo corpore: de quibus plene diximus in opere de laudibus sanctorum. Quis nam dubitare potest de christo: cum videat franciscum stigmatibus illis sacris ita decoratū. Ob id sanctus Bonauentura in legenda sic sanctum franciscum alloquitur. Jam vero per hec signa certissima non duobus aut tribus testibus ad sufficientiam: sed q̄plurimis ad superabundantiam comprobata testimonia dei in te & per te credibilia facta nimis omne infidelibus auferunt excusationis velamen. ¶ Et vt idem Bonauētura refert. Descendit angelicus vir franciscus de monte secum ferens crucifixi effigiem nō in tabulis lapideis & ligneis manu figuratam artificis: sed in carneis membris descriptam digito dei viui. Resonat ergo ex omni parte veritas resurrectionis christi quam predicauerunt apostoli: defēderunt proprio sanguine martyres: expugnare & extinguere tentauerunt imperatores & reges & non valuerunt: eo q̄ ipse est rex regum & dominus dominantiū.

¶ Qualiter christus resurrexit cum quatruplici actu fortitudinis.
Cap. 3m.

T Ertium mysterium contemplandum de resurrectione christi dicitur qualitatis. Jn quo videndum erit qualiter christus resurrexit. Ad quod dicimus q̄ sicut fuit ad modum agni immolatus: ita fuit ad modum leonis resuscitatus. Et hoc propter quatruplicem fortitudinis actū. ¶ Primus fuit quia fregit claustra inferni. Ad quem accessit non vt ad locum penalem sed ad consolationem patrum ibidem existentiū. ¶ Secūdus actus fuit quia subuertit potentiam diaboli: et amputauit manum eius attrahentem que attrahebat etiam iustos ad limbum: vt dicit dominus Bonauentura in tertio. di. 22. ¶ Tertius actus fuit quia inde idest de inferno iustos omnes eripuit et eduxit. ¶ Quartus actus quia semetipsum propria virtute suscitauit. ¶ Jntelligendum tamen q̄ christi resurrectio fuit qualificata quatruplici dispositione diuina. ¶ Prima fuit quia caro eius sanctissima non vidit corruptionem per triduum diuina virtute preseruata. ¶ Secunda fuit quia caro illa fuit reparata. Cum enim ibi fuerint liuores & vulnera ac plage tumentes ex flagellis: omnia ista fuerunt virtute diuina sanata absq̄ medicamine remanentibus cicatricibus ad decorem. ¶ Tertia dispositio quia christi caro fuit glorificata. Nam habuit primo dotem impassibilitatis. q2 dicit Apostolus ad romanos. 6. c°. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur. ¶ Secundo habuit dotem subtilitatis per quā exiuit de sepulchro clauso. ¶ Tertio habuit dotem agilitatis per quam euanuit ab oculis eorum. Luce. 24. c. ¶ Quarto habuit dotem claritatis quam tamen occultauit discipulis manifestandam electis et in die iudicij etiam reprobis. Resurrexit igitur triumphator mortis: expoliator inferni: et mundi redemptor: qui numero electorum completo resurgere faciet amicorum suorum corpora suis proprijs animabus vnita: vt sic percipiāt eternaliter gaudia eterne vite. Ad quā nos perducat ipse dei filius qui est benedictus per omnia secula seculorum Amen.

¶ Feria secunda post dominicam resurrectionis. De sanctissima fide.
Sermo quinquagesimus primus.

Stulti ⁊ tardi
corde ad credenduz. verba sūt
redemptoris nostri originali/
ter Luce. 24. c°. ⁊ in euangelio hodierno.
Conatur hostis animarum nostrarū mil/
le suis nocendi modis mortalium corda a
fide iesu christi retrahere: quoniam cum il
lorū excecauerit intellectum facile ad que
cunqz scelera eos precipitare potest. Sub
lata nanqz fide relique virtutes fundamē
tum non habent. vnde Gregorius pª. q.
pª. c. Cum paulus. ait. Cum paulus dicat
fundamentum aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est quod est chri/
stus iesus idest fides christi: consequenter
probatur quia vbi christus non est funda
mentum nullum boni operis est super edi
ficium. Fides nanqz est que mundum vin
cit. vnde Joānes prima canonica. c. 5. ait.
Hec est victoria que vincit munduz fides
nostra idest que vincere facit q̄ sunt in mū
do videlicet superbiam: auaritiam ⁊ luxu/
riam. ¶ Ipsa diaboli tentationes extermi/
nat. ¶ Unde Apostolus ad ephesios. 6. c.
inquit. In omnibus sumentes scutum fi/
dei in q̄ possitis omnia tela inimici ignea
extinguere. ¶ Ipsa hominem iustificat. vn
de Genesis. 15. c. scribitur. Credidit Abra
ham deo ⁊ reputatum est ei ad iusticiam.
¶ Ipsa credentes filios dei efficit: ideo Jo/
annis primo. c. dicitur. Dedit eis potesta/
tem filios dei fieri hijs qui credunt in no/
mine eius. ¶ Ipsa a periculis liberat. Naz
per fidem abraham exiuit de vr: idest de
igne caldeorum illesus. Cum enim nō vel
let ignem adorare quem caldei deum dice
bant vt experiretur virtutem dei sui mise/
runt ipsum in ignem: sed non recepit lesio
nem. Aram vero germanus eius ⁊ pater sa
re ⁊ loth illuc missus quia in fide defecit cō
bustus est. Ananias ⁊ socij in fornacē mis
si laudabāt ⁊ bn̄dicebant deum nec ignis
nocebat eis. ¶ Quare Paulus ad hebre
os. xi. c°. dicit. Sancti per fidem vicerunt
regna operati sunt iusticiaz adepti sunt re
promissiones: obturauerunt ora leonum:
extinxerunt impetum ignis. Et ne singula
repetamus fides corporis ⁊ anime salutez
operatur. Ob quod iesus dei filius Luce
7. c. dixit magdalene. Et Luce. 18. c°. ceco.
Fides tua te saluuz fecit. Qua de re in pre
senti sermone de fide dicere statui: quam
perdiderant discipuli euntes in emaus:
quos Christus dure redarguit. De ipsa
itaqz fide tria mysteria proponemus de/
claranda.

¶ p^{m} de virtuositatis.
¶ 2^{m} necessitatis.
¶ 3^{m} qualitatis.

¶ De multiplici acceptione fidei. Et quo/
modo diffinitur. Et qualiter est vtus theo
logica ex eo q̄ est a deo ⁊ terminat ad ipm
sicut ad obiectū. Cap. p^{m}.

PRimum mysterium de fide decla/
randum dicitur virtuositatis. pro
cuius intelligentia tria erunt vidēda

¶ p^{m} quot modis capitur fides.
¶ 2^{m} quid est fides.
¶ 3^{m} vtrū fides sit virtus.

¶ Primo videndum est quot modis ca/
pitur fides. Et ex dictis Alexādri in tertio
summe. Et Bonauenture in 3°. di. 23. ⁊ ex
glosa in. c. p̄ de summa trini. ⁊ fi. catho. ha
betur q̄ fides sumitur duodecim modis.
¶ Primo sumitur pro spōsione. vnde p^{e}
ad timotheum. 5. c. dicitur. Primam fidē
irritam fecerunt. Glosa idest sponsionem.
Sic sumitur ab Augustino. 23. q. pª. c. No
li. Noli inquit fidem fallere quoniam gra
ue est. Et iterum ibi. Fides quando p̄mit/
tit etiam hosti seruanda est. Hoc modo eti
am dicit Isidorus. 22. q. 4. In malis pro/
missis rescinde fidem. ¶ Secūdo sumitur
fides pro fidelitate vt cum quis retinet fi/
deliter ⁊ restituit sibi commissa ⁊ similia.
Et de hac Hieremie. 6. c. dicitur. Perijt fi
des. Et prouerbiorum. 20. c. Uirum fide/
lez quis inueniet. ¶ Tertio sumitur fides
pro conscientia. Juxta illud ad romanos
14. c. Omne quod non est ex fide peccatuz
est. Glosa. 28. q. pª. c. Omnes. idest omne
quod est contra conscientiam. ¶ Quarto
sumitur fides pro innocentia: vt. 22. q. 4. c.
Innocens. ¶ Quinto sumitur fides p̄ ca
stitate thori. vt. 27. q. 2. c. Coniuges. Et. c°.
Coniunx. ¶ Sexto sumitur fides pro cre/
dulitate idest

dulitate idest pro quodam habitu quo qs firmiter assentit sine formidine de opposito hys que clare non videt quecunqz sint illa. Puta cum quis credit talem esse suū patrem vel matrem. Et de hac Gregorius in. 4. dialogorum inquit. Audenter dico: quia sine fide nec infidelis viuit. Nā si eundem infidelem percunctari voluero quem patrem vel quam matrem habuit: respondebit protinus illum atqz illam. ¶ Septimo sumitur fides pro sacramento baptismi. vnde Augustin9 ad bonifaciuz. Quid est aliud paruuluz habere fidem nisi fidei sacramentum. Et. 45. di. c. De iudeis. dicitur. Oportet vt fidem quam vi vel necessitate susceperunt necessario tenere cogant. ¶ Octauo sumitur fides pro acceptione conclusionis ex ratione probabili bm q lo gici dicunt. Argumentum est ratio rei dubie faciens fidez. ¶ Nono dicitur fides cognitio que est in patria. Et de hac ad romanos p̄. Justicia dei reuelatur ex fide in fidē Glosa ex fide spei in fidem rei. ¶ Decimo capitur fides pro articulis fidei propositis ad credendū. Et sic sumit Athanasius cuz dicit. Hec est fides catholica quā nisi qsqz fidelr firmiterqz crediderit saluus esse non poterit. ¶ Undecimo sumit fides pro habitu informi: de qua prime ad corinthios 13. c. dicitur. Si habuero omnem fidez &c. ¶ Duodecimo accipitur fides pro habitu formato. Et de hac ad Romanos p̄. c. Justus ex fide viuit. Hec est virtus theologica siue sit informis siue formata. De qua Apostolus ait prime ad corinthios. 13. c°. Nunc autem manent fides spes charitas tria hec. ¶ Secundo videndum est: quid est fides. Et bm Bonauenturā quia fides multipliciter consideratur ita etiam notificatur. Quandoqz enim consideratur quātum ad proprium genus. Et tunc describitur sic ab Augustino super Joannem. Fides est virtus qua creduntur que non videntur. Et non est de omnibus que non videntur: vt dicit Magister in littera: sed de hys que necessaria sunt ad salutem. ¶ Secundo cōsideratur fides quantum ad obiectum siue ad principium motiuum. Et sic dicit Augustinus ad crescētium. Fides est prima illuminatio mentis ad primam veritatem. ¶ Tertio consideratur fides quantum ad actum proprium. Et sic dicit Damascen9 li°. 4. Fides est non inquisitus cōsensus circa primaz veritatem. ¶ Quarto consideratur fides quantum ad habitum disperatum. Et hoc modo inquit Hugo li° de sacramentis. Fides est certitudo quedā animi de rebus ab sentibus supra opinionem & infra scientiam constituta. Opinio enim fides & scientia sunt habitus disperati. ¶ Quinto consideratur fides quantum ad suum finem. Et sic describitur ab Apostolo ad hebreos. xi. c. Fides est substantia rerum sperandarum ar^{m} non apparentiū. Nam fides habet tria. ¶ p̄ aspicit. ¶ 2° efficit. ¶ 3° reficit. ¶ Aspicit primam veritatem non habitam sed sperandaz. Ideo dicitur sperandarum rerum. ¶ Secūdo efficit idest causa est faciens res sperandas esse in nobis. vnde dicitur substantia quia sicut substantia est causa suorum accidentium: ita fides est causa consequendi bona sperata. ¶ Tertio fides reficit seu allicit. vnde dicit ar^{m} idest certitudo assentiēdo hys que nō apparent: & hoc est meritum & laus fidei si certe & indubitanter creditur quod non videtur. Beatus Tho. 22. q. 8. volēs verba Apostoli reducere ad formaz diffinitionis claram sic dicit. Fides est habitus mētis qua inchoatur vita eterna in nobis faciens intellectum assentire non apparentibus. ¶ Pro clariore autem intelligentia pretacte diffinitiōis apostoli. ¶ Primo notandum est q per predictam diffinitionez fides distinguitur ab omnibus que pertinent ad intellectuz. Et primo ab opinione suspitione & dubitatione per hoc q dicitur argumentum. Nā per hec tria intellectus non firmiter inheret alicui. Per dubitationem non magis tendit ad vnam partem qz ad aliam. Per opinionem & si declinet fortiter ad vnam partem tamen cuz formidine de opposito. Per suspitionem leuiter declinat ad vnam partem. Sed per fidem firmiter inheret credendis sine hesitatiōe. ¶ Secundo ex hoc q dicitur non apparentiuz fides distinguitur ab itellectu qui est de principijs per se notis & scientia que est

de conclusionibus per demonstrationem acquisitis per que aliquid itellectui apparenter fit cuiusmodi non est fides. ¶ Tertio per hoc q dicitur substantia rerum sperandarum distinguitur a fide communiter sumpta: scilicet credulitate que est etiam de humanis: sicut cum quis firmiter credit paréntes suos esse talem et talem. ¶ Secũdo notandum q fides dicitur substantia rerum sperandarum potius q̃ȝ diligendarum ex eo q dilectio potest esse presentium et absẽtium visorum et non visoruȝ. Sed spes est tm̃ de absentibus et non visis: de quibus etiam est fides: quia et si videantur ea que sunt fidei aliquo modo scilicet vt credẽda non tamen oculo corporali vel intellectuali demonstratiue. ¶ Tertio notandum: q argm̃ dicitur multipliciter. ¶ p̃ breuis enarratio subsequentium: vel breuis collectio materie simul sumpte totius libri. Et sic sumitur in biblia vbi prologi librorum aliquando dicuntur argumenta. ¶ 2° argm̃ dicitur ostensio vel manifestatio ꝯm illud Jo annis. 3. Omnis qui male agit odit luceȝ et non venit ad lucem vt non arguant opera eius. ¶ 3° dicitur argumentum ratio rei dubie faciens fidem: et hoc modo sumitur in logicis: sed in theologicis econtra fides facit argumentum seu rationem. ¶ 4° dicitur argm̃ certitudo ex qua animus mouetur in aliquid et sic fides dicitur argumẽtũ. ¶ Tertio videndum est vtruȝ fides sit virtus. Et q sic patet ꝯm Bonauenturã. 23. di. tertij libri. tum quia ipsa est principium nostre salutis: tum quia est opposita vicio infidelitatis: tum etiam quia in illa consistit rectitudo vite ꝯm regulam iusticie que est vt hõ simpliciter credat hijs que nobis sunt a deo reuelata. Nec obstat q Arist. et sui sequaces ceteriq philosophi nõ posuerunt nisi virtutes. Aut morales: vt prudẽtiam: iusticiam: fortitudinem et temperantiaȝ. vel intellectuales: vt sunt intellectus scientia: sapientia: prudentia et ars. de quibus loquitur Arist. in. 6. ethicorum. quoniam ꝯm Tho. p̃a 2e. q. 62. preter supradictas virtutes necessariuȝ fuit esse virtutes theologicas. Nam per virtutem perficitur homo ad actus quibus in beatitudinem ordinatur. Est autem duplex hominis beatitudo. Una ꝓportionata nature ad quã ꝑuenire põt per principia sue nature. Alia excedens hominis naturam ad quam homo sola virtute diuina attingere potest ꝯȝ quandam diuinitatis participationeȝ. Et quia huiusmodi beatitudo proportionem humane nature excedit: principia naturalia hominis ex quibus procedit ad bene agendum ꝯm suam proportionem nõ sufficiunt ad ordinandum hominem in beatitudinem predictam. vnde oportet q superaddãtur homini diuinitus aliqua principia per que ita ordinetur ad beatitudinẽ supernaturalem sicut per principia naturalia ordinatur ad finem connaturalẽ non tamen absq adiutorio diuino. Et hec p̃ncipia dicuntur virtutes theologice: tuȝ q habent deum pro obiecto inquantuȝ per eas recte ordinamur in deũ: tũ quia a solo deo nobis infunduntur: tuȝ quia sola diuina reuelatione in sacra scriptura nobis traduntur. ¶ Franciscus ꝯo de maronis in quodam tractatu de virtutibus ait. q virtus theologica ꝯm nominis significationeȝ dicitur virtus diuina a theos q est deus. vnde dionysius in li° de diuinis nominibus omnia ad deuȝ pertinentia siue ad diuinitatem vocat theologica. ¶ Sed aliquid dicitur diuinuȝ tripliciter. ¶ Aut quia in deo formaliter reperitur: vt eternitas bonitas immensitas et huiusmodi que dicũtur perfectiones diuine. ¶ Aut quia deo assimilatur. Sicut Dionysius li° de diuinis nominibus vocat sanctum hierotheum virũ diuinum quia deo similis erat per participationem virtutum. ¶ Aut quia ad deum terminatur sicut ad obiectum. Sicut theologia dicitur scriptura diuina q de deo loquitur. Dicuntur ergo virtutes theologice diuine: non p̃ nec sc̃do sed tertio modo: q. s. sunt a deo et ad ipsuȝ terminantur sicut ad ꝓpriũ obiectũ. ¶ Siqs ꝯo obiceret q methaphisica non ponit virtus theologica et tamen negociatur circa deum et substantias separatas. ¶ R̃ñdet frãciscus q methaphisica est de deo sub rõne cõi que est nãliter nota. virtus ꝯo theologica sub ratione ꝓpria que est credita. Multa est xpianorũ

obligatio ad benignissimum deū qui tāta luce veritatis corda nr̄a respersit vt fide me dia magis ībuta sit vna vetula de diuinis q̄z gentiles phi qui euanuerunt in cogita tionibus suis.

¶ Quod fides est necessaria ad salutē ⁊ etiā credenda sunt aliq̄ que ratione nāli ꝓbari possūt ⁊ aliqua etiam explicite. Cap. 2^{m}.

ſ Ecundum mysterium declarādū de fide di necessitatis. vbi sunt tria du bia decidenda.

¶ p^{m} vtrum fides sit ad salutē necessaria.

¶ 2^{m} vtrū sit necessariū credere aliq̄ que ra tione nāli possent de deo inuestigari.

¶ 3^{m} vtrum sit necessariū credere aliq̄d ex plicite.

¶ Ad p^{m} dubiū respōdet Athanasius in symbolo dicēs. Quicūq; vult saluus esse ante oia opus est vt teneat catholicā fidē. Quā nisi quisq; integrā inuiolatāq; ſua uerit saluus esse non poterit. Rō aūt qua re fides est necessaria q2 ipsā illumīnat in tellectū ad necessariā cognitionez dei. In oi enim via ⁊ in oi operatione est p̄ necessa ria cognitio finis ipsius operatiōis vel vie Quia finis est causa causaꝝ ex 2° metha^{ce} ⁊ finis mouet agentē ⁊ est p̄ncipiū omniū operationū nr̄aꝝ ex 2° ethicorū. Et lz finis sit vltimus in executione: tn̄ est p̄mus i in tētiōe ⁊ mouet agētē. Sicut ergo se habēt principia in demonstrabilia in speculabili bus sic se habet finis in operabilibus. Cū ꝟo in hoc mūdo oēs simus viatores ⁊ nō habeamus hic ciuitatē manentē vt di ad hebreos vltimo. c. Finis ad quez ordinati sumus ⁊ ad quē debemus tendere est de9. vn̄ Magr̄ sniaruz di. p^{a} scdi libri ait. Fecit deus rōnalē creaturā vt summū bonū itel ligeret: intelligendo amaret: amādo possi deret: ⁊ possidēdo frueretur. Et Aug9 in p̄ ꝯfessi^{m}. Fecisti nos dn̄e ad te ⁊ īquietū est cor nr̄m donec quiescat in te. Sicut itaq; deus est causa efficiens oium per potētiaz suā ⁊ causa exemplaris per suam sapiam: sic est ⁊ finalis per suā bonitatem. Quare apocalypsis p̄. c. dixit. Ego sum alpha ⁊ o: p̄ncipiuz ⁊ finis. Cū ergo ipse de9 sit finis nr̄ sequit̄ q̄ nos debemus ipsuz scire ⁊ co gnoscere. Immo vt ꝓbat Tho. in 3° cōtra gentiles. Intelligere deū est finis ois itelle ctualis substantie. Et in p̄ contra gentiles inducit Aristotelem qui in. 10. ethicorū re prehendit simonidem quendā qui persua debat hominibus vt pretermitterēt diui nam cognitionem ⁊ humanis rebus inge nium applicarēt. Oportere inquiebat ho minem humana sapere et mortalia morta lem. Contra quem simonidez dicit Philo sophus q̄ homo se debet ad immortalia ⁊ diuina trahere quātū potest. Quare vide tur q̄ necessaria sit cognitio de diuinis ad quam habendam pro statu isto ꝯueniens medium est fides. Et ad hoc clarius intelli gendū: nota ſm Tho. in. 4. cōtra gentiles q̄ homo de diuinis triplicē cognitionē ha bere potest. ¶ p^{a} est cognitio nature: ⁊ hec habet̄ per naturalē rationez. ¶ 2^{a} est cogni tio gratie: ⁊ hec habetur per diuinalē reue lationez. ¶ 3^{a} est cognitio glie: ⁊ hec habet̄ per supnaturalē illuminationē. ¶ p^{a} cogni tio bona. ¶ 2^{a} melior. ¶ 3^{a} optima. Ultima cognitio hri nō pōt absq; scda qua homo cogscit que inestigari nō possūt rōne nāli ex reuelatione dei. Cognitio ergo fidei illu minat intellectum ad cognoscendum de um trinum ⁊ vnum creatorem celi ⁊ terre: ⁊ reliqua in articulis fidei ꝓposita. ¶ Se cundum dubiū fuit vtrū sit necessariuz cre dere aliq̄ que etiā de deo ratione naturali possent inuestigari: vt q̄ deus est: ⁊ q̄ de9 est vnus ⁊ silia. Ad qd respondet Tho. 22. q. 2. ⁊ in primo contra gentiles q̄ sic mul tiplici ratione.

¶ p^{a} q2 cognitio fidei est certior.

¶ 2^{a} q2 velocior.

¶ 3^{a} q2 communior.

¶ 4^{a} q2 amplior.

¶ 5^{a} q2 vtilior.

¶ Prima ratio est quia cognitio fidei est certior. Nā cōnaturalis est multū deficiēs a cognitione diuinoꝝ. Cuius signū est: q2 phi perscrutātes diuina naturali ingenio in multis errauerunt ⁊ sibiipsis contradi xerunt: vt apparet in eorum dictis atq; sē tentijs: quia homo falli potest: deus au tem falli non potest. Nam si humana ra tio non potest pertingere ad perfectam co gnitionem rerum creataꝝ sensibiliū: q̄zto

magis in rebꝰ diuinis que nullo ſenſu per
cipi poſſunt quia vt inquit Ariſt. in prolo
go methaphiſice. Deus eſt remotiſſimus
a ſenſu: vt igitur eſſet apud homies idubi
tata ⁊ certa cognitio de deo oportuit ꝙ di/
uina eis per modum fidei traderentur qua
ſi a deo dicta qui mentiri non põt. ¶ Hinc
Lactantius liᵒ primo diuinarum iſtitutio
nuz inquit. Omiſſis terrenis huiuſce phi
loſophie auctoribus nil certe afferẽtibus
agrediamur viam rectam quos equidem
ſi putarez ſatis idoneos ad bene viuendũ
duces eſſe ⁊ ipſe ſequerer ⁊ alios vt ſeque
rentur hortarer. Sed cum magna inter ſe
concertatione diſſideant ſecumqz ipſi ple/
rũqz diſcordent apparet eoruz iter nequa
q̃z eſſe directum. Siquidem ſibi quiqz vt
eſt libituz proprias vias impreſſerunt: cõ
fuſionemqz maximam inquirentibus ve/
ritatem reliquerunt. Nobis autem qui ſa
cramentum religionis accepimus cum ſit
ꝟitas reuelata diuinitus omnes vtriuſqz
ſexus ſine vllo diſcrimine ad celeſte pabu
lum cõuocamus. Hec ille. Certior ergo eſt
cognitio que habetur per fidem q̃z que ha
betur per ſcientiaz ex parte cauſe certitudi
nis: quia fides inititur veritati diuine que
eſt eius obiectuz. Scientia ꝟo innititur ra
tioni humane vt refert Tho. 22. q. 4. articu
lo vltimo. Hic Apoſtolus ad epheſios. 4.
c. ait. Non amplius ambuletis ſicut ⁊ gen
tes ambulant in vanitate ſenſus ſui tene/
bris obſcuratum habentes intellectum.
¶ Secundo cognitio fidei eſt velocior q̃z
illa que habetur per rationem naturalem
Scientia nanqz ad quam pertinet proba
re deum eſſe ⁊ eſſe vnuz ⁊ eſſe nobiliſſimũ
potentiſſimum ⁊c. vltimo hominibus adi
ſcenda proponitur ſuppoſitis multis alijs
ſcientijs. Et ſic non niſi poſt magnum tem
pus cognoſcerentur iſta de deo. Nam me
thaphiſica que circa diuina verſatur inter
philoſophie partes vltima remanet adi/
ſcenda. ¶ Tertio cognitio fidei eſt commu
nior. Multi enim in ſtudio ſcientie profice
re non poſſunt propter multa impedimen
ta. ¶ Nam aliqui impediuntur a ſtudioſe
inquiſitionis fructu qui eſt inuentio veri/
tatis propter indiſpoſitionem complexio/
nis: ex qua multi naturaliter ſunt indiſpo/
ſiti ad ſcientiam. ¶ Aliqui impediuntur ne
ceſſitate rei familiaris. Oportet enim in/
ter homines eſſe aliquos qui tẽpo[illegible]
adminiſtrandis inſiſtant qui tantum tem
pus in ocio contẽplatiue cognitionis non
poſſent expendere vt ad ſummum faſtigi
um humane inquiſitionis pertingerẽt ſci
licet dei cognitionem. ¶ Quidam inſuper
retrahuntur voluntaria pigricia. Iſti ergo
tales omnino a dei cognitione fraudaren/
tur ⁊ conſequenter a felicitate perfecta. Fu
it ergo neceſſarium vt diuina per modum
fidei credenda proponerentur. Cuius co/
gnitio cõmunis eſt omnibus vt ſic omnis
caro ſaluari poſſit. Quia ſicut dicit ad co/
loccenſes. 3. c. In chriſto ieſu non eſt maſcu
lus ⁊ femina: non eſt ſeruus neqz liber.
¶ Quarto cognitio fidei eſt amplior quia
ad plura extenditur q̃z cognitio que habe
tur per rationem naturalem. Nam per ra
tionem naturalem non poſſumus cogno/
ſcere deo niſi ꝙ eſt ⁊ ꝙ eſt vnus ⁊ ſimilia.
Sed nõ ꝙ ſit trinus in perſonis nec ꝙ vir
go poſſit parere ⁊ huiuſmodi. Ideo Apo/
ſtolus prime ad corinthios. 2. c. ait. Loqui
mur dei ſapientiam in miniſterio quam ne
mo principum ideſt philoſophorum huiꝰ
ſeculi nouit. O aurea ſecula noſtra luce ve
ritatis per ieſum chriſtum dominũ noſtrũ
illuſtrata adeo vt in cognitione rerum al/
tiſſimarum dei multomagis proficiat vna
vetula chriſtiana q̃z omnis ſchola gẽtiliũ
philoſophorum. Impletum quippe eſt di
ctum Yſaie. xi. c. Repleta eſt terra ſcientia
dñi ſicut aque maris operientis. ¶ Quin
to cognitio fidei eſt vtilior. Nam aſſentire
hijs que naturaliter cognoſci poſſunt nul
lius eſt meriti ſicut credere ꝙ ſol mouetur
⁊ ſimilia. Sed aſſentire hijs que a deo ſũt
reuelata maximi eſt meriti. Primo ratio
ne reuerentie quam exhibet homo deo qr
credit ei etiam ea que non capit. Naz quã
do aliquis credit ſimplici verbo alicuius
de hijs que alias ignorat exhibet ſibi ho/
norem. vnde Ualerius maximus liᵒ. 8. c.
16. inquit. Pictagore tanta auctoritas ab
auditoribus fuit tributa vt que ab eo acce
perant in diſputationem ducere nefas eſſet

marent. Qui etiaȝ interpellati ad reddendum causam hoc respondebant ipsum dixisse. Quantomagis homo debet credere deo qui reuelauit nobis mysteria fidei per dilectum suum filium vnigenitum pro nobis incarnatum ⁊ per prophetas ⁊ apostolos ac sanctos suos. ¶ 2° credere est maximi meriti quia homo humiliat intellectuȝ suum ad credendum ea que intellectu nõ potest percipere dicendo cum Hilario: q2 plura potest deus facere q̄ȝ intellectus intelligere. Qđ autem sic credere sit meritorium probatur a sancto Tho. 22. q. 2. Quia omnis actus qui subicitur libero arbitrio moto a deo per gratiam ⁊ relatus in deuȝ est meritorius. Sed credere est actus intellectus assentientis veritati diuine ex imperio voluntatis mote a deo per gratiam: et sic subiacet libero arbitrio in ordine ad deum: ergo actus fidei est meritorius. Insuper omnis actus virtutis est laudabilis et meritorius. Sȝ credere est actus fidei que est v̄tus: ergo meritorius. Propterea Augustinus super Joannem ait. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet pulchritudo et tamen quicquid est in arbore pulchritudinis vel fructus ex illa procedit Sic ex fidei humilitate q̄cquid meriti quicquid beatitudinis anima susceptura est ex fidei fundamento procedit. ℂ Tertium dubium fuit vtrum sit necessariuȝ credere aliquid explicite. ¶ Ad quod respondet Tho. 22. q. 2. Qđ semper fuit necessarium credere aliquid explicite. Et in veteri testamẽto ⁊ apud omnes nationes sufficiebat credere illa duo que ponit Apostolus ad hebreos. xi. c. Accedentiũ ad deum oportet credere quia est: ⁊ ꝙ inquirẽtium se est remunerator. Et in diuino esse includunt omnia que credimus i deo eternaliter existere: vt trinitatem ⁊ perfectiones omnes in quibus nostra beatitudo consistit. In fide autem prouidentie que ibi notatur cum dicitur ꝙ inquirentium se est remunerator includuntur omnia que a deo temporaliter dispẽsantur ad hominem que sunt via per ueniendi in beatitudinẽ vt redemptio facta per christum in qua implicite continentur: incarnatio: resurrectio: passio: ⁊ huiusmodi. Minores ergo credendo illa duo expresse credebãt implicite omnes articulos fidei ⁊ hoc sufficiebat eis. Maiores aũt vt prophete ⁊ alij habuerunt de quibusdam articulis fidem explicitam. In nouo auteȝ testamento post tẽpus gratie reuelate non sufficit illa duo credere explicite. Sed oportet ꝙ omnes tam maiores q̄ȝ minores habeant explicitam fidem de mysterijs christi: vt incarnationis: passionis: resurrectionis: ascensionis ⁊ huiusmodi precipue de hijs que communiter solemnizat ecclesia: ⁊ que publice proponuntur. Aut etiam de mysterio trinitatis q̄ȝtum ad numerum et distinctionem personarum: quia hoc exprimitur in mysterio incarnationis. hoc enim per se est obiectũ fidei. Quia illud proprie ⁊ per se pertinet ad obiectũ fidei per quod homo consequitur beatitudinem et quod est via hominibus veniendi ad beatitudinem. Hoc est mysterium icarnationis: passionis ⁊ huiusmodi. Quia vt dicit̃ de con. di. 8. c. Firmissime. Ab ira dei quam incurrimus propter originale peccatuȝ nullus liberatur nisi per fidem mediatoris hominis iesu christi: sed vt dictum est in veteri testamento implicitam: nunc explicitaȝ in nouo testamento quo ad adultos. per accidens autem ⁊ secũdario pertinent ad obiectum fidei omnia que in scriptura sacra diuinitus tradita cõtinentur. Sicut ꝙ abraham habuit duos filios: ꝙ dauid fuit fili⁹ ysai ⁊ huiusmodi. Et q̄ȝtum ad ista que secundario ptinent nõ tenetur homo explicite credere: sed soluȝ implicite: ⁊ in preparatione animi inq̄ȝtum paratus est credere quiq̄d in sacra scriptura continetur. Sȝ tunc tenetur hoc explicite credere quando hoc ei constiterit in doctrina fidei contineri.

ℂ Qđ fides debet esse integra simplex et operosa. Cap. 3[m].

Tertiũ mysteriũ declarãdũ de fide q̄litatis. In quo sciendum ꝙ ad fidei perfectionẽ requiruntur tres conditiones.

ℂ p̄a di integritatis.

ℂ 2a simplicitatis.

ℂ 3a operositatis.

¶ Prima fidei cōditio ē integritas. Debet enim quilibet credere oīa que credēda sūt. Qui eniʒ ita crederet omnes articulos vt vnum pertinaciter negaret saluari non potest. Immo vt dicit Tho. 22. q. 5. In hereticis qui errant in vno articulo licet in alijs nō errent non est fides nec formata nec informis. Ratio est quia sublata formali ratione obiecti fidei fides remanere non potest sicut in alijs habitibus: vt etiaʒ remota luce visio esse non potest. Obiectum autem fidei formale est veritas prima ſm qꝫ manifestatur i sacris scripturis ꝛ doctrina ecclesie. vnde quicunqꝫ non inheret infallibili ꝛ diuine regule ꝛ doctrine ecclie que procedit ex veritate pͥma in sacris scripturis manifestata ille non habet habitum fidei. Sed ea que sunt fidei aliomodo tenet q̄ʒ per fidem. Manifestum est autem qꝫ ille qui inheret doctrine ecclesie sicut infallibili regule omnibus assentit que ecclesia docet. Alioquin si de hijs que ecclesia docet que vult tenet ꝛ que vult non tenet: nō iam inheret doctrine ecclesie sicut infallibili regule sed proprie voluntati. Et sic manifestum est qꝫ hereticus qui pertinaciter discredit vnum articulum fidei non est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesie. Si enim non pertinaciter discrederet vnuʒ articulum iam non est hereticus sed soluʒ errans. Hereticus ergo qui de vno articulo fidem non habet de alijs etiaʒ articulis fidem non habet sed opinionem quandaʒ ſm propriam voluntatem. ¶ Secūda cōditio fidei est simplicitas. Debet vnusqꝫ simpliciter confiteri fidem christi absqꝫ rationum auxilio: vt patet de summa trinitate ꝛ fide catholica. c. p̄. Et Gregorius dicit in homelia. Fides non habet meritum cui humana ratio prebet experimentū. ¶ Sed contra potest quis arguere. Nam in glosa in. c. Siquando. de rescriptis. dicitur qꝫ de omnibus est ratio reddenda. Et prelatus paratus debet esse reddere rationeʒ omni poscenti: vt dicit Petrus prima sua canonica. c. 3. Et ad idē facit quod notatur. 36. di. §. Ecce. Et. ff. de religiosis ꝛ sūptibus funerum. l. Siquis. §. Sed interdum. Insup testes examinandi debent reddere rationem sui dicti: Alias dictum eorum non valet. 2. q. pͣ. c. In primis. Et. 4. q. 3. §. Iteʒ in criminali. vsi. Item sola. Et. 24. q. 3. c. Si hēs. Et. 68. di. c. Cor episcopi. ¶ Ad hoc respondet glosa predicta in. c. Siquando. qꝫ de omnibus ratio reddi debet si potest reddi. Sed quandoqꝫ per impotentiam aliter cōtingit: aut quia non interest nostra qualiscunqꝫ sit illa ratio. ¶ Pro clariore tamen huius partis noticia notāda sunt aliqua documenta. ¶ Primum est ſm Tho. 22. qꝫ ratio humana ad ea que sunt fidei potest se habere ad voluntatem credentis dupliciter. ¶ Unomodo antecedēter: puta cum quis non vult credere vel non habet promptam voluntatem ad credendum nisi ratione humana induceretur. Et tunc ratio humana diminuit meritum. ¶ Secūdo modo ratio humana se habet ad voluntatem credentis consequenter. puta cum homo habet promptam voluntatem ad credendum etiam sine ratione. Et ex hoc qꝫ diligit veritatem creditaʒ super ea cogitat et amplectitur siquas rationes ad hoc inuenire potest. Tunc humana ratio non diminuit meritum fidei sed est signuʒ maioris meriti. ¶ Sanctus Io. Bonauētura in prologo suo primo sententiarum dicit. qꝫ rationes inducte pro fide valent. Ad confortandum debiles ꝛ infirmos in fide. Ad delectandum fortes: ꝛ ad conuincendum aduersarios. vnde Augustinus libro p̄ de trinitate inquit. Aduersus hereticos garulatores elatiores potius q̄ʒ capatiores rationibus catholicis est vtendum. ¶ Secūduʒ documentuʒ qꝫ ea que sunt fidei ꝛ si supra rationem sint non tamen contra rationem vt dicit Hugo de scō victore. Et ideo querere ea que sunt supra rationem non est vituperabile sed laudabile dum tamē quis ista q̄rat moderate ꝛ cū humilitate. ¶ Tertiuʒ documentū qꝫ ratio naturalis in hijs que sunt fidei potest induci vel cum fide vl' contra fidem. Et illa quidem ratio que ſm fidem inducitur potest augere meritum in quantum facit voluntatem magis promptam ad credendum. Ratio autem inducta contra fidem manente eadem voluntate credendi auget meritum. Magis enim meretur ille qui credit illud ad quod videt multas rationes in contrariuʒ q̄ʒ qui eas

non videt. Sicut qui tentatur vehementius de luxuria vel alio vicio si resistat equali voluntate magis meretur. Hec Tho. in 3°. ¶ Quartum documentum secundum Tho. in primo contra gentiles. Quod credere alicui subito sine deliberatione sine inspiratione et sine motione sufficienti est levitas mentis. Credere vero cum deliberatione vel inspiratione vel motivo sufficienti non est levitas cordis. Sicut facit ille qui credit ea que sunt fidei. Talis enim habet sufficiens motivum ad credendum. Inducitur enim auctoritate divine doctrine miraculis confirmate et amplius interiori instinctu dei illuminantis. ℭ Tertia conditio fidei dicitur operositatis. Qui enim credunt debent bene operari et operibus virtutum intendere. Ad hoc enim nos excitant voces scripturarum sanctarum. ¶ Unde in deuteronomij 6. c. scribitur. Fac quod bonum est et placitum in conspectu dei domini tui ut bene sit tibi ¶ Et Thobie. 4. c°. Multa bona habebimus si timuerimus deum et recesserimus ab omni peccato et fecerimus bene. ¶ Et Ecclesiastes. 3. c. Cognovi quod non esset melius nisi letari et facere bona in vita sua. ¶ Et ps 33. Declina a malo et fac bonum. ¶ Et ps 36. Spera in domino et fac bonitatem. ¶ Et Ysaie p. c. Quiescite agere perverse discite benefacere. ¶ Et. 7. c. Bonas facite vias vestras et studia vestra et habitabo vobiscum. ¶ Et Amos. 5. c. Querite bonum et non malum ut vivatis et erit dominus deus vobiscum. ¶ Et Paulus ad romanos. 2. c. ait. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum. ¶ Et. 12. c. Providentes bona. ¶ Et. 13. c. Vis non timere fac bonum et habebis laudem ex illo. ¶ Et ad galathas. 6. c. Bonum facientes non deficiamus. ¶ Et iterum ibi. Dum tempus habemus operemur bonum. ¶ Et Joannis prima canonica. c. 3. Qui benefacit ex deo est. ¶ Et Aug°. 38. di. c°. Nullus. Qui recusat bona agere magis diaboli quam christi membrum esse ostenditur et potius infidelis quam fidelis esse monstratur. ¶ Et Salvator noster Mathei. 5. c. Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona. Sed quantum ad opera videtur quasi ubique fides extincta dum illi qui christiano censentur nomine pro maiori parte omnes declinaverunt et inutiles facti sunt: nec est qui faciat bonum vix usque ad unum. Adaucta quippe est diaboli malitia et multoplures sequuntur opera tenebrarum quam lucis. Quod verum esse per experientiam cognosci potest dum christiani diebus istis contra christum eiusque doctrinam vitam suam ducant in quolibet genere viciorum. Non sic non sic decet christianos vivere: sed iuste sobrie et pie expectantes beatam spem et adventum glorie magni dei. Ad quam nos perducat ille qui est benedictus et laudabilis in secula seculorum Amen.

ℭ Feria tertia post dominicam resurrectionis De iocunda pace.

Sermo quinquagesimus secundus.

D Ixit eis pax vobis. Scribuntur hec verba Luce. 24. c°. et in evangelio hodierno. Rem pergratissimam efficiunt eterno patri predicatores verbi dei qui populis annunciant alta preconia pacis. Inquit enim Ysaias 52. c. Quam pulchri super montes pedes annunciantis et predicantis pacem. Per illam quippe homines filij dei vocari merentur. unde christus iesus Mathei. 5. c. dicebat. Beati pacifici quoniam filij dei vocabuntur. Hanc antiquus hostis vehementer exhorret quam a principio sue conditionis expugnare conatus est. In celo quippe empireo angeli tenebrarum ad plurimum cum angelis bonis atque excide bris: totis suis viribus contenderunt. Et quia recusaverunt esse pacifici a deo reprobati sunt et de celo expulsi atque supplicio sempiterno adiudicati. ¶ Propterea filios illius fiunt qui iurgia querunt: lites sectantur: odia fovent: rixas exercent: bellaque volunt iniusta. Tales utique christiano nomine indigni censendi sunt: quia cum christo partem habere non possunt. Idcirco in presenti sermone de laudibus pacis dicere statui quam christus postquam a mortuis surrexit discipulis blando sermone annunciavit. ¶ Declarabimus itaque de ipsa pace tria mysteria.

ℭ Primum de distinctionis.

ℭ 2m commendationis.

ℭ 3m fructificationis.

ℭ De multiplici pace. scilicet simulata: ingnata: et ordiata quam adhuc multipliciter distinguitur. Ca. primum

P
Rimum mysterium declarandum de pace dicitur distinctionis. Pos sumus enim distinguere triplicem pacem.
¶ pª dí inquinata.
¶ 2ª simulata.
¶ 3ª ordinata.
¶ Prima est pax inquinata & viciosa illorum videlicet qui sunt in malo concordes Talis pax etiam inter demones reperitur pro quibus Christus dicebat Luce.xi. et Mathei.12. Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Si sathan in seip suz diuisus est quomodo stabit regnum eius. vt enim inquit Tho. prima parte. q. centesima decima. Inter demones est prelatio: quia demonum quidam naturali ordine sub aliis constituuntur vnde actiones eorum sunt sub actionibus superiorum: et hoc est quod rationem prelationis facit vt scilicet actio subditi subdatur actioni prelati. ¶ Quare illi qui naturaliter sunt sapientiores & potentiores aliis imperant minoribus illis & illi obediunt. Et concordia eorum non est ex amicitia quã inter se habeant: sed ex communi nequitia qua homines odiunt & dei iusticie repugnant. Est enim etiam hominum impiorum vt eis se adiungant & subiciant ad propriaz nequitiam exequendam quos potiores viribus vidẽt. Neqz in demonibus accedit ad bonum superiorum ꝙ eis inferiores subdantur: sed magis ad malum eorum quia cuz mala facere maxime ad miseriam pertineat preesse in malis est esse magis miseruz Hec Tho. Sicut ergo pax demonuz reprobata est: ita & pax atqz concordia malozuz hominum: adulterorum: latronum: lusorum: gulosorum & similiuz. Ideo iesus benedictus Mathei. 10. c. dixit. Nolite putare ꝙ venerim pacem mittere in terrã. Nõ enim veni pacem mittere sed gladiuz. Ueni enim separare hominem aduersus hominem filium aduersus patrem suum & filiam aduersus matrem suam: & nurum aduersus socrum suam. Que omnia intelligenda sunt de separatione rationabili cuz scilicet quis discordat & separatur ab aliquo quia ipse vult dei voluntatem implere. Ille ꝯo querit & studet vacare viciis q̃ casu licet filio timẽti deum discordare a patre sectãte vestigia diaboli & similia. ¶ Secunda pax est simulata. Hec est illorũ qui in corde odium abscondentes lingua se dicant beniuolos & amicos. De quibus ait Dauid in ps. Loquuntur pacem cuz proximo suo: mala autem in cordibus eorũ. ¶ Talis fuit pax carthaginensium quam simulate petebant a romanis. ¶ Ut enĩ narrat Titusliuius. Postqz in africam se contulit scipio africanus existente hanibale ĩ italia victis iam sepe carthaginensibus: carthago variis terroribus agitata ad hanibalem legatos misit vt celeriter succurreret patrie periture. Consequenter triginta principes seniorum quod sanctissimuz in illa vrbe consilium erat pro petenda pace mittuntur ad scipionem qui iam extructa castra sua in conspectu carthaginis locauerat. Fiebãt autem hec non pura fide: sed vt per verba pacis tempus effluerent: quo ciues anxii respirarent donec hanibal remearet legati: vbi in castra romana & in pretorium venerunt more adulantiuz ante pedes ducis prostrati ꝓcubuerũt. Quorum sententia hec fuit. Nolle se crimen vel excusare vel negare sed illis tribuere quorum esset: hoc est non populo ciuitatis sed hanibali suisqz complicibus. quibus tumultuari & furere & ex bellis bella serere sẽper magnificum visum est. Igitur populo & innocenti vrbi veniam petunt concludẽtes se facere quecunqz iusserit. Tunc scipio leges pacis dixit. ¶ Prima fuit ꝙ omnes transfugas & fugitiuos restituant. ¶ Secũda ꝙ exercitus omnes ab italia deducant & hispania sicilia & sardinia. ¶ Tertia ꝙ oibus inter italiam & africam insulis perpetuo abstinẽãt. ¶ Quarta ꝙ naues omnes longas tradant preter viginti in vsus pacificos reseruatas. Et ꝙ pararent certam quantitatem frumenti & ordei & ꝙ soluerent adhuc aliqua talenta auri & argenti. Cum hiis conditionibus inquit scipio. Si pax placet infra triduum respondete. Naz firmabimus inducias & legati romam ad senatum mittentur. Carthaginenses ĩfra terminum pacis conditiones approbant

Duplex ergo legatio vna ad scipionem inducias firmatura. Altera ad senatum pacem petitura decernitur. Et cuȝ legatis ad scipionem captiui ⁊ transfuge aliqui remittuntur vt res bona fide credatur geri. Et romam legati penorum iuuenes missi sũt vt etas fraudem tegeret ⁊ ignorantiam excusaret. Pendente autem pacis negocio ⁊ durantibus treugis captis multis nauibus romanorum carthaginenses fregerunt induciarum fidem. Neqȝ tamen tot offensis constantiam scipionis inuida carthago fregit. Quin legatis hostium cum suis ab vrbe redeuntibus ius gentiuȝ saluum vellet cauens hostiles mores quos oderat emulari. Quibus ad se perductis: Ite iquit securi multoqȝ benignius apud romanos in bello q̄ȝ romani apud vos inter inducias habiti. Ecce ꝙ carthaginenses cum pace simulata damnificauerunt romanos. Qui tamen postea hanibale a scipione deuicto facti sunt ⁊ ipsi voluerint noluerint tributarij romanoruȝ. Caute ergo semper agendum quia vt Regetius libro secundo de re militari ait. Frequentius cõuentionum pacisqȝ simulatio credulis magis nocuere q̄ȝ arma. ¶ Sed vhe illis qui confidentes in malicia sua proditionibus querunt alios subicere sibi: quia deus vltor est iniquitatis illorum. Diligit eniȝ veritatem diligit ⁊ fidem. Ob quod Augustinus. 23. q. pª. c. Noli inquit. Fides quã do promittitur etiam hosti seruanda est.

¶ Sed hoc loco incidenter queritur: an in bellis licitum sit vti insidijs: cum insidie fraudes quedam videantur esse ⁊ per consequens ad iniusticiam pertinere. ¶ Ad quod respondet Augustinus dicens. Cuȝ iustum bellum suscipitur vtrum aperte pugnet aliqs an ex isidijs nihil ad iusticiam interest. Est de hoc exempluȝ iosue cui mã dauit deus vt insidias poneret contra habitatores ciuitatis hay: vt scribitur Josue 8. c. ¶ Sed notandum vt dicit Tho. 22. q. 40. ꝙ insidie ordinantur ad fallendum hostes. ¶ Dupliciter autem potest quis falli ex facto vel dicto alterius. ¶ Vnomodo ex eo ꝙ ei dicitur falsum vel non seruare promissum ⁊ istud semper est illicitum. Et hoc modo nullus debet hostes fallere. Sunt enim quedam iura bellorum et federa etiam inter ipsos hostes seruanda: vt Ambrosius ponit libro de officijs. ¶ Aliomodo potest quis falli: quia ei propositum aut intellectum non aperimus. hoc auteȝ facere semper non tenemur. vnde inter cetera documẽta rei militaris hoc precipue ponitur de occultandis consilijs ne ad hostes perueniant. Et talis occultatio pertinet ad rationem insidiarum quibus licitum est vti in bellis iustis. Nec proprie huiusmodi insidie vocantur fraudes nec iusticie repugnant nec ordinate voluntati. Esset enim inordinata voluntas si aliquis vellet nihil sibi ab alijs occultari. Aliud ergo est vti insidijs modo dicto. Aliud sub colore pacis frangere fidem. ¶ Tertia pax dicitur ordinata que multiplex adhuc est.

¶ Prima est pax hominis ⁊ dei: de qua inquit Augustinus libro. 19. de ciuitate dei. ꝙ est ordinata obediẽtia in fide ⁊ lege eterna hominis ad deum. Hanc franciscus de maronis in quodam sermone de natiuitate iesu christi vocat pacem thearticam: qua priuati sunt omnes in peccato mortali commorantes qui in scripturis vocantur inimici dei: vt diximus in sermone de amore dei ad animam in quadragesima li de penitentia. ¶ Secunda est pax ierarchica hominum scilicet ⁊ angelorum dum videlicet homines student morem gerere angelis custodiẽtibus. ¶ Propterea Bernardus ait. In quo vis angulo: in quo vis diuersorio reuerentiam exhibe angelo tuo. ¶ Tertia est pax iconomica habitantiuȝ scilicet in vna domo. ¶ Et de hac dixit Sapiens ecclesiastici. 25. c. In tribus bene placitum est spiritui meo: que sunt grata coram deo ⁊ hominibus. Amor fratrum: concordia proximorum: vir ⁊ vxor sibi bene consentientes. ¶ Quarta est pax monostica vnius ad seipsum: dum scilicet ratio imperat viribus inferioribus ⁊ vires inferiores subiciuntur rationi. ¶ Quinta est pax politica eoruȝ qui habitant in vno regno vel in vna ciuitate. ¶ Est enim politicia sm Aristotelem in secundo politice ordo quidam inhabitantium ciuitatem. Ci

nitas autem est ciuium quedam multitu/
do. ¶ Ad patrem igitur ciuitatis multum
facit ordo: dum scilicet minores reuerentur
maiores ⁊ maiores adiuuant minores: et
equales eq̄libus iura sua reddūt. ¶ Pro/
pterea inquit Sapiens prouerbiorum. xi.
c. In benedictione iustorum exaltabitur ci
uitas: et ore impiorum subuertetur. ¶ Et
29. c. Omnes pestilētes dissipant ciuitatez
eum scilicet nolunt ordinate nec ꝫm leges
viuere. Nam vt Aristoteles in quinto poli
tice ait. Ubiqꝫ ꝓpter inequale seditio est.
¶ Qd̄ pax commendatur ex eo ꝙ grata
est deo ⁊ christus filius eius illam dilexit:
que etiam a sanctis predicatur.

Cap. 2m.

Secundum mysterium declarandū
de pace dicitur commendationis.
triplex enim est pacis cōmendatio.
¶ pa dicitur dei gratificatio.
¶ 2a filij dei dilectio.
¶ 3a sanctorum predicatio.
¶ Prima commendatio pacis dicitur dei
gratificatio. Est quidem ipsi omnipotenti
deo grata ⁊ acceptissima. Ideo per Hiere/
miam. c. 29. ait. Ego cogito cogitatiōes pa
cis ⁊ non afflictionis. ¶ Et prime ad corin
thios. 14. c. Apostolus ait. Non est dissen
tionis deus sed pacis. ¶ Sed cur inquiēs
deus bella sinit persepe inter homines fie
ri si pacem amat. ¶ Ad qd̄ respondet Au/
gustinus libro. 5. de ciuitate. c. 22. ꝙ id fa/
cit vt puniantur nostra peccata. Inquit
enim sic. Sic etiam tempora ipsa bellorū
sicut in eius arbitrio est ⁊ misericordia vel
atterere vel consolari genus hominum vt
alia citius alia tardius finiantur. ¶ Secū
da commendatio pacis dicitur filij dei dile
ctio. ¶ De ipso quippe incarnari dixit Ysa/
ias. 9. c. Uocabitur princeps pacis. ¶ Et
de eo Paulus ad ephesios. c. 2. inquit. Ip
se est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnū: ¶ Et
Augustinꝰ. 23. q. pa. c. Nisi bella. ait. Chri
stus vt pacem doceret venit in mundum.
Propterea nasci voluit tēpore pacis quo
Octauianus augustus pacifice vniuerso
imperabat orbi. Sedatis nāqꝫ omnibus
bellis orbem totum suo subegit imperio:
cunctis inimicis ⁊ turbatoribus romano

rum deuictis. ¶ Unde Solinus in libro de
mirabilibus mundi ait. Tempus augusti
solum repertum est quo plurimum arma
cessauerunt et floruerunt ingenia. ¶ Illo
nanqꝫ tempore fuerunt oratius: virgiliꝰ:
ouidius: macer: catullus veronensis: pro/
percius: terencius: varro: marcus tulliꝰ
cicero: apollodorus: valerius mesalla: va/
lerius maximus: salustius ⁊ alij. ¶ Et ꝫm
Eusebium in libro de temporibus. Tēpo/
ribus octauiani factus est rome census et
inuenta sunt in vrbe tricenta ⁊ septuagin
ta milium ciuium romanorum. Pacifico
igitur tempore christus voluit in terra visi
biliter apparere. ¶ In natiuitate eius vero
fecit angelos cantare. Et in terra pax ho/
minibus bone voluntatis: vt scribitur Lu
ce. 2. c. ad insinuandum quantum sibi pax
foret dilecta. ¶ Hinc est ꝙ scribitur in pro/
logo decretalium. Rex pacificus pia mise
ratione disposuit sibi subditos fore pacifi/
cos. Et dum misit discipulos in omnem ci
uitatem in qua erat ipse venturus vt dici/
tur Luce. 10. c. monuit eos dicens. In quā
cunqꝫ ciuitatem intraueritis primum dici
te. Pax huic ciuitati. Et in quācunqꝫ do/
mū intraueritis dicite. Pax huic domui.
Et in sermone quem fecit in vltima cena:
vt scribitur Joannis. 14. c. quasi pro precio
sissimo thesauro pacem apostolis reliquit.
Pacem inquit meam do vobis pacem re
linquo vobis. ¶ Post resurrectionem xp̄o
sepius apparens: vt patet Luce. 24. Et Jo
annis. 20. apostolos salutabat dicēs. Pax
vobis. ¶ Tertia commendatio pacis dici
tur sanctorum predicatio. hanc enim san/
cti p̄dicauerunt. ¶ Unde Dauid in ps̄. 33.
Inquire pacē. ¶ Et Paulus ad romanos
5. c. Iustificati per fidem pacem habeamꝰ
¶ Et ad romanos. 12. c. Si fieri potest quod
ex vobis est cum omnibus hominibus pa
cem habentes. ¶ Et secunde ad corinthios
13. c. Pacē habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectio
nis erit vobiscum. ¶ Et ad ephesios. 4. co.
Soliciti seruare vnitatez spiritus in vincu
lo pacis. ¶ Et ad philippenses. 4. co. Pax
dei que exuperat omnem sensum custodi/
at corda vestra et intelligentias vestras.
¶ Et ad colocenses. 3. c. Pax christi exul/

tet in cordibꝰ vestris. ¶ Et ad habreos. ii/
c. Pacem sequimini cum omnibus. ¶ Et
in epistolis suis in principio premittebat.
Gratia vobis ⁊ pax. Idem facit Petrus.
Iterum Joannes in apocalypsi sic incipit.
Gr̄a vobis ⁊ pax.
¶ Q̄ḋ ex pace proueniunt omnia bona:
temporalia: corporalia: et spiritualia.

Cap. 3^{m}.

t Ertium mysterium de pace declarā
dum dicitur fructificationis. Pro
uenit quippe ex pace triplex fructꝰ.
¶ p̊mꝰ tpalis.
¶ 2ꝰ corporalis.
¶ 3ꝰ spiritualis.
¶ Primus fructus qui ex pace oritur di
citur temporalis. Ipsa enim ciuitates am
pliat: diuitias auget: edificia multiplicat:
agros seminat: pomeria colit: scientiarum
studia nutrit: armenta pascit: matrimonia
iungit: ⁊ in terra ac in mari securum pre/
bet omnibus iter. ¶ Propterea Ouidius
in libro de fastis ait. Pace ceres leta est ⁊
vos locate coloni Perpetuam pacem pa
cificunq3 ducem. ¶ Et Tullius in philippi
cis. Dulce nomen pacis. res v̄o ipsa tum
iocunda tum salutaris. ¶ Et Cassiodorus
libro primo epistolarum ait. Omni quip
pe regno desiderabilis esse debet pacis trā
quillitas in qua populi proficiunt ⁊ genti
um vtilitas custoditur. Hec est bonarum
artium decora mater. Hec mortalium ge
nus reparabili successione multiplicans
facultates protendit mores extollit: ⁊ tan
tarum rerum ignarus agnoscitur qui eaz
minime quesisse sentitur. Hec ille. Nec so
lum in pace temporalia bona quibus ho
mini subuenitur multiplicantur. Quinim
mo ⁊ omnia celestia atq3 terrena corpora
in pace conseruantur in suo esse. ¶ Unde
Gregorius nazanzenus in libro de regi/
mine monachorum ait. Celum terra ⁊ ma
re donec inter se in pace sunt ⁊ quiete natu
re sue terminos seruant. Stat mundus in
pulchritudie sua ac decore presulget. ¶ Et
Boetius libro 3° de consolatione. Nosti
ne omne quod est tādiu manere atq3 sub/
sistere quandiu sit vnum scilicet per pacez
vnitum. Sed interire atq3 dissolui pariter
quando vnum esse desierit. ¶ Ideo Tulli/
us in libro de amicicia ait. Que domus
tam stabilis: que ciuitas taz firma est que
non odijs ⁊ dissidijs funditus possit euer/
ti. ¶ Et Beda in homelia exponens illud:
Omne regnum in seipsum diuisum deso/
labitur inquit. Domus enim et ciuitas si
fuerit diuisa velociter dissipatur ⁊ etiam re
gnum quo nihil est validius. ¶ Concordat
hijs omnibus illud Salustij in iugurtino
Concordia parue res crescunt: discordia
maxime dilabuntur. Sicut ergo euersio/
nes ciuitatum ⁊ destructio regnorum atq3
diuitiarum ⁊ glorie copia deficiūt propter
bella propter lites ⁊ dissentiones: ita pro/
pter pacē hec omnia augmentātur. ¶ Se
cundus fructus pacis dicitur corporalis.
homo enim pacifice viuens comedit dele/
ctabiliter: dormit qete: ambulatq3 vbiq3
securus. Qui autem inimicitias sectatur
semper est suspectus semper pauidus: et
omnia sunt sibi amara. ¶ Ex pace insuper
fit conseruatio gentium et populorum: et
mors violenta nescitur. Sed ex guerris
quis enumeret quot strages quot cedes
hominum sequantur. ¶ Res est horren/
da nimis commemorare que scripta sunt
ab historicis de hominibus qui perierunt
in bellis: de quibus aliqua nos enarrabi
mus. ¶ Refert Paulus horosius libro se
cundo: ꝙ sub tribus regibus persarum ci
ro videlicet qui gangen fluuium in qua/
dringentos sexaginta alueos comminuit
Et ciro a tamiri superato. Et xerse ex popu
lis persicis decies nonies cētenamilia ho
minum bella rapuerunt. ¶ Narrat Eutro/
pius: ꝙ marcus attilius regulus missus
a romanis in africam contra tres cartha/
ginensium duces dimicās victor fuit. De
cem ⁊ octomilia occidit: quinq3milia cepit
Iterum pugnans regulus contra cartha
ginenses qui a lacedemonijs auxilium pe
tierunt eo ꝙ pacē a romanis obtinere nō
potuerunt victus est ⁊ captus trigintami
lia hominum occisa sunt. ¶ Idem Eutropi
us. Metellus afrorum ducez superauit vi
gintimilia hostium occidit. In bello con/
tra faliscos quinto luctacio ⁊ manlio ꝯsuli
bus decemmilia hostium cesa sunt. ¶ Lu/

cio cornelio lentulo ⁊ fuluio flacco consu/
libus pugnatum est cum insubribus et li/
guribus: quorum interfecta sunt viginti
tria milia: capta quinqꝫ. ¶ Emilio consule
ingentes gallorum copie alpes trāsierunt
quorum quadringentamilia capta sunt ⁊
interfecta. ¶ Hanibal apud lacum trasime
num flamineuꝫ interemit vigintimilia ro
manorum cesa sunt. ¶ Quingētesimo qua
dragesimo anno ab vrbe condita: lucius
emilius: paulus: ⁊ terrentius varro cōtra
hanibaleꝫ mittuntur. Et apud cannas ha
nibal vicit eos: ⁊ quadraginta q̄tuor milia
romanoꝝ cecidere afrorum triamilia. ¶ In
terea in hispania hasdrubal frater haniba
lis a romanis vincitur: vigintiquinqꝫ mi/
lia de suis occiduntur: capiūtur decemmi
lia. ¶ Cornelio scipione fratre africani qui
postea dictus est asiaticus consule anthio
chus prelio fusus est. Cuius parte qnqua
gintamilia peditum triamilia equitum ce
sa sunt. ¶ Quintus cecilius metellus phi/
lippum in macedonia cum vigintiquinqꝫ
milibꝰ occidit ⁊ macedoniā recepit. ¶ An/
no sexcētesimo septimo ab vrbe ꝯdita gal
li transalpini iuxta rhodanum a romanis
victi sunt perierūtqꝫ partim in prelio par
tim in flumine centum quinquagintami
lia. ¶ Marius iugurtam ⁊ bochum mauri
tanie regem qui in auxilium iugurte vene
rat superauit centum decemmilibus hosti
um occisis. ¶ Marius post victoriam iu/
gurtinam secundo consul est factus cōtra
cimbros ⁊ theuthonas in duobus prelijs
ducentamilia hostium occidit: octoginta
milia cepit. ¶ Scilla contra mitridatem cō
sul in bello cum archelao: quem mitrida/
tes aduersum eum miserat apud pyreum
non longe ab athenis: ita eum vicit vt de
centum vigintimilibus vix decem arche/
lao superessent. Ex scille exercitu tresde/
cim tm̄ homines interfecti sunt. ¶ Hac pu
gna cognita mitridates septuagintamilia
electissima ex asia archelao misit. Contra
quem scilla iterum conflixit. Primo pre/
lio quindecim milia hostium cesa sunt ⁊ fi
lius archelai diogenes. Secundo omnes
mitridatis copie extincte sunt: Archelaus
triduo in paludibus latuit. ¶ Bellum ita
licum ⁊ ciuile consumpserunt vltra cētum
quinquagintamilia hominuꝫ. ¶ Una hie
me ⁊ estate a lucullo misso contra mitrida
tem ad centum fere milia hostium cesa sūt
¶ Pompeius contra mitradatem missus
in armenia minore quadragintamilia ho
stiuꝫ occidit: viginti tamen de exercitu suo
perdidit. ¶ Julius cesar in bello contra bri
tanos peremit quadraginta septemmilia
Item suesones cum quinquagintamili/
bus interemit. ¶ Post hec germanos qui
renum transierant ⁊ totas gallias sibi su/
bicere parabant occidit qui feruntur fuis/
se quadringentamilia. Sed quid antiqua
recitamus exempla cum ⁊ diebus nostris
innumerabilem sciamus multitudineꝫ in
bellis peremptam. Si enim antiqua ⁊ no
uissima colligemus vtiqꝫ ex hominibus
interfectis in bellis montes excelsi con/
strui possent ⁊ ex illorum sanguine largissi
ma flumina ex remotissimis locis ad ma/
re currentia. O pax benedicta. O pax sā/
ctissima. O pax quietissima: que talia tan
taqꝫ mala debellat deiecit ⁊ ꝓsternit: que
ciuitates amplissimas condidit: condi/
tasqꝫ seruauit hominumqꝫ vitam diu per
sistere fecit ⁊ facit. ¶ Tertiꝰ fructus pacis
dicitur spiritualis. Homo equidem pacifi
cus ecclesie obedit frequentat ecclesias: et
rebus spiritualibus deuote intendit. Sed
duꝫ dānato odio proximi ⁊ discordie quis
detinetur: saluteꝫ anime negligit omnesqꝫ
vias ad vindictā ⁊ offensionē ꝓximi adhi
bet. ¶ Jccirco Augustinus liº de verbis do
mini ⁊. 19. de ciuitate dei ait. Pax est sere
nitas mentis: tranquilitas animi: simpli
citas cordis: vinculum amoris: consorti/
um charitatis. Hec est que simultates tol
lit iras comprimit bella compescit super/
bos calcat humiles amat. Hanc qui acce
pit teneat: qui dedit repetat: qui amisit re
quirat: quoniam qui sine ea fuerit inuen
tus abdicatur a patre: execratur a filio: et
a spiritu sancto efficitur alienus. Hec ille.
Quare si volumus ad pacem supernam
pertingere studeamus cum proximis no/
stris pacē hr̄e: cū qua simul obtinere vale
bimus dei gratiam Amen.

Explicit quadragesimale.

Sermo de sancto bonauētura.

i

IN memoria
eterna erit iustus. Scribūtur
hec verba originaliter in ps
centesimo vndecimo precla/
rissima merita domini et beati bonauen/
ture. Sixtum quartum pontificem maxi/
mum induxerunt vt hoc felici tempore il/
lū cathalago sanctorum ascriberet: res est
vtiqz grandis ꝛ digna valde que dei glori
am pādit: ecclesiam sanctam exornat. Re
ligionem christianam letificat: sacrūqz or
dinem minorꝫ subleuat ꝛ extollit. Quid
enim prestantius excogitari potest q̃z mor
talem hominem post deuictum triumpha
tu mqz mundum ad celestia regna deduci
ibiqz perpetua immortalitate gaudere cū
christo. Quis de beata gloria dubitare va
let ad quam dei amicos iaz properasse cer
tissimum est. Ibi christum rex glorie. Ibi
virgo regina celorum. Ibi patriarche ꝛ sā
cti prophete. Ibi apostoli: martyres: cōfes
sores ꝛ virgies: omnesqz electi dei. Ibi de
niqz beatissimus pater bonauentura. Qr
ergo nouissime est cathalago sanctoꝝ ascri
ptus equum est ꝛ rationabile vt eius san
ctitas omnibꝰ nota fiat. Qua de re statui i
presenti sermone laudibus eius incūbere
qui erit in eterna memoria ꝓpter triplicez
eius excellentiam.
℄ pᵃ di vite.
℄ 2ᵃ doctrine.
℄ 3ᵃ refulgentie.
℄ Qō memoria sancti bonauenture erit
eterna propter sanctitatem vite illius.
Cap. pᵐ.

p

Rima excellentia sancti bonauen
ture quare memoria eius erit eter
na dicit vite: scilicet virtuose ꝛ mun
de. Hec permaxime attendenda est in illo
qui canonizari debet. Sanctitas ergo vi/
te domini bonauenture probari potest tri
plici via.
℄ pᵃ di testificationis.
℄ 2ᵃ ꝓfessionis.
℄ 3ᵃ assumptionis.
℄ Prima via dicit testificationis. ¶ Sūt
nanqz inter cetera tria de illa testimonia.
¶ Primum testimoniū est Danthis poete
vulgaris q in tertia comedia iducit bona/
uenturā sic loquentē. Jo son la vita di bo/
nauētura Da bagno regi che ne grādi of
ficij Sēpre postposi la sinistra cura. ℄ Se
cundum testimoniū est Alexandri de ales
doctoris parisiensis fratris minoris ꝛ na
tione anglici viri doctissimi. Cuius opus
quod scripsit in theologia approbatum fu
it ab Alexandro quarto ꝛ sexaginta magi
stris parisiensibus: vt apparet in bulla di/
cti pōtificis. ¶ Ipse itaqz alexāder de ales
vt scribitur in cronicis cuiꝰ auditor fuit bo
nauentura videns in eum morum elegan
tiam: corporis pulchritudinem ꝛ composi
tionem dicere solebat: ꝙ non videbat adā
peccasse in bonauentura. De Alexandro
ꝟo ipse Bonauentura in secundo suo. di.
32. in questione vtrum adam deum cogno
uit in statu innocentie eo genere cognitio
nis quo expectamus eum cognoscere in
statu glorie in fine. Inquit cōtra illos qui
dicunt ꝙ diuina essētia in se nec ab homi
ne nec ab angelo videbitur. Hic est vnus
de decem articulis reprobatis ab vniuersi
tate magistrorum parisiensium: tempore
episcopi Guillelmi ꝛ Odonis cancellarij:
ꝛ fratris Alexandri de ales. 1240. in octa/
ua epiphanie. ℄ Tertium testimoniuꝫ est
sancti Thome de aquino. Dum eniꝫ domi
nus bonauentura parisius legendam scri
beret beati francisci semel accessit sanctus
Thomas qui sibi charissimus erat ꝛ fami
liaris valde ad eum visitandū. Sciebatqz
ipsum insistere compilationi illius legēde
Cūqz aperuisset ostium cellule in qua ma
nebat bonauentura vidit illum pennaꝫ in
manu tenentem: sed raptum extra se ꝛ con
templationi intentissimum. Quare ad so/
cium conuersus dixit. Recedamus ꝛ sina
mus sanctum qui laborat pro sancto. ¶ Af
firmauit insuper sanctitatem bonauēture
dominus Petrus cardinalis episcopus
Hostiensis qui fuit de ordine predicatoꝝ.
Hic sermonem habuit in funere suscepto
themate. Doleo sup te frater mi ionatha.
In quo inter alia retulit. ꝙ quicūqz bona
uenturam videbat ipsius amore capiebat

eiusqꝫ piissima monita obedienter recipie
bat. ¶ Secunda via qua probatur sancti
tas vite bonauenture dicitur ꝓfessionis.
Professus quidem fuit regulam sanctam
beati francisci que illam obseruantes ad
christi ⁊ angeloꝝ atqꝫ scōꝝ societatē pdu/
cit. Hec autē regula sanctissima est censen
da propter tria.

¶ pͥ qꝛ a spiritu sancto inspirata.

¶ 2° qꝛ super euangelio fundata.

¶ 3° qꝛ sup naturalibus signis ꝯfirmata.

¶ De qua sic scribit Nicolaus tertius in
extrauaganti libri sexti decretaliuꝫ. Hij. s.
fratres minores sunt illius sancte regule
professores que euangelico fundatur elo/
quio vite christi roboratur exemplo ⁊ fun
datorum militantis ecclesie apostolorum
eius sermonibus actibusqꝫ firmatur. Hec
est apud deum ⁊ patrem munda ⁊ imma/
culata religio que descendēs a patre lumi
num per eius filium exemplariter ⁊ verba
liter apostolis tradita: deinde per spiritum
sanctum beato francisco ⁊ eum sequenti/
bus inspirata totius in se continet testimo
niuꝫ trinitatis. Hec est cui attestāte Pau
lo nemo decetero debet esse molestus quā
christus stigmatibus sue passionis confir
mauit volens institutorem ipsius passio/
nis sue signis notabiliter īsigniri. Hec ibi
hanc regulam bonauentura dilexit hāc et
diligenter seruauit. ¶ Natus enim in bal/
neo regio ex parentibus honestissimis pa
tre ioanne fidanza: matre Ro ritella. dum
puerulus esset laboraretqꝫ prope ad mor
tem voto per matrem ad beatum franci/
scum emisso a mortis faucibus extitit libe
ratus. Hoc ipse ita narrat in legenda bea
ti francisci. ¶ Innumera quoqꝫ per ipsum
s. beatum franciscum in diuersis partibus
orbis exuberare non cessant beneficia dei
sicut ⁊ egoipse qui superiora descripsi ex/
perientia teste in meipso ꝓbaui. Voto enī
pro me languente grauissime ad beatum
patrem franciscum emisso: a matre cuꝫ ad
huc essem puerulus ab ipsis sum mortis
faucibus erutus ⁊ in robur vite īcolumis
restitutus. Quod cuꝫ viua memoria tene
am vera nunc confessione profiteor ne tan
tuꝫ beneficium reticēs sceleris arguar vt
ingratus. Hec ibi. ¶ Crescens autem ipse
bonauentura de virtute in virtutem in an
no etatis sue. vigesimoscdo religionē īgres
sus est. In qua tantuꝫ profecit in omni de
uotione ⁊ studio litterarum ꝙ septimo an
no post ingressum religionis legit senten/
tias parisius ⁊ decimo anno scilicet etatis
sue trigesimo scdo suscepit cathedraꝫ ma/
gistralem. Qualiter autē religiosi possunt
esse magistri diximus in quadragesimali
de penitentia in sermone de ambitione. Il
lud tamen non est preterundum silētio ꝙ
religio benedicta minorum fructus vber/
rimos attulit ecclesie dei propter studia lit
terarum ⁊ doctorum virorum copiam qui
preter illa que docuerunt viua voce multa
opera ediderunt ⁊ redegerunt in scriptis:
ex quibus immensa lux veritatis orit̄ po/
pulis christianis. Sicut patet de alexādro
de ales: bonauentura: riccardo de media
villa: scoto: francisco de maronis: nicolao
de lira: ioanne gualense: petro aureoli: gi/
raldo odonis ⁊ reliquis. ¶ Tertia via qua
probatur sanctitas vite domini bonauētu
re dicitur assumptionis. Ob ingentes qp
pe virtutes eius ⁊ splendidissimam famaꝫ
assumptus fuit ad triplicem dignitatem:
scilicet.

¶ Generalatus.

¶ Archiepiscopatus.

¶ Cardinalatus.

¶ Primo fuit assumptus ad dignitatem
generalatus. vt enim scribitur in cronicis
ordinis beati francisci. Ipse fuit octauus
generalis ordinis. ¶ Primus fuit beatus
franciscus. ¶ Secundus frater ioannes de
florentia dictus parens. ¶ Tertius frater
helias de assisio. ¶ Quartus frater alber/
tus de pisis. ¶ Quintus frater haymo an
glicus. ¶ Sextus frater crescētius de esio.
¶ Septimus frater Ioannes de parma.
¶ Octauus frater bonauentura. Hic in ca
pitulo generali rome celebrato Alexādro
papa quarto presente. Anno ab incarna/
tione domini. M°. cclvi. In festo purifica/
tionis beate marie in generalem fuit ele/
ctus. Anno videlicet tertiodecimo post re

ligionis ingressum. Annis autem decez ⁊
octo ordinē laudabiliter rexit. ¶ Tempore
autem sui generalatus facta fuit trāslatio
corporis sancti Antonij de padua ad pre
grādem illam ecclesiam in qua nunc est
reconditū trigesimosecundo anno ab eius
obitu in octaua dominice resurrectionis:
Et tunc lingua eius que tandiu sub terra
fuerat reperta est ita recēs ⁊ rubicunda q̄
si eadem hora sanctus ille gloriosus deces
sisset quam deuotus bonauētura in mani
bus reuerēter accipiens irrigatus proflu
uijs lachrymarum coram oībus huiusce
modi verbis affari cepit. O lingua bene
dicta que semper benedixisti dominū ⁊ ali
os benedicere fecisti. Nūc manifeste appa
ret quāti extitis meriti apud deū. In capi
tulo etiam generali Narbone celebrato p
eum ordinem in ꝓuincias ⁊ custodias ta
xauit exposuitq; regulam. ¶ Secundo
assumptus fuit ad dignitatem archiepi-
scopatus. Nam dominus Clemēs papa
quartus contulit ei Archiepiscopatū Ebo
racensem pinguissimum. Sed ipse de Pa
risius vbi tūc erat ad pedes domini Pa
pe se conferēs tam humiliter ⁊ efficaciter
tanto gradui cessit ꝙ dominus papa eius
cessionem acceptauit. Et ne quis audeat
titubare q: superius dixi ꝙ Alexādro q̄r
to presente factus fuit Generalis: ⁊ nunc
ꝙ Clemens quartus dederit Archiepātū
¶ Sciendum ꝙ post Alexandruz creatus
fuit Urbanus quartus. Et post Urbanū
Clemens quartus: ⁊ tandem Gregorius
decimus. ¶ De quo refert Bartholome-
us de Pisis in libro cōformitatum ꝙ no
minauit eum pōtificem Bonauentura:
dum erat generalis. Nam defuncto Cle-
mente cum per plures menses in electiōe
pontificis cardinales concordare non pos
sent tante opinionis apud eos erat Bo-
nauentura ꝙ omnes in eum vota sua cō-
promiserunt vt si se vel aliū in papam no-
minaret illuz ipsi eligerēt. Ipse vero noīa
uit dominū Theobaldū Archidiaconum
leodoniēsem scissimum virū qui fuit Gre
gorius decimus ⁊ multis coruscat mira-
culis. Et iacet Aretij in ecclesia maiori ca
nonizat⁹ in diocesi Aretina. ¶ Tertio fu-
it Sanctus Bonauentura assumptus ad
dignitatē cardinalatus. hec dignitas am-
plissima est in ecclesia dei. q: vt dicit Glo-
sa in cap°. Ministerium. extra de officio
Archipresbyteri. Cardinales dicuntur q:
per eos regitur vniuersalis ecclesia. sicut
in cardine regitur hostium: vt ponit. lxxi.
di. cap̄. Fraternitatem. ¶ Et vt scribit Au-
gustinus de Anchona in libro de potesta-
te ecclesiastica. Cardinales assistūt pape
sicut apostoli christo. Apostoli enim sunt
nūcupati christi fratres ⁊ principes mun
di. Sed papa cum facit aliquos cardina-
les insignit eos ista duplici dignitate di-
cens eis. Estote fratres mei ⁊ principes
mundi. Ipse autem papa gerit personam
christi. Et quāuis etiā Episcopi succedant
loco apostolorum: alio tamē modo q̄z car
dinales. ¶ Apostoli eniz duplicimodo se
habuerunt ad christum. Unomodo vt ei
presentialiter assistētes sicut fuit ante pas
sionem ⁊ ascensionem. ¶ Secundomodo
vt missi ex precepto eius per orbem quod
fuit post aduentum spiritus sancti quan-
do dispersi per orbem dimiserunt se ac-
cipiendo vnusquisq; prouinciam vel re-
gnum in sortem sue predicationis. Cardi
nales ergo representant personas aposto
lorum vt christo assistentes quia ipsi assi-
stunt pape presentialiter vel vicario chri-
sti. ¶ Secundomodo representant perso-
nas apostolorum Episcopi qui in partem
solicitudinis vocati sunt regentes diuer-
sas ciuitates vel prouincias: vt Archiepi
scopi. Et istud est satis conueniens vt sicut
in Jerarchia celesti. Aliqui angeli sunt as-
sistentes. Aliqui ministrantes missi fre-
quenter ad nos. Ita in nostra ecclesiastica
Jerarchia decet aliquos assistere: vt cardi
nales. Alios mitti vt episcopos. Et quā-
uis hoc sit de communi lege ⁊ s̄m com-
munem statum: Tamen suborta causa nō
tollitur quin cardinales aliquando mit-
tantur vt legati. Et episcopi etiam aliqui
vocati a papa sunt ei assistentes. Sicut eti
am angeli assistētes aliq̄n mittunt̄ s̄z ali
quos: vnde dicitur Ysaie. 6. ꝙ volauit ad

cum vnus de seraphin qui purgauit labia
sua. Seraphin autem est de ordine assisten
tium. Et quia etiã apostoli nõ semper asti
terunt christo vt episcopi sed vt ministran
tes in alijs actibus. Nam in vltima cena
vel post resurrectionem quando dixit acci
pite spiritum sanctum fecit eos episcopos.
Ideo non est indecens ꝙ non omnes car/
dinales sint episcopi: sed aliqui presbyteri
aliqui diaconi. ¶ Accipiunt autem pilleuz
rubeum a papa in signum ardentis chari
tatis quam debent habere. Ita vt sint pa
rati sanguinem suum fundere et mori pro
bono ⁊ defensione ecclesie. ¶ Arñ in. c. Fun
damenta de electione libro. 6. Dicũtur car
dinales: fratres: coadiutores: ꝯsiliarij: ⁊ as
sistentes domini pape. Igitur vt ad sanctũ
bonauenturam redeamus: ipse parisius
existens vocatus fuit lugduni a gregorio
papa qui ipsum recipere cardinalatum et
episcopatum albanensem coegit. Imposu
itqꝫ vt consilij negocia ipse dirigeret ⁊ per
tractaret. Illo nanqꝫ tempore frater hiero
nymus de esculo ordinis minorum qui fu
it postea generalis. Deinde cardinalis epi
scopus penestrinus. Et tandem papa nico
laus quartus redijt ex partibus orientali
bus ad quas missus fuerat cum solemni/
bus nuncijs grecorum et tartarorum. Et
ipso bonauẽtura suggerente greci ad vni
tatem ecclesie redierũt ⁊ tartari baptizati
sunt.

¶ Nõ memoria sancti bonauenture erit
eterna propter eius doctrinam deuotissi/
mam et copiosam atqꝫ animabus vtilem.
Cap. 2m.

Secunda excellentia sancti bonauen
ture dicitur doctrine. Fuit enim ipse
doctor ecclesie sancte. Quod nec mi
nimum putari debet cum dicatur in. c. Cũ
ex iniuncto. extra de hereticis. Doctorum
ordo precipuus est in ecclesia dei. Et de do
ctoribus scriptum est Danielis. 12. c. Qui
ad iusticiam erudiunt plurimos fulgebũt
quasi stelle in perpetuas eternitates. Et
aureola promittitur doctoribus: virgini/
bus ⁊ martyribꝰ vt docet Albertus in cõ
pendio theologie. ¶ Doctrina 'vo bonauẽ
ture triplici ꝯditione prefulget.

¶ pª deuotionis.
¶ 2ª copiositatis.
¶ 3ª vtilitatis.

¶ Prima conditio est deuotionis. Didi/
cit enim illam bonauẽtura ⁊ acquisiuit cũ
humilitate ⁊ timore dei. Nam in cronicis
ita dicitur de illo. Siquidem omnem veri
tatem quam percipiebat intellectu ad for
mam orationis ⁊ laudationis diuine redu
cens continuo ruminabat affectu. Nec tã
tum ipse gustauit que didicit queqꝫ alios
docuit. Sed profecto quicũqꝫ eius scripta
legit inuenit ibi semper spiritualem quen
dam saporem quo si velit refici potest ⁊ de
uotione precipua ad res diuinas intendi.

¶ Secunda conditio doctrine bonauentu
re dicitur copiositatis. Scripsit eniz copio
se de rebus diuinis. Nam contemplatiõe
regis francie ludoici officium crucis com
posuit. Scripsit legendam beati francisci
maiorem scilicet ⁊ minorem ⁊ officiũ eius
pro maiori parte. Itez libellum de sex alis
seraphin. Et librum apologie contra giral
dum de abbatis villa qui religiosos dam
nabat ⁊ leprosus mortuus est. Apologia
autem est sermo excusatorius vel defenso
rius. 76. di. c. Hanc naturam. Scripsit re
gulam nouiciorum. Et super genesim opꝰ
quod intitulatur de septem visionibus. Et
super quatuor libros sententiarum. Et su
per euangelia. Et sermones dominicales
per anni circuluz. Et arborem crucis ⁊ bre
uiloquium. Et alia opuscula mire deuotio
nis ⁊ gustus spiritualis. ¶ Tertia cõditio
doctrine bonauẽture dicitur vtilitatis. Est
quidem vtilis valde tam speculationibus
disputationum vacantibus qꝫ predicanti
bus populis verbum dei qꝫ etiam ipsis au
ditoribus. Habet enim cum profunditate
sensus tantã facilitatẽ ⁊ luciditatẽ vt oibꝰ
merito ꝓdesse possit.

¶ Nõ memoria sancti bonauenture erit
eterna propter splendorem miraculorum
et canonizationis ⁊ glorie beate. Cap. 3m.

Tertia excellentia sancti bonauentu
re dicitur refulgentie propter quam
erit in memoria eterna. Fecit enim
deus hunc gloriosum sanctum fulgere tri
plici splendore.

¶ Primus est miraculose coruscationis.
¶ 2us ecclesiastice canonizationis.
¶ 3us superne glorificationis.
¶ Primus splendor miraculose coruscationis. Nam in vita ⁊ post miraculis eum deus coruscare fecit. Dum enim ex humilitate aliquibus diebus abstinuisset a celebratione misse dum genuflexus quodam die missam audiret attente facta diuisione hostie a sacerdote particulā vna per semet ipsam ad os bonauēture properauit quaꝫ reuerēter ⁊ cū lachrymis suscepit. ¶ Apud lugdunum cum quedā mulier simona nomine filium mortuum peperisset illum ad sancti bonauēture pedes detulit qui facto signo crucis super eum viuum matri restituit. Cum vero plurimum laborasset mundum se seruans ⁊ deo gratum in quolibet statu lugduni sanctissime vitam finiuit anno etatis sue quinquagesimo tertio hora matutina diei dominice. 13. die mēsis iulij. Eadem vero die sepultum corpus in ecclesia fratrum minorum. Ad sacruꝫ cuius tumulum ⁊ inuocationem presidij sui multa fuere miracula subsecuta: ex quibus aliqua decurramus. ¶ Mulier quedaꝫ de castro villano octo diebus laborauerat i partu eratqꝫ in maximo periculo constituta. Emisso vero voto ꝙ sepulchrum sancti bonauenture visitaret: mox libera peperit. ¶ Dux orlienꝫ carceratus a magne britanie rege detinebatur. Incurritqꝫ quartanam cum dolore capitis ⁊ renum. Inuocato vero cum intensa deuotione bonauētura ⁊ a carceribus ⁊ infirmitate liberatus est: ⁊ in gallias rediens sepulchrum bonauenture personaliter visitauit. ¶ Petrus filius Joannis calzolarij lugdunensis claudus dextera tibia ita vt sine baculo ambulare non posset voto emisso ad sanctum bonauenturam liberatus est. ¶ Uxor magistri ioannis garbotti regij secretarij idropica ⁊ a medicis de sanitate iam desperata accedente pro ea viro suo ad sepulchruꝫ bonauenture sanata est: ita ꝙ rediens vir sanaꝫ illam inuenit. ¶ Et ne singula miracula referamus illud tamen est recensendum. Quod in translatione corporis dicti sancti de ecclesia antiqua ad nouam lugdunenseꝫ corpore reliqua parte corporis caput inuentum est integrum capillaturam habens ac labia ⁊ dentes. Inuētaqꝫ est eius lingua colorata ⁊ integra ac si esset hominis viui. ¶ Quedaꝫ mulier vebruetana lacidomia nomine filias multas feminas pariens viro suo francisco ingrata erat. Tandem suasu cuiusdā magistri francisci de ordine minorum emisso voto ad bonauenturam inde ad paucos dies concepit filium vocauitqꝫ bonauenturam. ¶ Secundus splendor quo deus fulgere fecit bonauenturaꝫ dicitur canonizationis Sanctissimus enī Sixtus illum solenniter canonizauit premissis solemnitatibus consuetis. ¶ Ut enī scribitur in glo. in. c. Gloriosus deus de reliquijs ⁊ veneratione sanctorum libro. 6. Papa solus habet canonizare sanctos. ¶ Primo quia canonizatio est vna de maximis causis fidei. Ideo ad papam referenda. extra de baptismo. c. Maiores. ¶ 2º quia papa habet iudicare de miraclis fidei. 14. q. prima. c. Quotiens. ¶ 3º quia ad papam spectat declarare dubia scripturarum multo fortius dubia sanctitatis. Extra qui filij sūt legitimi. c. Per venerabilem. ¶ 4º ne per multorum episcoporum simplicitatem cōtingat populum decipi. ¶ Secundum vero Augustinum de anchona in libro de potestate ecclesiastica. Sanctum aliqueꝫ canonizare non est aliud quam sanctitatem alicuius venerandam ⁊ approbandam manifestare. ¶ Et vt Hostiensis dicit de reliquiis ⁊ veneratione sanctorum. In canonizatione sanctorum secundum morem quem nunc tenet ecclesia duodecim sunt seruanda.

¶ Primum est frequens denunciatio: vt non solum semel sed pluries pape denunciet qui pro sancto debeat venerari vt sic multiplicatis intercessoribus largiatur quod petitur.
¶ 2m est cōmissio. s. examinationis fiende.
¶ 3m est cōmissionis inqsitio. s. per testes iuratos ⁊ fideles.
¶ 4m est inqsitionis facte relatio.
¶ 5m est relationis diligēs examinatio.
¶ 6m est examinationis facte per consistorium discussio.
¶ 7m est secreta diffinitio ⁊ terminatio.

¶ 8m est manifesta publicatio.
¶ 9m est diei canonizationis assignatio.
¶ xm est ipsius pape ⁊ assistétium genuflexio ⁊ orōnis deuotio ne de⁹ ꝑmittat ecclesiā suam decipi ⁊ errare.
¶ xim est sermocinatio et miraculorum ac operum misericordie recitatio necnon ipsius sancti in cathalago sanctoruꝫ conscriptio.
¶ xiim est misse in honorem sancti celebratio. In ꝑmitiua aūt ecclesia nō seruabantur ista propter duo. ¶ ꝑ qꝛ ibi sācti vt in pluribus erant martyres in qbus nō regrebatur talis examinatio sicut in cōfessorib⁹. ¶ 2o quia ex feruore fidei ⁊ ex meritis christi et apostoloruꝫ miracula ⁊ alia opera sic erát euidentia ꝙ nō poterát tergiuersatione celari. ¶ Si aūt queratur vtrum in canonizatione requiratur consensus cardinaliuꝫ et consilium eorum. ¶ Respondet Augustinus de anchona vbi. s. ꝙ de necessitate non requiritur quia potestate pape non limitatur in aliquo nec dependet a collegio: sed potius econuerso. Non enim collegiuꝫ assistit pape per modum limitationis seu determinationis potestatis eius sed magis per modum ministerij ⁊ consilij: vt debito modo huiusmodi potestatem exequatur. ¶ Unde extra de sententia ⁊ re iudicata. c. Ad apostolice. Glosa ait. Papa dicit presente sacro consilio ad memoriaꝫ sempiternam hoc potius est ad honestatem q̃ꝫ ad necessitatem. Nam sine sententia consilij sententia pape sufficeret contra imperatorem ⁊ quécunqꝫ alium. i5. q. 6. Alius ipse enim habet plenitudinem potestatis vt. 2. q. 6. c. Decetero. Papa enim non subicitur canonibus nec ab eis auctoritateꝫ habet sed econtra. extra de electione. c. Significasti. Hec ibi. Sic etiam in canonizandis sanctis plenitudiné habet potestatis. ¶ Tamen de congruo requirit collegium in tali causa magis q̃ꝫ in aliqua alia etiam et vota omnium prelatoruꝫ curie vt cauti⁹ agatur ⁊ auferatur omnis suspicio falsitatis. ¶ Premissis itaqꝫ huiuscemodi solemnitatibus requisitis factaqꝫ diligentissima examinatione super vita ⁊ miraculis bonauenture. Instantibusqꝫ pro canonizatione eius fréderico íperatore ludoico francorum rege: ferdinando rege sicilie citrafarum: mathia rege vngarie: duce venetiarum: duce calabrie: duce sabaudie: ducissa calabrie: florentinis: perusinis: balneoregianis: ac reuerendissimo cardinali ioanne de aragonia: sanctissimus papa sixtus bonauenturam solemniter canonizauit rome. Anno domini Mo ccccl xxxij o. mense aprilis. ¶ Gaudeo quia eram tunc in vrbe predicans regnum dei: fuiqꝫ cum ceteris prelatis dum vota omnium exquisita fuere: fui dum solénis oratio habita est de laudibus huius sancti in publico concistorio: fui etiam dum pontifex in ecclesia sācti petri missam cantauit ⁊ sua diuina voce dicere cepit. Sancte bonauentura ora pro nobis. ¶ Gaudeat igitur mater ecclesia in huius sancti canonizatione: letentur ⁊ cuncti fideles quibus nouus ad iesum christum datus est intercessor. ¶ Exultet sacra minorum religio in huius sancti nomine nō mediocriter sublimata. Sed ⁊ tu reuerendissime generalis minoruꝫ gratias referas immortali deo ⁊ suo vicario pōtifici maximo atqꝫ reuerendissimis dominis cardinalibus cōmissarijs in causa tam letabūde canonizationis videlicet Juliano tt. sācti petri ad vincula: Stephano mediolanēsi nūcupato: ⁊ Francisco de gonzaga mantuano: quia compleuerunt ardentissimum desiderium tuum. Tu franciscus sanson diceris duplici virtutis vocabulo nūcupatus. Tu hac etate nostra vir eruditissimus humanarum diuinarumqꝫ rerum omnem a te pompam ⁊ elationem effugasti imitat⁹ francisci patris vestigia. Tu in laboribus regiminis ordinis robustus ⁊ validus vt alter sanson es visus. Sed pro canonizatione sancti bonauenture sansonis fortitudinem superasti. ¶ Quisnam explicet quāto labore qua solicitudine quibus vigilijs quantisue ad deuꝫ orationibus canonizationem hāc procurasti. Uidi te ego discurrentem per vrbem nunc ad pedes pontificis nunc ad reuerendissimos dominos cōmissarios ⁊ alios cardinales: nunc ad alios prelatos ⁊ curiales semper ⁊ indefesse hanc canonizationem expostulando: vidi

te madefactum q̄ȝ sepe sudore: vidi te mente anxium ꝛ quandoqȝ pro rei tarditati lugentem: nihilominus nunq̄ȝ cessasti laborare quousqȝ sanctum hoc negocium deductum est ad perfectum. benedicamus ergo omnes patrem ꝛ filium ꝛ spirituȝ sanctum: ꝛ bonauenturam precipuo iam venneremur affectu. ¶ Tertius splendor bonauenture dicitur superne glorificationis Sicut in ecclesia militanti deus magnum fecit illum: ita incomparabiliter exaltauit eum in ecclesia triumphāte. Deprecemur itaqȝ iesum christuȝ caput electoꝝ vt p huius sancti merita nos ꝑducat ad celestem patriam Amen.

¶ De sancto bernardino predicatorū nostri temporis principe.

Sermo quinquagesimus quartus.

D Ilectus deo ꝛ hominibus: cuius memoria in benedictione est. Sapientis verba sunt ista originaliter Ecclesiastici. 45. c°. ꝛ in epistola hodierne festiuitatis. Vellem hoc tempore tanto eloquentie splendore fulgere vt non solum alterum demosthenem principeȝ oratorum grecie: aut Ciceronem latinum me putarent omnes astanstes: sed angelū crederent de celo missuȝ vt fari possem eximias laudes illius sancti bernardini qui sua predicatione nomen gloriosum iesu christi mirabiliter exaltauit. Ipse q̄ppe alter paulus ꝛ vas electionis christianam religionem sua doctrina reformauit. Ipse italie populos per abrupta vicioruȝ deuiantes ad semitam virtutum ꝛ iusticie reduxit. Ipse deniqȝ religionem sacram minoruȝ numero ꝛ s̄ctitate adauxit. Merito itaqȝ in eius solemnitate preconia predicationis eius enarrare debemus. Ob illam nanqȝ deo ꝛ hominibus dilectus est ꝛ memoria eius benedicta in sempiternum manebit. De qua in p̄nti sermone tres excellentias proponimus declarandas.

¶ P°. dī commendationis.

¶ 2ª conditionis.

¶ 3ª honorationis.

¶ Qō cōmendatur predicatio s̄ci bernardini ꝑpter humilitatē charitatē ꝛ patiētiā. Cap. pᵐ.

P Rima excellētia predicationis sancti bernardini dī cōmendationis. Sua q̄ppe predicatio satis est commendāda. Et maxime ꝑpter tria.

¶ P°. ꝑpter humilitatem.

¶ 2°. ꝑpter charitatem.

¶ 3°. ꝑpter patientiam.

¶ Primo cōmendatur ꝑdicatio s̄cti bernardini ꝑpter humilitatē. Nō enim ꝑdicauit ꝑsumptuose aut supbe se ingerēs: sed missus. Officiū nāqȝ predicatoꝝ officium est angeloꝝ: q: sicut angeli annūciant diuina: ita ꝛ ꝑdicatores de q̄bus Dauid in ps. ait. Annunciauerunt opa dei. Angeli aūt non ex se veniunt: sed vt dicit Apl's ad hebreos. 1. c. In ministeriū missi sunt. Sic et predicatores. Quō predicabunt ait Apl's ad romanos decimo nisi mittant. Qō aūt Ysaias non vocatus se obtulit ad predicādū cū dixit. Ecce ego mitte me. Ysaie. 7. c. Et cōtra cuȝ Hieremias mitteret a deo se excusauit dicens. A a a dn̄e deus. Ecce nescio loqui. Hieremie p̄. c. Et si diuersa vox extra prodijt: non tamen a diuerso fonte dilectionis emanauit. Duo quippe sunt precepta charitatis vt ait Grego⁹. Amor scilicet dei ꝛ proximi. Per actiuam vitam prodesse proximis cupiens ysaiam officium predicationis appetijt. Per contemplationem ꝑo Hieremias sedule amori cōditoris inherē desiderans ne mitti ad predicandum debeat contradicit. Quod laudabiliter vnus appetijt: hoc laudabiliter alter expauit. Iste ne tacite contemplationis lucruȝ loquendo perderet. Ille ne dāna studiosi operis tacēdo sentiret. Sȝ hoc in vtrisqȝ est subtiliter ituendū q: ꝛ is qui recusauit plene non resistit: ꝛ is qui mitti voluit ante se per altaris calculū purgatū vidit. Et paulo supra Grego⁹ dicit. Sicut toto desiderio occupationē fugere debem⁹ ita si desit qui ꝑdicet occupationis onus libenti necesse est aīo subire. Hec omnia. 8. q. pª. capitulo In scripturis. Et quia difficile est ꝛ earum videre se purgatuȝ. Quia nemo scit vtrum odio vel amore dignus

sit vt dicitur Ecclesiastes. 9. c. Ideo nullus debet presumere ex se ire ad predicanduz. Sed expectare debet vt mittatur vel a deo vel ab ecclesia. vnde de Joáne baptista dicitur Joannis primo. c. Fuit homo missus a deo. Nó tamen creditur alicui dicenti se missum a deo qui ab ecclesia non est missus nisi probet per miraculum sicut Moyses extra de hereticis. c. Cum ex iniuncto. Et argm de cõ. di. 2. c. Revera. Sic fuit missus Equicius cui apparuit in somnis angelus ⁊ eum ad predicandum misit. 16. q. pª. §. Hoc idem. ¶ Ab ecclesia autem mittitur quis vel ordinarie vt quilibet curatus saltim quo ad subditos. Ad rectores eniz ecclesie maxime pertinet predicare per se vel per alium subditis suis. vnde primis rectoribus dixit Christus Marci vltimo c. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. ¶ Et Gregorius dicit in pastorali. 43. di. c°. Sit rector. Officium predicationis suscipit quisquis ad sacerdotium accedit vt ante aduentum iudicis qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatur idest predicando. Et loquitur Gregorius de curatis. Qui etiã figuram inducit Exodi. 28. c. vbi dicitur. ꝙ sacerdos ingrediens tabernaculum tintinnabulis ambiatur vt audiatur sonitꝰ quã do ingreditur ⁊ non moriatur. Quia vt exponit Gregorius dicto. c. Sic rector. Iraz contra se occulti iudicis exigit si sine predicationis sonitu incedit. Et sic moritur spiritualiter. vnde dominus Ezechieli prophete. 18. c. Fili hominis speculatorem dedi te domui israel. Si dicente me ad impiũ morte morieris tu non annunciaueris ipse in iniquitate sua morietur. Sanguinem vero eius de manu tua requiram. ¶ Confirmat idem Nicolaus papa. 43. di. Dispensatio inquit celestis seminis nobis iniuncta est ve si nõ sparserimus: ve si tacuerimꝰ. ¶ Ut ab ecclesia mittitur quis ad predicandum ex priuilegio vt predicatores et minores: Augustinenses carmelite ⁊ seruite saltim in ecclesijs suis. In alijs ecclesijs non nisi vocati. Et hij etiam debent mitti a prelatis suis. De quibus fit mentio in clementina dudum de sepulturis. Qui autem vocatus seu missus ad hoc pertinaciter recusat ab ecclesia ⁊ deo contemnitur. Quod figuratum fuit in eo qui nolebat ducere vxorẽ fratris mortui ⁊ propterea discalciabatur vno pede vt exponit Augustinus. 8. q. pª c. Olim. Nunc inquit euãgelij quisqz predicator ita debet in ecclesia predicare siue laborare vt defuncto fratri idest christo suscitet sanctum qui pro nobis mortuus est. Et quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat. ¶ Ut igitur ad sanctum bernardinũ conuertamus sermonem. Ipse sicut experientia facti manifestauit a deo electus et a prelatis ordinis per obedientiam astrictꝰ officium predicandi suscepit. Natus enim in ciuitate massa prouincie thuscie ex honestissimis parentibus patre videlicet tollo ⁊ matre niera nobilibus senensibus ante completum septennium vtroqz parente orbatus remansit sub cura ⁊ regimine cuiusdam venerabilis domine sororis matris eius cui nomen erat diana: que puerulum induxit ad virginis gloriose precipuã deuotionez. Et operam dedit vt litteris vacaret ac moribus bonis. Creuit autem de virtute in virtutem honestus affabilis et pauperibus liberalissimus. Tantaqz fuit in eo aptitudo ingenij ⁊ subtilitas intellectus ꝙ ante completum annum quintum decimum in grammatica logica ⁊ morali philosophia satis mediocriter fuit instructus. Indeqz cepit lectionem iuris canonici frequentare. Eratqz vita eius ita munda vt omnibus alijs cederet in exempluz. ¶ Nam vt retulit mihi quidam vir fidedignus cancellarius dominij senensis nomine leonardus qui consocius eius fuerat in scholis in etate illa adolescentie ad maluz prona. Nullus audebat coram bernardino verbum turpe aut lasciuum proferre. Quinimmo si quandoqz alij adolescentuli ⁊ scholares absente bernardino aliqua inter se verba ociosa referrent si vidissent ex post bernardinum aduenientem mox alter alteri loquebatur. Taceamus inquit quia bernardinus venit. Quid plura. Anno etatis sue decimo octauo. Dum pestis truculentissima seuiret quasi in tota italia In hospitali magno senensi iacebat multi

tudo egrotantium ex peste ⁊ vix erat qui il
lis ministraret. Nam ⁊ famuli omnes pro
maiori parte et aromatarij ⁊ illo hospitali
commorantes ⁊ capellani atqꝫ alij pluri/
mi peste percussi obierāt. Erat illis tempo
ribus rector hospitalis quidam vir deuo/
tus ⁊ probus dominus ioānes de gēnaro
nibus qui vidēs sibi humanum deesse au
xilium ad virginem pijssimam se cōuertit
illam deprecans vt tam extreme infirmo/
rum necessitati succurreret. O felix adole
scentia bernardini. O ardentissima chari
tas cordis eius. O pietas omnibus poste
ris predicanda. Mox vt bernardinus au
diuit que de infirmis patientibus dicebā/
tur monuit q̄ꝫ plures iuuenes ⁊ vna cum
illis ad hospitale se ꝯtulit. Nec timuit mo
ri. Nec horruit pestem. Neqꝫ labores re/
fugit. Mansit ibi quatuor mēsibus die no
ctuqꝫ ministrans egrotis propter deū. Ex
inde cum pestis cessasset repetijt domum
⁊ quatuor mensibus egrotans quasi sem
per in lectulo iacuit. Adepta ꝟo bona vali
tudine sensit ꝙ quedaꝫ domina bartholo
mea soror patris eius ceca ⁊ surda ⁊ in le/
ctulo valitudinaria neminē habebat qui
illam iuuaret. Mox ad illam se ꝯtulit eiqꝫ
per plures menses vsqꝫ ad mortem obse/
quiosissime ministrauit: nulla fractus nau
sea nulloqꝫ labore turbatus. Mortua illa
a deo inspiratus relicto seculo ⁊ omnibus
suis bonis pauperibus erogatis habituꝫ
religionis minoruꝫ deuotus accepit in die
natiuitatis virginis gloriose qua etiaꝫ die
natꝰ fuerat ex vtero matris. Anno etatis
sue. xx. ante altare maius sancti frācisci de
senis. Quem habitum sibi dedit frater io
annes ristorij vir sanctus et in dei seruitio
probatus. Inde ad locum de columbaria
de voluntate prelatorum se contulit vbi in
omni deuotione ⁊ perfectione ac obseruan
tia regule suum nouiciatum expleuit. Fa/
cta ꝟo professione in die scilicet natiuita/
tis virginis orationi ⁊ studio litterarum se
dedit. Et cum factus esset sacerdos primā
missam in die natiuitatis virginis celebra
uit. Qua etiam die mandato accepto a ge
nerali ministro de penitentia predicanda
primum sermonem ad populum habuit.

¶ Secundo commendatur predicatio sā/
cti bernardini propter charitatem. Predi
cauit enim ad honorem dei ⁊ salutem ani
marum. Iste enim debet esse finis predica
torum verbi dei. Nam qui propter cupidi
tatem predicant vel vanitatem ⁊ gloriam
mundi figurātur per balaam. De quibus
dicit Petrus in 2ª epistola. Secuti sunt vi
am balaaꝫ ex bosor qui mercedem iniqui
tatis amauit: correctionem ꝟo habuit sue
vesanie subiugale mutum. ¶ Super qui/
bus verbis dicit Beda. 2. q. 7. cº. Secuti.
ꝙ multi catholicorum intātum amāt mer
cedem iniquitatis vt etiam docti ab indo
ctis clici a laicis merito redarguant. Qui
iure comparantur prophete qui verbis asi
ne contra naturam loquentis corripitur:
nec tamen a proposito primi operis retar/
datur. Hec ille. ¶ Quāuis tamen predica
tores non debeant predicare principaliter
propter temporalia habēda. Alias tanq̄ꝫ
venditores boum de templo eiciuntur.
Debet tamen populus subministrare eis
necessaria iuxta illud prime ad corinthios
9. c. Non alligabis os bouis triturantis.
¶ Unde Hieronymus. 16. q. pª. c. penulti/
mo ait. Apostolicis viris ⁊ euangelizanti/
bus in necessarijs vsibus nolle tribuere se
ipsum condemnare est. ¶ Et Augustinus
in libro de baptismo paruulorum. Nō est
venale euangelium vt pro temporalibus
predicetur. Qui enim sic vendūt magnaꝫ
rem vili vendunt. Accipiant ergo predica
tores sustentationem necessitatis a popu
lo mercedem dispensationis a deo. Non
eni a pplo reddit quasi merces illis qui si
bi in charitate euangelij seruiūt: sed tanq̄ꝫ
stipendium datur quo vt possint laborare
pascantur. Hec ille. ¶ Et Paulus prime
ad corinthios. 9. c. Quis militat suis stipē
dijs vnq̄ꝫ. ¶ Et iterum. Si nos vobis spiri
tualia seminamus nō magnum est si nos
carnalia vestra metamus. ¶ Et iteruꝫ. Do
minus ordinauit hijs qui euangelium an
nunciant de euangelio viuere. Dixi hec
omnia propter indiscretionem quorūdam
populorum qui vellent predicatores viue
re de aere vel vento. Nolo tamen excusare
predicatores cupidos ⁊ auaros ambitio/

ſos honoꝛum ⁊ dignitatum. Qui imitari
debent ſanctum bernardinum rerum tem
poꝛalium contemptoꝛem. Nam ⁊ ter voca
tus ad epiſcopalez dignitatem minime ac
quieuit. Diuitias non congregauit dicés
cum Paulo actuum. 20. c. Argentuz aut
aurum aut veſtem nullius veſtrum concu
piui. Et licet in omni vita ſua verus fuerit
paupertatis amatoꝛ diſcipuluſqꝫ et filius
beati franciſci. Tamen illud eſt de ipſo no
tabile inter cetera quod mediolani oſten/
dit exemplum charitatis necnon ⁊ contem
ptus pecunie. Dum enim ibi populo die/
bus pluribus pꝛedicaſſet: illuſtriſſimꝰ dux
eiuſdem vꝛbis philippus eidem per fide/
lem nuncium multam auri copiam in ele/
moſynam miſit. Nuncius itaqꝫ auri pōde
re reuerenter aſſumpto ad conuentum fra
truz feſtinanter acceſſit. Et pergens ad cel
lam ſancti bernardini aurum ſibi ex parte
domini ducis benigne ⁊ reuerētiſſime pꝛe
ſentauit. Ipſe ꝟo vir dei hilari vultu gra/
tulantiqꝫ animo pꝛedictum aureum mu/
nus ⁊ ſi in pꝛopꝛios vſus accipere recuſa/
ret: charitatis tamen zelo in redemptionez
captiuoꝛum ⁊ pauperum vſus miſericoꝛdi
ter exhibere decreuit. Accerſito igitur quo
dam pꝛobo venerandoqꝫ ciue ſocioqꝫ vo/
cato ſumptaqꝫ ab ipo ciue pecunia ad car
ceres clam ⁊ incunctanter acceſſit ⁊ q̄ꝫplu
rimos inde captiuos redemit reliquanqꝫ
partem pauperibus cuz magna animi hi
laritate diſtribuit. Sciens autem illuſtriſſi
mus ille dux que facta fuerant ſanctū ber
nardinuz mirabiliter cōmendauit. ¶ Ter
tio commendatur pꝛedicatio ſancti bernar
dini pꝛopter patientiam. Fuit enim patien/
tiſſimus in laboꝛibus in infirmitatibus et
in perſecutionibus. Et vt de perſecutioni/
bus loquar: accuſatus fuit tanq̄ꝫ hereticꝰ
ab emulis quibuſdam martino quinto.
Qui eum ad ſe venire pꝛecepit. Ante ꝟo
q̄ꝫ ſe ꝯtuliſſet ad vꝛbem ſonabant vndiqꝫ
falſi rumoꝛes de ſancto bernardino. Dice
bant enim populi: veniet veniet ille hereti
cus. Alij combureturille hereticus ⁊ ſimi
lia. Dum ꝟo vꝛbem intrauit oſtendebatur
digito ⁊ vnus alteri cachinando dicebat:
hic hic eſt ille. Ipſe ꝟo hec omnia pꝛo dei

amoꝛe equanimiter tolerabat. Et tandem
veritate inſpecta ⁊ comperto clariſſime ꝙ
non ſolum catholicus foꝛet ſed etiam fidei
catholice digniſſimus pꝛeco a pōtifice gra
tioſe viſus eſt ⁊ auditus ⁊ cum eius bene
dictione pꝛedicare cepit in vꝛbe. Tantam
ꝟo gratiam deus oꝛi eius ⁊ verbis infudit
vt omnis populus conflueret ad eum au/
dienduz ac ſi fuiſſet angelus dei ⁊ quanto
pꝛius nomen eius videbatur omnibꝰ odio
ſum: tanto poſtea cunctis vtriuſqꝫ ſexus
factum eſt venerabile. Pꝛedicauit ſic mul
to tempoꝛe cum incredibili animarum fru
ctu: qui etiam perdurat vſqꝫ ad tempoꝛa
noſtra. Paſſus eſt ⁊ alias perſecutiones:
eo ꝙ ſemper virtutes perſequitur inuidia.
A nonnullis emulis dicebatur litterarum
ignarus cum tamen in ſcripturis diuinis
foꝛet eruditiſſimus. Alij ꝟo quadraginta
ſermones duntaxat eum ſcire aſſeuerabāt
Pleriqꝫ ꝟo curioſi ⁊ vana eloquentia tu
midi ignauum ineptum ⁊ impolitum fate
bantur. Qui tamen in hoc dicendi genere
⁊ in hijs que pꝛedicari debent pꝛo ſalute
populoꝛum irrepꝛehenſibilis erat. Sꝫ hoc
non videri debet mirum ꝙ ſibi homines
flagitioſi detraherent: cum ſemper fuerit
hominum maloꝛum conſuetudo ſanaz do
ctrinam ſpernere ⁊ deteſtari. ¶ Unde La/
ctantius libꝛo. 5. diuinarum inſtitutionuz
de cypꝛiano ſic refert. Unus pꝛecipuus et
clarus eſtitit cypꝛianus: qui magnam ſibi
gloꝛiam ex artis oꝛatoꝛie pꝛofeſſione que
ſierat ⁊ admoduz multa conſcripſit in ſuo
genere miranda. Erat enim ingenio facili
copioſo ſuaui ⁊ que ſermonis maxima eſt
virtus aperto: vt diſcernere nequeas vtrū
ve oꝛnatioꝛ in loquendo an facilioꝛ in ex/
plicando an potentioꝛ in perſuadēdo quiſ
q̄ꝫ fuerit. Hic tamē placere vltra verba ſa/
cramentum ignoꝛantibus non poteſt quo
niam myſtica ſunt que locutus eſt ⁊ ad id
pꝛeparata vt a ſolis fidelibus audiantur.
Deniqꝫ a doctis huius ſeculi quibus foꝛ
te ſcripta eius innotuerunt derideri ſolet.
Audiui ego quendam hominem diſſertuz
ſane qui eum immutata vna littera copꝛia
num vocaret quaſi qui elegans ingeni/
um ⁊ melioꝛibus rebus aptum ad aniles

fabulas cōtulisset. Hec ille. De beato hieronymo quid referemus qui lumen splendidissimum ecclesie fuit: et tamen dentes malignorum non euasit. Et vt ipse ad nepotianum scribit. Per infamiam ⁊ bonaȝ famam christi miles graditur. Nec laude extollitur: nec vituperatiōe frangitur. Per diem sol non vrit eum neqȝ luna per noctem. Impleuit ista sanctus bernardinus qui dum falso sibi multa obicerentur: et quandoqȝ contumeliose dicerentur in faciem nunqȝ vultus hilaritatem mutauit: nunqȝ verbum protulit iracundie. Sed in omnibus benedicebat deum. Sicut accepti ab hijs qui secum familiariter cōuersati sunt.

¶ De sufficientia ⁊ prudētia atqȝ stupēda efficatia predicationis sancti bernardini. Cap. 2m.

Secunda excellentia predicationis sancti bernardini dicitur conditiōis. Habuit quidem sua pdicatio tres singulares ɔditiones.

¶ pa dr sufficientia.

¶ 2a prudentia.

¶ 3a efficatia.

¶ Prima conditio fuit sufficientia. Tria enim requiruntur in predicante: vt populum inducat ad bene beateqȝ viuendum: ẜm Augustinū q̄rto libro de doctrina christiana. ¶ pm est vt doceat. ¶ 2m vt delectet. ¶ 3m vt flectat ⁊ moueat. Et cum quis ista facit industria artis rhetorice ad honorem dei ⁊ salutem animarum bene est ⁊ laudabile ẜm eundem Augustinum. Sed cum spiritus sanctus vtitur lingua predicatoris vt instrumento ad ista efficiendum sicut fuit in apostolis qui imperiti erāt. Tūc opus illud est gratia gratisdata que dicitur gratia sermonis ⁊ lingua angelorum. Et sermo sapientie dicitur in locutione de diuinis. Sermo scientie de humanis: vt de moribus ⁊ vicijs ⁊ virtutibus ⁊ huiusmo di. ẜm Tho. 22. q. 173. Perfectius autem ista operatur gratia q̄ȝ natura vel ars. Sȝ aliquando aptitudine naturali in predicatore existente ⁊ arte rhetorice adiuncta. aliquando etiam spiritus sanctus operatur plenius istud scilicet inductionem auditorum ad faciendum que predicat. Hominis ergo est se preparare scilicet vt benedicat. Deum autem dirigere linguam. Et vt dicit Augustinus in prefato libro de doctrina christiana. Sapientia sine eloquentia parum profuit quo ad populos. Eloquentia sine sapientia multum nocuit. Est enim vt gladius in manu furiosi. Sapientia cum eloquentia multum iuuat et operatur. Sanctus bernardinus predicando docebat quia ipse vere doctus erat: vt etiam patet in sermonibus quos compilauit. Delectabat etiam auditores: adeo vt vniuersaliter omnes verbis suis refocillarentur tanqȝ si sumerent sapidissimum cibum. Flectebat insuper ⁊ mouebat hominum affectus: vt ostendemus in tertia conditione. Quare ipse sufficientissime docuit ⁊ predicauit. ¶ Secunda conditio predicationis sancti bernardini dicitur prudentia. Fuit enim prudentissimus ad euitandum omnia illa: a quibus predicatores verbi diuini debent abstinere. que sunt.

¶ Falsitas.

¶ Adulatio.

¶ Iactantia.

¶ Scandalum.

¶ Contentio.

¶ Superfluitas.

¶ Leuitas.

¶ Indiscretio.

¶ Primo abstinere debent predicatores a falsitate. Non enim sunt assumenda aliqua falsa pro quacunqȝ vtilitate que posset inde sequi: quia sic veritas fidei redderetur suspecta. argumentum. di. 9. c. Si ad scripturas. Ideo Augustinus ait. 22. q. 2. c. Primum. Ad salutem non debet quis peruenire opitulante mendacio. Et idem pertractans illud Apostoli prime ad corinthios. 15. co. Inuenimur falsi testes. Perhorrendum inquit est aliquid false de deo dicere: etiam si ad laudem eius pertinere videatur. Non enim minore sed maiore fortassis scelere in deo laudatur falsitas: q̄ȝ vituperetur veritas. Et idem in libro de mendacio. Mendacium maxime

pernicio sum est quod fit in hijs que ad reli
gionem christianaz pertinent. Ideo docto
res tenent ꝙ siquis nõ ex lapsu lingue sꝫ
ex industria diceret mendaciũ in predican
do mortalr̃ peccaret nec excusaretur si hoc
faceret causa conuertendi animas ad deũ:
quia vt ait Apostolus. Deus non eget no
stro mendatio. Tempore meo inuenti sunt
aliqui fingentes ⁊ predicantes miracula
falsa: visiones excogitatas. Prophetias
determinatas ẜm suum sensum ⁊ alia hu
iusmodi qui tamen euanuerunt in cogita
tionibus suis. Nonnulli ṽo vt ignoranti/
bus sapientes apparerent falsas allegatio
nes ad suum propositum induxerunt. vn/
de dum quidam amicus meus predicaret
neapoli: inducere voluit ad robur ⁊ confir
mationem cuiusdam sui dicti sententiá cõ
mentatoris qui tamen forte nec in aliquo
cõmento dictum illud tangebat ⁊ dum fal
so allegasset cõmentatorez p̃ de anima 3°
de anima. 2° phisicorum. 3° methaphisice ⁊
huiusmodi. Tandez multiplicando verba
dixit. Et hoc idez confirmat cõmentator p̃
ethicorum. 3° ethicorum. 7. ethicoruz. qui
tamen de ethicis non se intromisit. Ille idé
fecerat sibi quandam cathenam doctoruz
⁊ falso illos inducebat dicés. Et hoc refert
Augustinus li°. 2. de ciuitate dei. ⁊ 3. de tri
nitate. ⁊ in Encheridion ⁊ huiusmodi. Ita
ꝙ apud imperitos videbatur homo mira
bilis: sed apud doctos ignarus ⁊ mendaci
is plenus. ¶ Secundo predicatores absti
nere debent ab adulatiõe ne scilicet laudet
populuz in quibus reprehensibilis est qđ
est pessimum. Uel etiam de temporalibus
magnificentijs nisi forte hoc secõ fiat tépe
rate vt melius ferant correctionem duram
immediate sequendam. Adulari eniz pec
catoribus est graue peccatũ: vt patet. 46.
di. c. Sunt nonnulli. Et clericus adulatiõi
seruiens degradari debet eadem di. c. Cle
ricus. Et nihil est miserius eo qui adulatio
nibus delectatur: vt dicitur. 83. di. c. Nihil
illo pastor. Et vtilius est peccantem seuere
corrigere q̃z adulando palpare. 5. q. 5. c°.
Nõ omnis. Et vtilius est ⁊ melius pro ve/
ritate pati supplicium: q̃z pro adulatione
beneficiũ. xi. q. 3. c. Nemo. Et adulatio ꝓhi
betur. C. Siquis aliquem testari prohibue
rit. Et est adulatio sermo prolatus vt place
at. ¶ Tertio debẽt predicatores cauere a
iactantia. Sunt enim quidam qui semper
de se bene dicunt ⁊ alios contẽnunt: de qui
bus Gregorius ait. 46. di. c. p̃. habet hoc
proprium doctrina arrogantium vt nesci/
ant humiliter docere quod sciũt. ¶ Quar
to debent predicatores cauere a scandalis
prelatorum ⁊ aliorum maiorum vt non di
cantur irrationabiliter eorum vicia. vnde
sequitur ꝙ nec illi emendantur nec populi
propter edificantur aut meliores fiunt. Et
precipue caute agendum cum loquuntur
predicatores de clericis: quia vt scribit ex
tra de imunitate ecclesiaꝝ. c. Clericis. Cle/
ricis laicos infestos oppido idest valde. ẜz
glosam tradit antiquitas. Idem. 2. q. 7. c°.
Laicos. ⁊. c. Laici. ¶ Quinto debent pre
dicatores prudentes cauere a contentioni
bus cum alijs predicatoribus. vnde Apo
stolus p̃me ad timotheuz. 3. c. ait. Noli cõ
tendere verbis ad nil enim vtile est nisi ad
subuersionem audientium. Nec ex hoc ꝙ
alius habeat maiorem concursum qui sit
etiam minus sciens predicator idignatio
nem ostendat. Naz ⁊ christus indignatus
non fuit ꝙ aliquãdo ioannes baptista fue
rit in maiori opinione popli q̃z ipse. Si au
tem audit alium predicatorem dicere aliq̃
que non sunt reprobata nec contra fidem
vel bonos mores sed dubia q̃zuis ipse nõ
sit illius opiniõis sufficit sibi dicere opinio
nem suam cum suis rationibus ⁊ non ipu
gnet alium odiose quia hoc est intrare con
tentiones ⁊ scandalizare populos. Si eti/
am audit predicatorem alium dixisse con
tra fidem ⁊ bonos mores vel determinata
per ecclesiam non credat faciliter nisi audi
at a fidedignis. Et tunc corrigat euz frater
naliter vt retractet. Quod si ille noluerit fa
cere tunc publice predicandum contra ip
sum. Si autez predicator ipse admonitus
errauit debet patienter audire ⁊ se corrige
re dictaqz sua erronea emẽdare. ¶ Sexto
predicatores prudentes debent abstinere
a superfluitate ⁊ nimia prolixitate: quia vt
prouerbio dicitur. Gaudent breuitate mo
derni. ff. qđ metus causa. l. p̃a. Et. C. de ap

pellationibus.l.Ampliorem.§.In refuta/
torijs.Et.C.de precibus imperatori offerẽ
dis.l.Simili.vnde Gregorius in homelia
ait.Alimẽta que minus sufficiunt auidiꝰ
sumunt.¶Septimo abstinere debent pre
dicatores a leuitate ne dicant verba ocio/
sa ⁊ fabulas ad prouocandum risum.Et si
aliquando opus est facere populuꝫ atten
tum cum aliqua modesta facecia tempera
te fiat ⁊ raro.Non sit etiam leuis predica/
tor ad ferendaꝫ sententiã de quolibet actu
ꝗ sit peccatũ mortale.Et in omnibus vta
tur grauitate sicut bos lapsus qui fortiter
figit pedem.¶Octauo abstinere debent
predicatores ab indiscretione.Nam qui/
dam inter mulierculas de subtilitatibus
theologie predicant.Alij doctis ⁊ sapienti
bus viris fabulas narrãt.Nõnulli in pre
cipuis ⁊ maximis iesu christi ⁊ virgis ma/
tris aliorumqꝫ sanctorum solemnitatibus
de ludo alee de blassfemia de vsura ⁊ simi/
libus predicant.Nihil de copiosã materia
festiuitatum occurrente tangentes.Heu
non possum non accusare quendaꝫ qui in
die natiuitatis iesu christi in ciuitate neri/
tonensi de sodomia totum sermonem con
texuit:cum tamen miranda occurrant de
natiuitate christi iocunda.Pleriqꝫ etiam
dum contra vicia inuehunt omni honesta
te demissa talia loquuntur ⁊ dicunt qualia
etiam in ore lenonum turpissima videren
tur.Hij nolunt audire verba sancti franci
sci qui sic in regula fratrum minorum san
ctissime retulit.Moneo quoqꝫ ⁊ exhortor
eosdem fratres meos in domino iesu chri
sto vt in predicatione quam faciũt sint exa
minata ⁊ casta eorum eloquia ad vtilita/
tem ⁊ edificationem populi.Annuncian/
do vicia ⁊ virtutes:penam ⁊ gloriam cum
breuitate ſmonis.In omnibus predictis
prudentissimus fuit pre ceteris predicato
ribus horum temporum dux ille verbi sã
ctus Bernardinus.Nam semper recte in
cessit predicauitqꝫ veritatem sine falsita/
te sine fictionibus sine adulatione:cuꝫ ho
nore ⁊ reuerentia prelatorum ⁊ totius cle/
ri:cum humilitate in verbis ⁊ factis:cum
patientia ad contentiones vitandas:cum
mensura ⁊ modo:cum grauitate ⁊ discre/
tione multa adeo ꝗ exceptis emulis eius
sermo gratus dulcis ⁊ delectabilis fuit oi/
bus doctis pariter ⁊ indoctis viris ⁊ mu/
lieribus cunctisqꝫ generibus hominum:
prout omnis italia clare firmiterqꝫ testa/
tur.¶Tertia conditio predicationis san/
cti bernardini dicitur efficatia.Predica/
uit enim cum admirabili animarum fru/
ctu adeo ꝗ omnes italie ciuitates et maio
res ⁊ mediocres ⁊ minores ꝓ maiore par
te sua doctrina reduxit ad christum.Ipse
peccatores conuertit.Ipse vsuras extinxit
Ipse multos habitum religionis induit.
Ipse fratrum de obseruantia loca ⁊ mona
steria construi fecit.Ipse discordantes ad
pacem reduxit.Ipse ad festa colẽda popu
los traxit.Ipse deniqꝫ cunctos mares ac
est hominis per illam formā qua homo ē:
hec est aūt aia intellectiua. Nobilissimus
ergo actus homis est ille qui sibi conuenit
ſm aiam intellectiuā siue sit cognitio siue
dilectio. Ex quo damnatur opinio illorum
qui dixerunt animā sine corpore beatā es/
se non posse. Nam vt inquit Tho. p^{a} 2^{e}. q.
4. loquendo de beatitudine perfecta que i
dei visione consistit sine corpore aia potest
esse beata: qm̄ intellectus ad sui operatio
nem nō indiget corpore nisi ꝓpter fantas/
mata in quibus intelligibilem veritatem
contuetur. Diuina autē essentia per fantas
mata videri nō potest. vnde cum in visiōe
diuine essentie perfecta homis beatitudo
ꝯsistat nō depēdet beatitudo homis a cor
pore: quare ⁊ ipsuꝫ corpus ad perfectionē
beatitudinis nō requiritur. ¶ Sciendū tm̄
ꝙ ad perfectionē alicuius rei dupliciter ali
quid pertinet. Unomodo ad cōstituendaꝫ
essentiaꝫ rei sicut anima requiritur ad per
fectionem hominis. Aliomodo requiritur
ad perfectionem rei id quod ꝑtinet ad bn̄

esse eius. Sicut pulchritudo corporis ⁊ velocitas ingenij pertinet ad perfectioné hominis. Quáuis ergo corpus primomodo ad perfectionem beatitudinis humane nó pertineat pertinet tamé secũdo modo. Qz quanto anima perfectior erit in sua natura perfectius habebit suam ꝓpriam operationem in qua consistit felicitas. Hoc ꝟo erit cum suo corpori ipsa beata reunietur. Propter illam autem vnionem non erũt homini necessaria exteriora ista bona: qz corpus ex coniunctione sui ad animá beatum erit gloriosum ac impassibile. Ná vt scribit dominus Bonauentura in suo tertio di. 28. Contingit aliquid esse beatuz tripliciter. s. per essentiá. Et per primam ĩfluétiam ⁊ per quandam redundantiam. beatum per essentiaz est solus deus. beatũ per primam influentiam est solus rationalis spiritus. beatum deniqz per quandá redũdantiaz est corpus humanũ in quod gaudium glorie redundat ex coniunctione sui ad animam beataz. Et licet corpus humanum non sit ad imaginem dei per se tamé vnitum est anime que est ad dei imaginez ⁊ ratione illius est beatitudinis comparticipabile. ¶ Si ꝟo aliquis instaret contra dicta de exterioribus bonis quia videtur cótrarium. Naz cibus potus diuitie ⁊ regnũ exteriora bona sunt ⁊ hec promittunť beatis. vnde Luce. 22. Christus dixit. Edatis ⁊ bibatis super mensam meam in regno meo. Et Mathei. 6. Thesaurizate vobis thesauros in celo. Et Mathei. 22. Possidete paratum vobis regnum. ergo et ista ad beatitudinem exiguntur. Respódet Tho. ꝙ omnia ista methaphorice sunt intelligéda ſʒ ꝙ in scripturis solent spiritualia per corporalia designari. Sicut per cibum et potum intelligitur delectatio beatitudinis per diuitias sufficientia que sufficit homini deus per regnum exaltatio hominis vsqz ad coniunctionem cũ deo. ¶ Secũduz dubium fuit vtrum beatitudo sit actus intellectus ⁊ voluntatis simul. Et lʒ quidam teneant ꝙ essentia beatitudinis vite humane in solius intellectus actu consistat: ita ꝙ nullo modo in actu voluntatis. Tamen Ricardus in quarto vbi. s. dicit ꝙ beatitudo consistit in actu voluntatis ⁊ intellectus simul. Cuius ratio est qz essentia beatitudinis vite humane consistit in perfecta vnione anime rationalis cuz deo. Hec autem vnio includit vnionem aíe cũ deo ſm omnem sui potentiam per quam vnibilis est cum eo immediate. Poténtia autez aíe rationalis non tm̃ est intellectus sed volũtas. Et per quálibet illaruz vnibilis est cũ deo immediate. Sicut eniz deus sub ratione qua summum verum est immediatum obiectum intellectus beatorum ita sub ratione qua summum bonum est immediatum obiectum volũtatis eorum. Quáuis enim ipso immediate nó fruerentur nisi ipsum immediate viderét tamé immediatũ obiectum voluntatis eorum non est ipsa visio summi boni: sed ipsum summũ bonũ. Nó enim volunt summũ bonum ꝓpter illam visionem sicut ꝓpter finé. Sʒ volũt ipsam visioné ꝓpter ipm summum bonuz sicut ꝓpter vltimum finé. Ipm ergo summũ bonũ ꝑmo ⁊ imediate est ab ipsis volituz: ergo est voluntatis eoꝝ immediatuz obiectum. Ergo perfecta vnio anime cũ deo in qua beatitudo consistit est per intellectum ⁊ volũtatem. Itaqz in actu vtriusqz simul ꝯsistit Et si obicerenť auctoritates que cótrariũ volétibus eas ĩtelligere sonare vidétur: puta qz in visione dicũt btitudiné cõsistere. Rñdet Ricar. ꝙ semper ĩcludũt cócomitantez dilectioné. Ná ꝯsumata dei dilectio inseparabil'r cóconmittať clará ei⁹ visioné. Propterea Aug⁹ li° ꝑ de trini. c. penultimo dicit ꝙ visio est summũ premiũ ⁊ ipsa est actus intellectus. Et in ꝑ li° de doctrina xpiana. idé dicit. Hec est sũma merces vt ꝑfruamur deo. sũma merces est beatitudo ⁊ fruitio est actus volũtatis que visionem concomitatur. ¶ Tertium dubiuz erat vtrũ btitudo principali⁹ ꝯsistat in actu voluntatis q̃ʒ intellectus. Et respódet Ricardus ꝙ sic. ꝑ quia sicut iter habitus vie charitatis est donũ principali⁹ ſʒ Augustinuz. 15. de trinitate. c. 18. Ita inter habitus patrie charitas patrie est donum principalius. Sed in patria nobilior habitus habet nobiliorem actum. Ergo deum perfecte diligere qui est actus charitatis patrie

est actus nobilissimus anime. Cū ergo in
nobilissimo actu principalissime consistat
beatitudo ⁊ diligere sit actus voluntatis:
principalius consistit in actu voluntatis
q̄z intellectus. ¶ Secūdo probatur ꝙ bea
titudo principalius consistit in actu volun
tatis q̄z intellectus ex eo ꝙ voluntas est
nobilior potentia q̄z sit intellectus. Nam
Bernardus in libro de libero arbitrio di-
cit rationem esse quodammodo pedisse-
quam voluntatis. Et Anselmus in libro
de conceptu virginali. Dominium totius
regni anime attribuit voluntati. Tho. pri-
ma parte. q. 83. vtrum voluntas sit altior
potentia q̄z intellect⁹. Et Arist. in. 7. politi.
c. 5. potentia qua eligimus principans est
Adhuc id probatur quia voluntas in suo
actu cogi non potest nec circa ea que sunt
ad finem necessitari. Intellectus autem co
gi potest ⁊ circa ea que sunt ad finez neces
sitari. Insuper magis potest transformare
animam voluntas q̄z intellectus ⁊ suum
obiectum respicit sub ratione nobiliori.
Bonum enim est obiectum voluntatis.
Ens obiectum intellectus. Ratio autem
boni est perfectior q̄z sit ratio entis. ¶ Ter
tio probatur quia deus est vltimus finis
maxime sub ratione qua bonum quod pa
tet quia est hoc ꝙ creature ordinantur in
ipsum vt in finem maxime est in eis ratio
bonitatis sicut per hoc ꝙ ipsum respiciūt
vt exemplar maxime est in eis ratio veri-
tatis. Sed deus sub ratione qua summuz
bonum est voluntatis obiectum sub ra-
tione qua summum ens vel verum est in
tellectus obiectum. ergo voluntas magis
respicit deum sub ratione finis q̄z intelle-
ctus. Sed deus sub ratione qua vltimus
finis est est btificans. ergo sub ratiōe qua
est beatitudinis obiectum principalius tē
dit voluntas in ipsū q̄z intellectus. Et sic
ꝯsistit beatitudo principalius in actu volū
tatis q̄z intellectus.

¶ Qḋ btitudo nō pōt esse in bonis p̄ntis
vite. Cap. 3^m.

t Ertium mysterium contemplandū
dī beatitudis obiectū. In q̄ tria sūt
dubia absoluēda.

¶ p̄^m vtrū btitudo sit quid creatuz.

¶ 2^m vtrū btitudo possit amitti.

¶ 3^m vtrum beatitudo possit in hac vita
haberi.

¶ Ad primum dubium respondet Ricar
dus vbi. s̄. ⁊ Tho. p̄^a 2^e. q. 3. Qḋ beatitu-
do vite humane dupliciter potest accipi.
vnomodo pro illo bono in quo perfecte et
plenarie requiescit humana vita. Aliomo
do pro perfecta quiete humane vite in il-
lo bono qua consistit imperfecta hominis
coniunctione cum illo bono. Primo mo-
do beatitudo accipitur pro beatitudinis
obiecto: ⁊ sic beatitudo est quid increatuz:
scilicet ipse deus. Beatitudo autem secun
do modo accepta est aliquid existēs in bea
to tanq̄z eius vltimata ⁊ plenaria perfe-
ctio: ⁊ sic est aliquid creatum. Cum enim
beatitudo consistat in visiōe dei videre de
um est actus creature videntis. ¶ Secun
dum dubium fuit vtrum beatitudo possit
amitti. Et ad hoc dicimus ex sententia san
cti Tho. p̄ma 2^e. q. 5. Qḋ beatitudo potest
tripliciter ꝯsiderari.

¶ p̄ in sua imperfectione.

¶ 2° in sua gnāli ratione.

¶ 3° in sua speciali restrictione.

¶ Primo potest beatitudo considerari in
sua imperfectione prout scilicet beatitudo
est illa imperfecta qualis in hac vita habe
ri potest siue sit felicitas contemplatiua: si
ue sit actiua. Hec quidem amitti potest lz
non de facili. Sicut patet in felicitate con
templatiua que amittetur vel per obliuio
nem: puta cum corrumpitur sciētia ex ali-
qua egritudine vel etiam per aliquas oc-
cupationes quibus totaliter abstrahit ali
quis a contemplatione. Patet etiam idē
in felicitate actiua. Voluntas enim homi
nis transmutari potest vt in vicium dege-
neret a virtute. Ideo Philosophus dicit
in p̄ ethicorū aliquos esse in hac vita bea
tos nō simpliciter sed sicut homines quo-
rum natura mutationi subiecta est. ¶ Se
cundo potest beatitudo considerari in sua
generali ratione ⁊ sic beatitudo nō potest
amitti. Cum enim sit perfecte bonuz ⁊ suf
ficiens oportet ꝙ desiderium homīs quie
tet ⁊ omne malum excludat. Naturaliter
autem homo desiderat retinere bonuz qḋ

habet ⁊ ꝙ eius retinendi securitatem obti
neat. Aliogn necesse est ꝙ vl' timore amit
tendi vel dolore de certitudine amissionis
affligatur. Requiritur ergo ad veraȝ bea
titudinem ꝙ homo certam opinionem ha
beat bonum quod habet nunꝗȝ se amissu
rum. que quidem opinio si vera sit conse/
quens est ꝙ beatitudinem vnꝗȝ amittet.
Si autem falsa sit hoc ipsum est quoddaȝ
malum. s. falsam opinionem habere. Naȝ
falsum est malum intellectus sicut verum
est bonum ipsius: vt dicitur in. 6. ethi. Nõ
ergo iam erit vere beatus si ad malũ ei in
est. ¶ Tertio potest beatitudo considerari
in sua speciali restrictione inꝗȝtum scilicet
perfecta beatitudo consistit in visione diui
ne essẽtie. Et sic beatitudo nullo põt amit/
ti neqȝ ex parte videntis neqȝ ex parte dei
neqȝ etiam ex parte alicuius alterius agẽ
tis. Non ex parte vidẽtis: quia impossibi
le est ꝙ aliquis vidẽs diuinam essentiam
velit eam non videre. Ratio est quoniam
omne bonum habitum quo quis carere
vult aut est insufficiẽs ⁊ queritur aliquid
sufficiens loco eius: aut habet aliquod in
commodum annexũ propter quod in fasti
dium venit. visio autem diuine essentie re
plet animam omnibus bonis ⁊ nõ habet
aliquod icommodum adiunctum. Quare
ꝑpria voluntate non potest beatus beati
tudinem deserere. Similiter btũs non põt
beatitudinẽ perdere deo subtrahẽte: quia
cum subtractio beatitudinis sit quedã pe
na non potest talis pena a deo iusto iudice
ꝓuenire nisi pro aliqua culpa in quam ca
dere non potest qui dei essentiam videt cũ
ad hanc visionem de necessitate sequatur
rectitudo voluntatis. ¶ Non potest etiam
beatitudo amitti ex parte alicuius alteri⁹
agentis. Quia mens deo coniuncta super
omnia alia eleuatur ⁊ sic ab huiusmodi cõ
iunctione nullum aliud agens potest ipsã
excludere. Est ergo beatitudo perfectio cõ
sumata que omnem defectum excludit a
beato. Et ideo absqȝ mutabilitate aduenit
eam habenti faciente hoc virtute diuina:
que hominem subleuat in participationeȝ
eternitatis transcendentis omnem muta/
tionẽ. Jccirco male dixit Origenes seꝗns
quorũdam platonicorum errorem: ꝙ post
vltimã beatitudinẽ homo põt fieri misẽr.
¶ Tertium dubium fuit vtrum beatitudo
possit haberi in hac vita. Et ad hoc respon
demus ꝙ non loquendo de lege cõmuni:
⁊ hoc ꝑpterea quia dominus noster iesus
christus fuit viator ⁊ comprehẽsor. Qua
re ꝟo in hac vita qs btũs esse nõ põt assi/
gnari possunt tres rõnes ꝑcipue.
¶ pª dr̃ insatiabilitatis.
¶ 2ª penalitatis.
¶ 3ª mortalitatis.
¶ Prima ratio dicitur insatiabilitatis: vt
enim inquit dñs Bonauentura di. 50. q̃r
ti libri. Beatitudo est finis satians appeti
tum. Sed bona presentis vite non satiant
appetituȝ: non diuitie: non delicie: non ho
nores: non fama: non gloria: non quecũqȝ
desiderabilia ⁊ delectabilia excogitari pos
sunt: vt docet experientia. Ergo nec in hu/
iusmodi bonis btũs quis reputari debet.
Tho. ꝟo pª par. q. 2. dicit. Jmpossibile est
beatitudinem hominis esse in aliquo bo/
no creato: quia beatitudo est bonuȝ perfe
ctuȝ quod totaliter quietat appetitũ. Alio
quin nõ esset vltimus finis si adhuc resta
ret aliquid appetenduȝ. Obiectum autem
voluntatis est vniuersale bonũ: sicut obie
ctum intellectus est vniuersale verum. Ex
quo patet ꝙ nihil potest quietare volũta/
tem hominis nisi bonuȝ vniuersale quod
non inuenitur in aliquo creato sed solum
in deo: quia omnis creatura habet bonita
tem participatam. vnde solus deus volun
tatem hominis implere potest. Jdeo Da/
uid in psalmo dixit. Satiabor cum appa/
ruerit gloria tua. Et Augustinus libro pri
mo confessionuȝ. Fecisti nos domine ad te
⁊ inquietũ est cor nostrum donec quiescat
in te. Et in. 4. libro. Redite inquit preuari
catores ad cor ⁊ inherete ei qui fecit vos:
state in eo ⁊ stabitis: quiescite in eo ⁊ quie
ti eritis. Quo itis in aspera quo itis bonũ
quod queritis ab illo est. Quia igitur ani
ma eo imago dei est quo eius capax est et
particeps esse potest: vt scribit Augustin⁹
14. de trinitate. Jccirco nulla creatura ani
me capacitatem implere valet. ¶ Secun/
da ratio cur in hac vita nõ possit quis esse

beatus dicitur penalitatis. vt enī ait Tho.
pª 2ᵉ q. 5. Beatitudo excludit omne malū:
vita autem presens multis malis ⁊ pena/
litatibus subiacet que vitari non possunt
Et ignorantie ex parte intellectus. Et inor
dinate affectionis ex parte appetitꝰ ⁊ mul
tiplicibus laboribus calamitatibus ⁊ erū
nis ex parte corporis: quomodo igitur in
tot fluctuationibus beatū se credere quis
piaꝫ habetur. Inquit Job. c. 13. Homo na
tus de muliere breui viuens tempore re/
pletus multis miserijs. Et Hieronymꝰ ad
heliodorum. Ubiqꝫ luctus vbiqꝫ gemitꝰ
⁊ plurima mortis imago. Et Boecius liº
secūdo de consolatione. Quā multis ama
ritudinibꝰ humane felicitatis dulcedo re/
spersa est: que ⁊ si fruenti iocūda eē videa
tur: tamen quominus cum velis abire re/
tineri non potest. Et Seneca in tragedijs.
Nulla sors longa est dolor atqꝫ voluptas
inuicem cedunt. Nemo vtiqꝫ reperit̄ qui
diutius in quocunqꝫ sit statu delectari pos
sit ⁊ absqꝫ turbatione vel animi vel corpo
ris pertransire. Nemo inquit Seneca vbi
supra confidat nimium secundis. Nemo
desperet meliora lapsis. Et ad lucilluꝫ. No
li huic tranquillitati confidere: momento
mare euertitur: ⁊ eodem die vbi luserunt
nauigia sorbentur. Quis nam felicior iu/
dicari potuisset policrate tyranno samio/
rum. De ipso quippe refert Tullius in li/
bro de finibus bonorum ⁊ malorum. Et
idem confirmat Valeriꝰ de mutatione mo
rum ⁊ fortune: ꝙ adeo sibi fortunam obse
quiosam habuit ꝙ omnia desiderata perfi
ciebat. Ad moderandam igitur fortune in
uidiam sumpto e manu anulo quem pre/
ciosum possidebat in mare iecit. Sed iopi
nate illum repente recuperauit. Naꝫ post
dies paucos a piscatoribus piscis captus
qui anulum sorbuerat tyranno donatus
est. Accidit tandē ꝙ aduersus dariuꝫ per
sarum regem duxit exercitum: ⁊ ꝙ oron/
thes prefectus darij illum acie fuderit ce/
pitqꝫ. Et in summo megalēsis montis ver
tice suspendi iusserit. Et relictus auibus la
cerandus: qui vbiqꝫ felicissime in terra vi
xerat in aere miserrime expirauit. Mutan
tur omnia que sunt in hoc mundo: ⁊ nihil
est stabile nihil firmum nihil deniqꝫ tutuꝫ
Ideo sapiēs Ecclesiastes. 2. c. dicebat. Vidi
in omnibus vanitatem ⁊ afflictionem spi/
ritus ⁊ animi: et nihil permanē sub sole.
¶ Tertia ratio quare ī pn̄ti vita nullus po
test esse beatus dicitur mortalitatis. Oēs
quippe ad mortem tendimus cuius ma/
nus potentissimas nullo ingenio nulla vi
nulla arte nullo precio euitare valemus:
instat ceruicibus nostris. Siquis igitur di
xerit aliquem beatum eo ꝙ diuitijs afflu/
it: statiꝫ respondebo. Non sic non sic: quia
diuites moriuntur. Siquis affirmauerit
alium esse beatum eo ꝙ omnibus delitijs
huius seculi perfruatur: adhuc responde/
bo. Nequaq̄ꝫ sic est: quia post breuem hāc
vitam omnes homines morientur. Siqs
beatum reputauerit eum qui orbi vniuer/
so dominaret̄. Clamabo et ego ꝙ nec re/
gna siue imperia beatum hominem red/
dunt: quoniam ⁊ principes ⁊ reges ⁊ pur/
purati ⁊ iperatores omnesqꝫ domini mori
entur. Et ideo cum Lactātio cōcludimus
dicente tertio libro. Summum bonum qđ
beatos facit non potest esse nisi in ea reli/
gione atqꝫ doctrina cui spes immortalita/
tis adiuncta est. Igitur demus operam ne
decipiamur temporalium bonorum suaui
tate: atqꝫ mundum audacter sub pedibus
habeamus eaqꝫ tantuꝫ vtamur vt sic tan
dem perueniamus ad fruitionem illam
beatam: ad quam nos perducat iesus fili
us dei: qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit
⁊ regnat in secula seculoꝝ Amen.

¶ Sermo quinquagesimus octauus: de
anime rationalis admirandis prerogati/
uis ⁊ excellentijs quas vnusqsqꝫ cogscere
debet.

e **Ecce oēs ani/**
me mee sunt dei viuētis. vba
sunt ista originaliter Ezechiel'
18. cº. ¶ Dolendum profecto est de multitu
dine hominum pereuntium: qui concupi/
scentias prauas insequentes: virtutibus
ieiuni: omni viciorum turpitudini sese de/

derunt. ¶ Hij equidem obliti excellentie
ac dignitatis animarum suarum defluunt
luxuria ⁊ delicate atqȝ molliter viuunt ab
horrentqȝ parcitatem: continétiam: sobrie
tatem: et quicquid est quod viros bonos
doceat. Fidei ꝙ documenta irrident: do /
ctrinam euangelicam spernunt: de regno
celorum desperant: negant atqȝ penas in /
ferni. ¶ Talibus autem erroribus inuoluū
tur quoniaȝ de anima rationali minus be
ne sentiunt: quandoqȝ affirmantes ani /
mas non reperiri. Aliquando ⁊ illas non
multe nobilitatis fore suadentes. Inter /
dum ꝙ ⁊ eas cuȝ suis corporibus impro
be satis contendentes corrumpi. Quos
quid aliud dixerim nisi pecora immundis /
sima atqȝ indomitas feras: immo quibus
cūqȝ beluis immanissimis deteriores. In
quit enim Dauid in psalmo. Homo cum
in honore esset non intellexit comparatus
est iumentis isipientibus ⁊ similis factus
est illis. Nam summus ille pater qui sapié
tia sua condidit omnia. Minuit hominez
paulominus ab angelis coronans gloria
⁊ honore: dum intellectiuam animam illi
dedit. ¶ Qua de re vt aperiantur mentes
cunctorum ad anime verissimam cognitio
nem illanqȝ vnusquisqȝ studeat bonis et
sanctis moribus exornare: decreui in pre
senti sermone de ipsa anima verba facere.
De qua tria mysteria proponimus cótem
planda.

¶ pᵐ dꝫ diffinitionis.
¶ 2ᵐ ꝓductionis.
¶ 3ᵐ separationis.

¶ Quid sit anima que nó est corpus: nec
ex semine causata: ⁊ que vna sola est in ho
mine. Cap. pᵐ.

P Rimum mysterium contemplan /
dū de anima dicitur diffinitionis.
In quo quid sit anima declaremꝰ.
¶ Dicit enim Albertus in compédio theo
logie. ¶ Nó a quibusdaȝ anima diffinitur
vt spiritus. ¶ A quibusdam vt anima. ¶ A
quibusdam ꝙ vt spiritus ⁊ anima. ¶ In /
quantum consideratur vt spiritus diffini /
tur sic ab Augustino in libro de motu cor
dis. Anima est substantia incorporea: itel
lectualis illuminationis a primo vltima:
reuelatióe perceptiua. vltima dicitur quia
mediantibus angelis percipit. ¶ Ex qua
diffinitione cognoscimus: qꝛ spiritus hu /
manus qui est anima inter omnes creatu
ras immediate post angelos illuminatio
nis diuine sit perceptiuus. ¶ Inquantum
anima diffinitur sic a Remigio. Anima é
substantia incorporea regens corpus. Et
ab Aristotile in secundo de anima dicitur.
Anima est endelichia ⁊ actus siue forma
corporis organici phisici potentia vitam
habentis. ¶ Ex quibus verbis datur intel
ligi: qꝛ anima vnibilis é corpori nec omni
sed soli organico vel phisico idest nāli ad
susceptionem anime rationalis disposito.
¶ Inquantum autem spiritus ⁊ anima dif
finitur ab Augustino sic. Anima est omni
um similitudo. Que diffinitio data est per
comparationem ad creaturas. Anima eni
ex sui natura ad suscipiendas omnium re
rum similitudines tam corporaliuȝ qȝ spi
ritualium apta est. ¶ Et ꝫm Augustinuȝ li
bro de spiritu ⁊ anima multiplicit nomina
tur scilicet. Anima: mens: ratio: spiritus: sé
sus: memoria: volūtas. Anima dicitur in /
quantum animat corpus siue viuificat.
Mens inquantum recolit. Ratio cū ré iu
dicat. Spiritus dū spirat: vel quia spiritua
lem naturam habet. Sensus dum sentit.
Memoria dum recordatur. Voluntas dū
consentit. Hec nomina diuersa sunt anime
non ꝓpter essentie plítatem: sed ꝓpter effe
ctuū mltiplicitaté ⁊ oꝑationé. Sed pro hu
ius partis intelligentia pleniore quatuor
dubia esse absoluenda.

¶ pᵐ vtrū sit aīa.
¶ 2ᵐ vtrū aīa sit corpus.
¶ 3ᵐ vtrū aīa causetur ex semine.
¶ 4ᵐ vtrū in hoīe sit vna sola anima.

¶ Cótra eos qui dicūt aīam non reperiri.
¶ In primo dubio expugnáda est ⁊ omni
no reprobanda prauissima opinio illoruȝ
qui tenent animaȝ non esse asserentes nó
nisi corpora aut corporales substantias re
periri. Quos nos cóuincere possumus tri
plici lumine.

¶ pᵐ dꝫ testificationis.
¶ 2ᵐ operationis.
¶ 3ᵐ figurationis.

¶ Primum lumen quo ostenditur ꝙ ani
ma sit dicitur testificationis. Testatur qui-
dem omnes tam diuine q̄ȝ humane scriptu
re animam esse atqȝ de illa sublimiter sem
per loquantur. ¶ De hac ita scribit sapiés
Ecclesiastici.c.2. Fili in mansuetudine ser-
ua animam tuam. ¶ Et. 4.c. Humilia corá
deo animam tuam. ¶ Et eodem.c. Non có
fundaris pro anima tua dicere veruȝ. ¶ Et
io.c. Qui multis vtitur verbis ledit aiam
suam. ¶ Et.26.c. Qui cum fure participat
ledit animam suam. ¶ Et.34.c°. Timentis
deuȝ beata est anima illius. ¶ Et.5i.c. Lau
dabit vsqȝ ad mortem anima mea domi-
num. ¶ Et Sapientie p̊.c. In maliuolá ani
mam non intrabit sapientia. ¶ Et codeȝ.c.
Os quod mentitur occidit animam. ¶ Et
Ecclesiastici.30.c. Miserere anime tue pla
cens deo. ¶ Eiusdem.37.c. A cósiliario ma
lo serua animam tuam. ¶ Et canticorum p̊
c°. Num quem diligit anima mea vidistis
¶ Eiusdem.3.c. Quesiui quem diligit ani-
ma mea. ¶ Et.6.c. Anima mea liquefacta
est vt dilectus est locutus. ¶ Et Judith.8.
c°. Humiliemus illi animas nostras. ¶ Et
Job.io.c. Tedet animam meam vite mee.
¶ Et Thobie.i2.c. Qui faciunt peccatuȝ ho
stes sunt anime sue. ¶ Et deuteronomij.4.
c°. Custodite solicite animas vestras. ¶ Et
Josue.2.c°. Eruatis animas vias de mor
te. ¶ Et Abachuc.2.c. Qui incredulus est
non erit recta eius anima. ¶ Et primi Re
gum.c.26. scribitur. Magnificetur anima
mea in oculis domini. ¶ Et secundi Regū
i4.c. Non vult deus perire animá. ¶ Et ter
tij Regum.i9. Tolle animam meam. ¶ Et
quarti Regum p̊.c. Noli despicere animá
meam. ¶ Et ps.6. Anima mea turbata est
valde. ¶ Et.7. Ne quádo rapiat vt leo ani-
mam meaȝ. ¶ Et.i5. Non derelinquas ani
mam meam in inferno. ¶ Et.20. Erue a fra
mea deus animam meam. ¶ Et.23. Ad te
domine leuaui animam meá. ¶ Et.32. Ani
ma mea sustinet dominum. ¶ Et.4i. Qué
admodum desiderat ceruus ad fontes aq̄
rum ita desiderat anima mea ad te deus.
¶ Et.62. Sitiuit in te anima mea. ¶ Et ps.
7°. Animas pauperum saluas faciet. ¶ Et
Saluator noster dixit Mathei.6.c°. Ani-
ma plus est q̄ȝ esca. ¶ Et.io.c. Nolite time
re eos qui occidunt corpus animam auté
non possunt occidere. ¶ Et.i6.c. Quid pro
dest homini si vniuersum mundum lucre-
tur anime vero sue detrimentum patiatur:
aut quaȝ dabit homo commutationé pro
aia sua. ¶ Et.26.c. Tristis est aia mea vsqȝ
ad morté. ¶ Et. Luce.2.c°. btá virgo in suo
cático ita canit. Magnificat aia mea dñȝ.
¶ Et Symeon virgineȝ eodem.c. sic allocu
tus est. Tuam ipsius animaȝ pertransibit
gladius. ¶ Et Jacobus.5.c. ait. Qui cóuer
ti fecerit peccatorem ab errore vie sue sal-
uabit animam eius a morte. ¶ Et p̊.c. In
mansuetudine suscipite insitum verbum:
quod potest saluare animas vestras. ¶ Et
Petrus prima epistola.c.2. inquit. Obse
cro vos tanq̄ȝ aduenas ⁊ pegrinos absti
nere vos a carnalibus desiderijs que mili
tant aduersus animam. ¶ In sacris vero ca
nonibus sepissime fit métio de anima. Si-
cut patet.23. di.c°. Qui episcopo. ¶ Et.xi.
q.3.c. Placuit.c. Absit.c. Nolite timere.c.
Audi. ¶ Et.i3.q.2.c. Tempus.c. Hunc.c°.
Fatédum.c. Anime defunctorum. ¶ Et.i6.
q.p̊ª.c. In canonibus. ¶ Et.2i.q. p̊ª. in c°.
Relatio. ¶ Et.23.q.4.c. Ipa pietas.c. Nó
christus.c. Displicet. ¶ Et.24.q.3.c. Si ha
bes. ¶ Et.26.q.6.c. Agnouimus. ¶ Et.30.
q.p̊ª.c. Ad limina. ¶ Et.32.q.2.c°. Nó vero.
c. Si illud.c. Moyses. ¶ Et.33.q.2.c. Amo
nere. ¶ Et de pe.di.p̊ª.c. Resuscitatus.c°.
Voluissent. ¶ Et di.2.c. Charitas.c. Ergo.
¶ Et di.3.c. Potest.c. Siquis.c. Quid er-
go. ¶ Et di.5.c°. Consideret. ¶ Et de con.di.
2.c. Reuera. ¶ Et di.4.c. Si baptizata. Et
de maioritate ⁊ obedientia.c. Solite. ¶ Et
de sum. trini. ⁊ fide.c. Firmiter. Et de pe. et
re.c. Cum infirmitas. ¶ Et de renunciatio-
ne.c. Nisi cum pridem. ¶ Et de celebratióe
missarum.c. In quadam. Et de decimis.c.
Cum non sit in homine. ¶ In Clementina
vero de summa trinitate ⁊ fide catho. dam-
nantur illi qui dicunt animam nó esse for
maȝ corporis. Nam Aristotiles.8. metha
phisice dicit ꝙ dña sumit a forma rei. Sȝ
differentia constitutiua hominis est ratio-
nale quod dicitur de homine ratione ani-
me intellectiue seu intellectiui principij: vt

inquit Tho. p[a] parte. q. 76. ergo anima est hominis forma. ¶ Ad gentiles iaꝫ veniamus qui naturalis ratiõis lumine illustrati mirificentissime de aĩa sunt locuti. ¶ Inquit Cicero in paradoxis. Deus ⁊ mater omnium natura dedit tibi animuꝫ quo nihil potest esse prestantius: nihil diuinius. Et idem in libro de natura deorum. Quid esse potest in rerum natura homine melius. In eo enim solo est ratio qua nihil põt esse prestãtius. ¶ Et idẽ in libro de repu[ca]. vt mundum deus eternus regit sic fragile corpus animus sempiternus mouet. ¶ Et Plato in thimeo. Deus virtutibus animã preire iussit: ipsãqꝫ dominaꝫ nostri corporis fore voluit. Quod ipsa tuetur. ¶ Et Salustius in iugurtino. Uti genus humanum compositum ex corpore ⁊ anima est: ita res studiaqꝫ omnia nr̃a alia corporis. Alia animi naturaꝫ sequuntur. ¶ Et Ouidius in libro de remedio amoris. Ut corpus redimas ferrũ patieris ⁊ ignes. Atqꝫ animo valeas quicqꝫ tolerare negabis. Et ne singulorum repetamus dicta cõcludimus: ꝙ omnes sãcti oẽs eruditi viri oẽs deniqꝫ phi ⁊ stoici ⁊ peripatetici ac alij quicunqꝫ animam esse ⁊ docent et confitẽtur.

¶ De operationibus quibus cognoscitur anima.

¶ Secundum lumen quo ostendimus ꝙ sit anima dicitur operationis. ¶ Ut eni scribit Alexander de ales in secũdo volumine summe. Uidemus quedã corpora que nõ nutriuntur neqꝫ augentur nec generãtur: nec mouentur motu volũtario vt lapides Quedam que nutriuntur augentur ⁊ generantur vt plãte. Quedam que vltra hec mouentur ⁊ sentiunt vt animalia. Quedã autem que agunt ratione. Si ergo principium harum operationum esset corporeitas inueniretur tunc in omnibus corporibus. ergo illud a quo iste operationes proueniunt erit anima. Et sic in plãtis est anima vegetatiua: in animalibus brutis anima sensitiua: in hominibus ꝟo anima intellectiua. ¶ Quis nam nõ miretur quãta sit humani ingenij perspicacitas: qꝫ stupẽda intellectus sublimitas: qꝫue admirabilis vigor ratiõis. Et vnde prouenit nisi ex animi sapientia: vt volantes aues per aera: habitantes in aquarum profundis pisces: et discurrentes per nemora ferocissimas bestias: homo ad suum vsum perducat. Non prodest aquilis altus volatus. Non leonibꝰ fortitudo. Non elephantibꝰ magnitudo. Non venenositas draconibꝰ ⁊ serpentibus. Non ceruis agilitas. Non deniqꝫ marinis beluis latitudo vastitasqꝫ aquarum cum ab hominibus artificijs pene innumeris capiuntur. ¶ Quid de artiũ inuentione exercitationeqꝫ dicemus? Inspiciamus agriculturam lanificium architecturam fabrefacturam ⁊ reliquas in quarum effectibus deprehenditur aliquid in homine esse vltra corpus. Que antiq vulgares cum prius talia non fuissent experti illos qui ea p̃mo in aliqua prouincia facere docuerũt: crediderũt esse deos. ¶ Isis inachi filia regis argiuorũ ⁊ soror phoronei nauigans in egyptuꝫ quia litteras q̃sdam egyptijs dedit ⁊ de agricultura multa eos docuit post mortem in numero dearũ recepta est. ¶ Saturnꝰ vt recitat Paulus in historia romanorum iouem filium e grecia fugiens in ciuitate que ex eius nomine saturina dicta est: haud procul ab vrbe rudes populos domos edificare terras incolere plantare vineas docuit atqꝫ humanis moribus viuere cum antea semiferi glandium tm̃modo alimentis vitam sustentarent. Et aut in speluncis aut in frondibus virgultisqꝫ contextis casulis habitarent ab indocili ⁊ rustica multitudine deus est appellatus. ¶ Romulus quia vrbẽ fundauit vallauitqꝫ muro cuꝫ apud paludem capre nusq̃ꝫ comperuisset anno regni trigesimo nono ad deos transisse creditus est ⁊ quirini nomine consecratus. ¶ De liberalibus autem disciplinis grammatica logica: rhetorica: arithmetrica: geometria: musica: astrologia: illarũqꝫ repertoribus prolixior esset sermo habendus. Sed vt complectamur omnia succincte: tantus in illis est decor humane vite: tanta intellectus perfectio: tanta loquendi et viuendi moderatio: tanta deniqꝫ cognitio rerum: vt qui illis inueniuntur imbuti sũma veneratione celebrentur a cunctis. O dete-

stabilem errorem. O damnabilem cecita/
tem. O deniq₃ fatuitatem pestiferam co/
rum qui tanta vt sic dicam animarum fa/
cta mirabilia contuentur ⁊ animas non es/
se tenent. ¶ Pro quibus Augustinus li°
io. confessionum ait. Eunt homines mira/
ri alta montium ingentes fluctus maris:
altissimos lapsus fluminum: oceani ambi
tum ⁊ giros syderum ⁊ relinquunt seipsos:
nec mirantur. ¶ Et in principio libri de spi/
ritu ⁊ anima inquit. Quoniam dictum est
mihi vt meipsum cognoscam sustinere nō
possum vt me habeam incognitum. Ma/
gna nanq₃ negligentia est nescire quid il/
lud sit quo celestia tam profunde cogita/
mus naturalia tam subtili indagatione in
uestigamus et de ipso quoq₃ creatore no/
stro ta₃ profunda desideramus scire. Nec
est res peregrina nec longe querenda ani/
mus quo ista sapimus sed est semper no/
biscum. Adest tractat loquitur ⁊ intus ve
scitur. Datum est illi tam ingentem reru₃
scire secreta ⁊ seipsum cognoscere non po/
test. Hec ille. ¶ Tertium lumen quo osten
dimus ꝙ sit anima dicitur figurationis. Ip
sa quippe corporis humani figura ad ce/
los erecta deseruit aliquid esse in homine
quod ad celos tēdere debeat. ¶ Hinc Oui
dius in primo methamorphoseos dicit.
Pronaq₃ cum spectēt animalia cetera ter
ram. Os homini sublime dedit celūq₃ vi/
dere. Iussit ⁊ erectos ad sydera tollere vul
tus. ¶ Et Bernardus super cantica ait.
Corporis staturam ideo deus dedit homi
ni rectam vt corporea rectitudo exterioris
viliorisq₃ figmenti hominem interiore₃ re
ctitudinis sue formande moueret ⁊ decor
limi deformitatē argueret ai. Hec Bernar
dus. ¶ Ex quibus cōcludimus ꝙ in nume
ro creaturarum reperitur anima rationa/
lis ad imaginem ⁊ similitudinem dei crea
ta: cuius prestantiam ex hijs que amodo
disseremus vnusq̄sq₃ percipere pōt.

¶ Qd aia non est corpus.

¶ Secundum dubium absoluendum est
vtrum anima sit corpus. Ad quod respon
demus sequentes in hac parte doctrinam
fidei ⁊ sacre theologie ꝙ anima est spiritua
lis substantia. Aristotiles vo in secundo
phisicorum dicit. ꝙ vltima formarum natura
lium ad quā terminatur consideratio phi/
losophie naturalis: scilicet anima humana
est quidem separata sed tamen in materia
Quod ex hoc probat: quia homo ex mate
ria generat hominem ⁊ sol. Separata qui/
dem est s̄m virtutem intellectiuam: quia
virtus intellectiua non est virtus alicuius
organi corporalis: sicut virtus visiua est
actus oculi. Intelligere eni₃ est actus qui
non potest exerceri per organum corpora/
le sicut exercetur visio. Sed in materia est
inquantum ipsa anima cuius est hec v̄tus
est corporis forma ⁊ terminus generatio/
nis humane. Sic ergo philosophus dicit i
3° de anima. ꝙ intellectus est separatus:
quia non est virtus alicuius organi corpo
ralis. ¶ Ex quo apparet ineptia illoru₃ qui
vt dicit Tho. p̄ª parte. q. 75. imaginationē
transcendere non valentes sola corpora di
cebant esse ⁊ quod non est corpus nihil es/
se. ¶ Contra istos est auctoritas scripture
Ecclesiastes vltimo. c. vbi sic habetur. Re
uertatur puluis in terram suam ⁊ spiritus
redeat ad deu₃ qui dedit illum. ¶ Augusti
nus insuper libro. 19. de ciuitate dei. com/
mendat Varronem qui hominem nec ani
mam solam nec solum corpus: sed animā
simul ⁊ corpus esse arbitrabat̄. ¶ Et si obi
ceretur ꝙ mouentis ad motum oportet es/
se aliquem contactum: contactus autem
non est nisi corporum ergo cu₃ anima mo
ueat corpus videtur ꝙ sit corpus. ¶ Re/
spondet Tho. vbi supra: ꝙ duplex est con/
tactus scilicet quantitatis ⁊ virtutis. ¶ P°
modo corpus non tangitur nisi a corpore.
¶ secundo modo corpus habet tangi a re
incorporea que mouet corpus. ¶ Sed ad/
huc pleriq₃ instant ꝙ animam nullus vi/
det quomodo ergo est. du₃ a corpore sepa
ratur a nemine conspicitur: quid ergo est si
non videtur non sentitur nō auditur neq₃
quo se conferat scimus. ¶ Ad hoc respon/
det Gregorius in quarto dialogorum li°.
Qd anima est illa spiritualis sub̄a: cuius
virtute q̄₃diu est in corpore corpus viuit:
corpus sentit: oculi vident: aures audiūt:
⁊ tamen ipsa corporeis oculis nō videtur.
Idem dicimus de angelis de demonibus

⁊ de ipso altissimo deo. Qd illoꝝ effect⁹ negare non possumus quos oculis īspicim⁹ ⁊ manibus ꝯtrectamus. Et cum sint spūales sube corporeis sensibus non subiciuntur. ¶ Hinc Lactantius li°. 7. diuinarū institutionum de deo loquens aliqua deducit exempla quibus conuinci possint hij qui nihil esse volunt nisi qd videtur. Quia inquit deus ab homine videri non potest ne quis eum putaret ex eoipso deum nō esse quia mortalibus oculis non videtur. Inter cetera suorum institutorum mirabilia fecit etiam multa quorum vis apparet: ipsa autem non videntur sicut est vox: odor: ventus: vt harum rerum argumēto ⁊ exēplo etiam deum lꝫ sub oculis non veniret de sua tamen vi ⁊ effectu ⁊ opibus cernemus. Hec ille. Pari modo ⁊ anime virtutem stupendissimasqꝫ operationes vt diximus in precedenti dubio: contuentes animam esse deprehendimus subam spūalem nobilissimam. Et vt Augustinus refert in libro de imortalitate anime. Nil absurdi⁹ dici potest qꝫ tātmodo ea esse que oculis conspicimus ⁊ ea non esse que intelligētia subsistere iudicamus.

¶ Qd aia non est ex semine.

¶ Tertium dubium absoluendum est vtrū anime causentur ex semine. ¶ Et posset qs arguere ꝙ sic. ¶ p° quia genesis. 46. c. scribitur. Cuncteqꝫ anime que ingresse sunt cum iacob in egyptum ⁊ egresse sunt de femore illius. Sed nihil egreditur de femore hominis nisi inqꝫtum causatur ex semine ergo anima intellectiua causatur ex semine. ¶ 2° homo generat sibi simile ꝫm speciem. Sed species humana constituitur ꝑ animā rōnalem ergo anima rōnalis est a generante. ¶ 3° inconueniens est dicere: ꝙ deus cooperetur peccantibus. Sed si anime rōnales causarentur a deo deus interdū cooperaretur adulteris ex quorū illicito cohitu ꝓles interdū generatur. ¶ Ad habendā huius ꝟitatis noticiā: sanctus Tho. pª par. q. 118. ita dicit. Qd impossibile est virtutem actiuā que est in mat̄ia extendere suā actionem ad ꝓducendū imaterialem effectum. Manifestū est aūt ꝙ pͥncipiū intellectiuū in hoīe est pͥncipiū transcēdens mām: habet enim opationē in qua non coīcat corpus. Et ideo impossibile est: ꝙ virtus que est in semine sit ꝓductiua intellectiui pͥncipij. Simul etiā quia virtus que est in semine agit in virtute anime generantis. ꝫm ꝙ aīa generantis est actus corporis vtens ipso corpore in sua opatione. In opatione aūt intellectus nō coīcat corpus. vnde virtus intellectiui pͥncipij ꝓut intellectiuū est non potest ad semē peruenire. ¶ Et ideo phs dicit in li° de generatione aīalium. Relinquitur itellectus solus de foris aduenire. Simil'r etiam aia intellectiua cum habeat operationē sine corpore est subsistens ⁊ ita sibi debet esse ⁊ fieri. Et cū sit īmaterialis suba non pōt causari per generationē. Sed solum per creationem a deo. Ponere ergo aiam intellectiuā a generāte causari nihil aliud est qꝫ ponere eā non subsistentē ⁊ per ꝯsequēs corrūpi eā cū corpore. ¶ Et ideo hereticū est dicere ꝙ anima intellectiua traducatur cū semine. ¶ Ad pͫm ꝟo quod adducebatur in opposi tū dicendū ꝙ in auctoritate illa ponit̄ per sinodochen pars pro toto: idest aia ꝓ toto hoīe. ¶ Ad 2ᵐ ꝟo rñdemus ꝙ hō generat sibi simile inqꝫtum per virtutē semis eius disponit̄ illa materia ad talē formā siue ad susceptionem talis forme. ¶ Ad 3ᵐ aūt respondetur ꝙ in actione adulteroꝝ id qd ē nature bonū est ⁊ huic coopat̄ deus. Qd ꝟo est iordinate voluntatis malū est ⁊ huic deus nō coopatur. Hec Tho.

¶ Qd in hoīe est vna sola aia.

¶ Quartū dubiū declarandū vtrū in hoīe sit vna sola aia intellectiua vel plures per essētiā differētes. ¶ Et ad hoc rñdet Aug⁹ in li° de ecclesiasticis dogmatib⁹. Neqꝫ inquit duas aias esse dicimus in hoīe: sicut Jacobus ⁊ alij siroꝝ scribunt. ¶ Vnā aīalē qua animatur corpus ⁊ immixta sit sāguini. Alterā spūalem que rationi ministret. Sꝫ dicimus vnā ⁊ eandē esse aiā in hoīe que ⁊ corp⁹ sua societate viuificat ⁊ semetipsam sua rōne disponit. Et lꝫ quidā dicere voluerint ꝙ in embrione primo preexistat aia vegetatiua. qz Aristo. dicit in li° de aialibus. ꝙ embrio pͥus est aial qꝫ hō. Et deīde supra aiā vegetatiuā superuenit alia

anima que eſt ſenſitiua ⁊ ſupra illam iter
alia que eſt intellectiua ⁊ ſic eſſent tres ani
me in homine: tamen hoc improbat Tho.
pͥma parte. q. 76. ⁊. q. iii8. affirmans: ꝙ cũ
generatio vnius ſemper ſit corruptio alte
rius neceſſe eſt dicere ꝙ tam in homine q̃z
in alijs animalibus quãdo perfectior for/
ma aduenit fit corruptio prioris: ita tamẽ
ꝙ ſequens forma habet quicquid habe/
bat prima ⁊ adhuc amplius. Quare cum
anima intellectiua creatur ⁊ iſundit a deo
ſimul eſt ſenſitiua ⁊ vegetatiua corruptis
formis preexiſtẽtibꝰ. Multa eſſent hoc lo
co dicenda q̃ ne tedio auditores afficiamꝰ
ſilentio preterimus. Oſtenſum iam ex di
ctis eſt. ꝙ quilibet anima creaturam excel
lentiſſimam cognoſcere debet: eamq̃z ſem
per mundam ⁊ immaculataz ſeruare. Nã
ſi tanta diligentia corruptibile corpus gu
bernamus quantomagis rationalem ani
mam omni ſtudio a quibuſcũq̃z vicijs tue
ri tenemur. Heu heu inquit Bernardus.
Abſtergitur caliga ⁊ contemnitur anima
Pauciſſimi quippe reperiuntur qui non
magis pro corpore q̃z pro anima ſubeant
quoſcũq̃z labores.

¶ De productione anime rationalis que
non ab angelis ſed a deo producta eſt de
nihilo conuenienter vnita corpori organi
co: ⁊ de nouo creata et infuſa. Cap. 2m.

f Ecundum myſterium de anima cõ
templanduz dicitur productionis.
In quo adhuc quatuor dubia ſunt
enucleanda.

¶ pͥm vtruz anima ſit ꝓducta ab angelis.
¶ 2m vtrum anima ſit producta de ſubſtã
tia dei.
¶ 3m vtrum omnes anime fuerunt ſimul
create.
¶ 4m vtrũ deus debuit animã rationalez
tali corpori vnire.

¶ Pro primi dubij planiore intelligẽtia
Quidam arguunt probantes lz cõtra ve
ritatem. ꝙ anima rationalis producta eſt
ab angelis. ¶ Primo quia maior eſt ordo
in ſpiritualibus q̃z in corporalibus. Sed
corpora inferiora producuntur per corpo/
ra ſuperiora: vt Dionyſius dicit. 4. cº. de
diuinis nominibus. Ergo inferiores ſpiri
tus qui ſunt anime rationales producun
tur per ſpiritus ſuperiores qui ſunt ange
li. ¶ Secundo perfectum eſt quod poteſt ſi
bi ſimile facere. Sed ſpirituales ſubſtantie
ſunt multomagis perfecte q̃z corporales.
Cum ergo corpora faciant ſibi ſimilia ſm
ſpeciem multomagis angeli poterunt face
re aliquid infra ſe ſm ſpeciem nature ſcili
cet animam rationalem. ¶ Sed ꝯtra iſtos
ita loquentes eſt auctoritas gloſe ſuper il
lo verbo pͥs. Qui finxit ſigillatim corda
eorum. que ait. Creat deus animas ſingu
lorum per ſe de nihilo. Et ideo iquit Tho.
prima parte. q. 91. ꝙ cum anima rationa/
lis producatur in eſſe per creationem non
poteſt produci niſi a deo. Quia ſm Augu
ſtinum in tertio de trinitate. Nec boni nec
mali angeli poſſunt eſſe creatores alicu/
ius rei. Et ratio ſumi poteſt ſz Tho. vbi ſu
pra. Quia ſolius primi agentis eſt agere:
nullo preſuppoſito cum ſemper agens ſe
cundum preſupponat aliquid a pͥmo agẽ
te. Quod autez agit aliquid ex aliquo pre
ſuppoſito agit tranſmutando. Et ideo nul
lum aliud agens agit niſi tranſmutando.
Sed ſolus deus agit creando. Et quia ani
ma rationalis non poteſt produci per trãſ
mutationem alicuius materie: ideo nõ po
teſt produci niſi a deo imediate. ¶ Ad pri/
mũ argm reſpondet Tho. ꝙ corpora ideo
producunt corpora quia agunt per tranſ/
mutationem materie. ¶ Ad ſecundum ꝓo
argm reſpondet latius pͣ parte. q. 42. vbi
ait articulo. 5. in reſponſione ad primuz ar
gumentum. Qð aliquod perfectum parti
cipans aliquam naturam facit ſibi ſimile
non quidem producendo illam naturam
abſolute: ſed applicando eam ad aliquid.
Non enim hic homo poteſt eſſe cauſa na/
ture humane abſolute quia ſic eſſet cauſa
ſuiipſius. Sz eſt cauſa ꝙ natura humana
ſit in hoc homĩe generato. Et ſic preſuppo
nit in ſua actione determinatã materiam:
per quã eſt hic homo. Sed ſicut hic homo
participat humanã naturã: ita quodcũq̃z
ens creatum participat naturam eſſendi:
quia ſolus deus eſt ſuum eſſe. Nullum er
go ens creatũ poteſt producere aliq̃ð ens
abſolute niſi iquantum eſſe cauſat in hoc.

Et ſic oportet ꝙ preintelligatur id per qđ
aliquid eſt hoc actioni qua facit ſibi ſimi/
le. In ſubſtantia autem immateriali non
poteſt preintelligi aliquid per quod ſit hoc
Quia eſt hoc per ſuam formam per quaz
habet eſſe. Subſtãtia ergo immaterialis
non poteſt producere aliam ſubſtantiam
immaterialem ſibi ſimilem: quantum ad
eius eſſe. Sed quantum ad aliquam per/
fectionem ſuperadditam. Sicut ſi dicamꝰ
ꝙ ſuperior angelus illuminat inferiorem:
vt Dionyſius dicit. Ex quo apparet ꝙ nul
lum ens creatum poteſt creare aliquid niſi
preſuppoſito aliquo quod repugnat ratio
ni creationis. ¶ Secundum dubium pro/
poſitum fuit vtrum anima ſit producta a
deo de ſubſtantia dei. Et vt refert Auguſti
nus in. 7. ſuper geneſim ad litteram. Et in
libris contra fauſtum. Et in libro de dua/
bus animabus. Priſcillianiſte: manichei
⁊ gnoſtici heretici tenuerunt animam fore
de ſubſtantia dei. ¶ Euripides etiam philo
ſophus teſte tullio in queſtionibus tuſcu/
lanis dicebat animam deum eſſe. ¶ Ipſe ad
huc Tullius ĩ prefato libro dixit: humanꝰ
animus ex diuina mente deceptus cũ nul
lo alio niſi cum ipſo deo comparari poteſt
Seneca adhuc ſcribens ad lucillum inqt.
¶ Nihil eſt aliud noſtra ratio q̃z pars diui
ni ſpiritus in corpus noſtrũ imerſa. ¶ Idez
profeſſus eſt Macrobius ſuper ſomnium
ſcipionis. ¶ Contra quos omnes Auguſti
nus in libro de origine anime ait. Non ali
ter audiendi ſunt q̃z heretici qui animam
deum eſſe dicunt. Nã ſi ſic eſſet nec in me
lius nec in peius labi poſſet. Et vt ſcribit
Tho. p̃ma parte. q. 91. dicere animam eſſe
de ſubſtantia dei manifeſtam improbabili
tatem continet. Naz anima humana quã
doqz eſt intelligens in potentia et ſcientiã
quodammodo a rebus acquirit et habet
diuerſas potentias que omnia aliena ſunt
a dei natura qui eſt actus purꝰ ⁊ nihil ab
alio accipiens ⁊ nullam diuerſitatem ha/
bet in ſe. ¶ Sed pleriqz dubitant quia Ge
neſis. c. [illegible]. ſcribitur. Formauit deus homi/
nem de limo terre ⁊ inſpirauit in faciẽ eius
ſpiraculum vite: ⁊ factus eſt homo in ani/
mam viuẽtem. Sed ille qui ſpirat aliquid
a ſe emittit: ergo anima qua homo viuit
eſt aliquid de ſubſtantia dei. ¶ Ad hoc re/
ſpondet Tho. ꝙ inſpirare non eſt accipien
dum corporaliter. Sed idem eſt deum in
ſpirare quod ſpiritum facere non de ſubſtã
tia ſua ſed de nihilo. Nam ⁊ homo corpo/
raliter ſpirans non emittit aliquid de ſub/
ſtantia ſua ſed de natura extranea. ¶ Iccir
co firmiter confitemur: vt in ſuperioribus
diximus: ꝙ anima ꝓducta eſt in eſſe a deo
de nihilo. Qua veritate immobile perſi/
ſtente reprobatur opinio illorum qui dixe
runt animam fore ignem. hanc tenuit De
mocritus vt ait Ariſto. in p̃mo de anima.
In libro autẽ de vita et morte Ariſtotelis
legitur Heracliuz ſemper affirmaſſe deos
omnes ex igne eſſe ⁊ ex igne vniuerſa con
ſtare ⁊ animam fauillam eſſe ſtillantis eſ/
ſentie. ¶ Zeno inſuper ⁊ Leunappus idez
profitebantur ſm tullium in queſtiõibus
tuſculanis. ¶ Idem affirmabat Iparcus:
prout ſcribit Macrobius in p̃mo libro ſu
per ſomnium ſcipionis: fuerunt huius opi
nionis ſemina: ꝙ anima preſente corpus
caleat: ⁊ recedẽte frigeſcit. ¶ Et forte ſic opi
nantes ignei erant ⁊ humoribus colericis
affluentes. ¶ Sed quid referemus de alys
qui dixerunt ꝙ anima ſit aer ſeu ventus:
Hoc docuit Diogenes ſm Ariſtotilem in
p̃mo de anima. Anaximanes inſuper non
tm̃ animas ſed deos ⁊ quecunqz alia dice
bat ab aere genita. vt commemorat Au/
guſtinus libro. 8. de ciui. dei. Hic ſm Pli
nium inuenit horologium. At et hy aerei
ſanguineiſqz humoribus abũdantes cre
di rationabiliter poſſunt. ¶ Errauit adhuc
Thales mileſiꝰ qui vt ſcripſit Tullius ĩ liᵒ
de natura deorum: dixit deum ex aqua cũ
cta formaſſe. Ideoqz ⁊ animam aquam eſ
ſe. ¶ Contra quem ⁊ reliquos prenomina/
tos philoſophos extat ſententia Auguſti
ni: qui in libro de q̃titate anime ait. Non
ex hys notis vſitatiſqz naturis anima fa/
cta eſt quas iſtis corporeis ſenſibus tãgi
mus. Nam neqz ex terra neqz ex aq̄ neqz
ex igne neqz ex aere neqz ex hys omnibꝰ
neqz ex aliquibus coniunctis horum con
ſtare animam puto. ¶ Quare abiectis phi
loſophoꝝ erroribꝰ ſequamur dicta catho/

licoꝛū ⁊ tenentes vt scribitur in compēdio
theologie. Q̄ꝺ anima est spūalis subā ⁊ ra
tionalis ad viuificandum coꝛpus buma/
num de nihilo creata. Creata est inq̄z aia
perfectibilis ⁊ imperfecta q̄ztum ad scien
tiam ⁊ virtutes: perfectissima tamen quā/
tum ad naturales potentias. Quantitatē
habet non diffusiuā sed potestatiuā ⁊ vir
tualem. Est quia est simplex nec augmenti
nec detrimenti est susceptiua. Et nec in coꝛ
poꝛe maioꝛi maioꝛ nec minoꝛi minoꝛ repe
ritur. Et ad imaginem dei facta capax vir/
tutis vel vicij susceptibilis pene vel p̄mij.
arbitrio libera potentijs ⁊ habitibus ⁊ af/
fectionibus decoꝛata. Caret pondere figu/
ra ⁊ coloꝛe: passibilis est ⁊ mutabilis. Eo
magna est quo capax est eternitatis: eo re
cta quo appetens est bonitatis: eo beata
quo particeps est diuinitatis. ¶ Tertiū du
bium fuit vtrum omnes anime fuerunt si
mul create. Et philosophi quidam cū pla
tone asserentes: ꝙ anime intellectiue acci
dat vniri coꝛpoꝛi ponentes eaȝ esse eiusdē
conditionis cum subīs spūalibus que coꝛ
poꝛi non vniuntur tenuerunt omnes aias
hominum simul a pꝛincipio cum angelis
fuisse creatas. Quā opinioneȝ seq̄ns Oꝛi
genes dixit ꝙ omnes anime fuerunt cum
angelis create ⁊ ad suggestionem dei tene
bꝛarum rebellauerunt deo: quare datū est
illis coꝛpus loco carceris vt ibi puniātur.
post separationē vō ab illo sic purgate ad
celos redeunt. ¶ Sed ꝓfecto ex omni parte
impia est atq̄ȝ falsissima opinio ista. Nam
vt inquit Tho. pª parte. q. 118. Si accidēta
liter conueniret anime vniri coꝛpoꝛi seque
retur ꝙ homo qui cōstituitur ex ista vnio/
ne esset ens per accidēs. ꝙ etiā anima hu
mana non sit eiusdem nature cuȝ angelis
ipse diuersus modus intelligendi ostēdit.
hō enim intelligit accipiendo a sensibilibꝰ
⁊ conuertēdo se ad fantasmata. Angelus
vō non sic. ¶ Naȝ vt scribitur in cōpendio
theologie. ¶ Intellectꝰ diuinus cognoscit
seipso. ¶ Intellectus angeli cognoscit res
per species concreatas. ¶ Intellectus vō
humanꝰ cognoscit per species abstractas
a rebus particularibus per sensuȝ p̄us co
gnitis. ¶ Et pꝛecipue in quatuoꝛ differunt

p̄maxime angelus ⁊ anima. ¶ p̄ differunt
penes esse naturale. quia aia est vnibilis
coꝛpoꝛi etiā actu separata āgelus nō. ¶ 2°
differunt penes esse logicum idest diffini/
tionē. Quia aia rationalis est sed angelus
intellectualis. Aia enim appꝛehendit inq
rendo ⁊ conferēdo. Angelus aūt intuendo.
¶ 3° differūt penes esse methaphisicū idest
separatū a materia ⁊ motu: qꝛ angelus nō
habet passibilitatē nisi respectu supioꝛu ȝ.
Aia vō respectu inferioꝝ qꝛ imutat a sensi
bilibus. ¶ 4° differunt penes esse theologi
cū. Quia aia vertibilis est a bono in malū
⁊ ecōuerso. Angelus vō nō: quia manet i
eo ad quod se ↄuertit siue bonū siue malū.
¶ Insuper contra fidē est ⁊ totam scripturā
sacram ponere nullam aiam debere dāna
ri. Quare in hoc acceptāda est snia Augu
stini. qui in liº de ecclesiasticis dogmatibꝰ
ait. Credendū est ⁊ firmiter tenendū: ꝙ aie
non sunt ab initio create vt Oꝛigenes fin
xit: neq̄ȝ cum coꝛpoꝛibus seminātur vt lu
ciferiani ⁊ Cyrillus ⁊ quidā latinoꝝ affir/
mant: sed a deo animā creari simul ⁊ infun
di in coꝛpoꝛe cōposito ⁊ foꝛmato. ¶ Si vō
obiceret ꝙ deus cessauit a creatione reruȝ
quia vt scribitur genesis. cº. 2. Cessauit ab
omni ope quod patrarat. ¶ Rn̄det Tho.
vbi. s. ꝙ deus dicitur cessasse die. 7°. non
quidem ab omni ope cum dicatur Joānis
5°. Pater meus opatur vsq̄ȝ modo ⁊ ego
operoꝛ. ¶ Sed cessauit a nouis reruȝ gene
ribus ⁊ speciebus condendis. Nam vt idē
Tho. ponit pª parte. q. 73. Post opera sex
dierum a deo multa facta sunt ⁊ fiūt a deo
quotidie. Sicut noua indiuidua in quali/
bet specie ⁊ noue species que frequēter ap
parent in animalibus ex putrefactione ge
neratis ⁊ noua miracula ac noue aie. Ta/
men nihil ex hijs factū est nouū quin aliq̄
liter in operibus sex dierum pꝛecessit aut
pꝛeextiterit. ¶ Siue materialiter sicut de co
sta ade foꝛmauit mulierem. ¶ Siue causa/
liter sicut indiuidua que nunc generantur
pꝛecesserunt in p̄mis indiuiduis suaꝝ spe
cieꝝ. ¶ Species etiam noue si que apparēt
pꝛeextiterunt in quibusdam actiuis virtu
tibus. ¶ Sicut aialia ex putrefactiōe gene
rata ꝓducantur ex virtutibus stellaꝝ ⁊ ele

